This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

3 2044 097 771 851

Digitized by Google

Bd Jan. 1912.

HARVARD LAW LIBRARY

Received June 4, 1902.

Digitized by Google

FRANC

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

MANUALE JURIS SYNOPTICUM.

Digitized by Google

PARISIIS. EX TYPIS HENRICI PLON,

8, VIA DICTA GARANCIÈRE.

Digitized by Google

MANUALE JURIS SYNOPTICUM

IN QUO CONTINENTUR

JUSTINIANI INSTITUTIONES

CUM

GAII INSTITUTIONIBUS

E REGIONE OPPOSITIS PERPETUO COLLATÆ

NECNON

ULPIANI FRAGMENTA — PAULI SENTENTIÆ — VATICANA FRAGMENTA
ET ALIÆ PLURIMÆ VETERUM JURISCONSULTORUM RELIQUIÆ

CONCINNAVIT ET RECOGNOVIT

Charles Auguste

CAPELLAT

In Parisiensi juris Facultate juris Romani professor et decanus,
Universitati quondam a consiliis,
Unus ex Instituti Gallici sodalibus.

EDITIO NOVA, AUCTIOR ET EMENDATIOR.

PARISIIS
APUD HENRICUM PLON, BIBLIOPOLAM,
8, VIA DICTA GARANCIÈRE.

M DCCC LVIII

Digitized by Google

Rec. June 11, 1902.

Digitized by Google

PRÆFATIO.

Peculiare quiddam exhibet novum hoc, quod nunc prodit, MANUALE JURIS, unde SYNOPTICUM nuncupari posse videtur : duæ nimirum præcipuæ ejus partes, INSTITUTIONES scilicet GAII et JUSTINIANI, perpetuo e regione sibi in adversis paginis oppositæ prostant, atque adeo facile inter se comparari possunt. Sic primo intuitu apparebit quid ex Gaii commentariis in suos libros Justinianus transtulerit, quid quasi antiquatum et obsoletum omiserit, quid ex recentiori jure addiderit.

Quoties vero imperator, a Gaii Institutionibus recedens, ejusdem jurisconsulti libros RERUM QUOTIDIANARUM sive AUREORUM potius sequitur, fragmenta hujusce operis, quæ modo in Pandectis servata sunt, e conspectu cujusque paragraphi in sinistra pagina descripsimus, sed minoribus litteris, ne cum textu Gaianarum Institutionum, quæ semper æqualibus typis ac Justinianeæ procedunt, confunderentur.

Aliquando autem solitum ducem, Gaium, Justinianus omnino deserit, et alios INSTITUTIONUM auctores

Digitized by Google

adit, nempe MARCIANUM imprimis et FLORENTINUM, item ULPIANUM, PAULUM et CALLISTRATUM. Tunc horum jurisprudentium locos ex quibus hausit imperator, quoties eos in Pandectis reperire est, in adversa pagina, minutis quoque litteris, opposuimus.

Talis apparatus auxilio magnopere adjuvatur historica juris Romani expositio.

Justinianearum Institutionum textum ex Cujacii editione exhibemus, diversis lectionibus raro admissis, quas aut Gaii genuinus textus suggessit, aut Schraderiana recensio, quam diligenter cum Cujaciana contulimus, suppeditavit.

Gaii Institutiones tum ex Lachmanni editione (quam in nostra translatione (1) plerumque secuti sumus), tum ex recentiori Bœckingii editione proferimus. Restitutiones, a diversis editoribus propositas, non in notis, ut sæpius fit, reliquimus, sed quæ probabiliores nobis visæ sunt, imo et quas ipsimet tentavimus, audenter in textum recepimus, ne studentium animi, dum in notis quærerent quæ ad textus lacunas explendas proficere possent, nimium distraherentur.

Lacunas, quæ inexpletæ supersunt, tam longiores, quam breviores, punctis indicavimus. Voces aut vocum partes quæ vel incertæ sunt, vel certæ quidem, sed ita in palimpsesto codice elutæ vel erasæ, ut jam

(1) *Institutes de Gaïus* traduites par C. A. Pellat, 1844.

Digitized by Google

non integræ appareant, currentibus sive *italicis* litteris distinximus. At ubi verbum, quod a codice omnino abesse constat, in contextum, sensu exigente, recipi oportuit, hoc verbum non modo italicis litteris expressimus, sed etiam semicirculis ( ) inclusimus.

Contra, si qua vox delenda, ut superflua, visa est, eam quadratis uncis [ ] circumduximus.

Quod de italicarum litterarum, necnon semicircularium et angulosorum uncinorum usu dictum est, idem deinceps in toto voluminis decursu observatur.

Novellarum Justiniani constitutionum CXVIII. et CXXVII. græcum textum, quem vulgares editiones perperam omittunt, servavimus, ut studiosi linguæ et stylo Byzantinorum legislatorum assuescant; et antiquam versionem latinam, hellenismis refertam, adjunximus, paucis tantum immutatis, quo propius ad græcum authenticum accederet.

Quoad cetera veteris juris Romani monumenta, nempe ULPIANI REGULAS, PAULI SENTENTIAS, VATICANA FRAGMENTA, et alia breviora, tum Berolinense, tum præsertim Bonnense *Corpus juris Romani antejustinianei* secuti sumus.

In *Pauli Sententiis* asterisco * notavimus eos paragraphos qui non ex *Lege Romana Visigothorum*, ut reliqui, sed ex *Collatione legum Mosaicarum et Romanarum* vel ex *Veteris cujusdam jurisconsulti Consultatione* deprompti sunt. Eas autem sententias,

Digitized by Google

quas ex Pandectis eruerunt quidam editores, nos omisimus.

Locorum ad jus pertinentium, quos Dositheus rhetor ex latino in græcum transtulerat, et ipse, ut videtur, rursus ex græco in latinum verterat, textum græcum retinuimus, qui nobis deperditi latini archetypi loco est, et adhibuimus Dosithei latinam versionem, quibusdam correctis, ubicumque id contextus ratio evidenter exposcebat.

Multo uberiorem ex jurisconsultorum libris fragmentorum copiam complectitur nostrum hoc MANUALE, quam cetera hujusmodi opera, ut videre est, si cum *Eclogis* et *Enchiridiis* notissimis id conferas. Quidquid enim eximiarum antiquæ illius prudentiæ reliquiarum nobis undecumque innotuit, cupide collegimus seduloque ad optimarum editionum fidem recognovimus.

C. A. PELLAT.

Altera hæc editio aliquot mendis purgata est, novos textus nonnullos recepit et quasdam nuper propositas restitutiones admisit.

C. A. PELLAT.

Google

JUSTINIANI

INSTITUTIONES

CUM

GAII INSTITUTIONIBUS

E REGIONE OPPOSITIS

PERPETUO COLLATÆ,

Et cum ejusdem Rerum quotidianarum sive Aureorum reliquiis, necnon Ulpiani, Pauli, Callistrati, Marciani, Florentinique Institutionum fragmentis, et quibusdam aliis, identidem compositæ.

Digitized by Google

MONITUM.

Pagina quæque dextera (*recto*) *Justiniani Institutiones* (post Proœmium) exhibet.

Pagina læva (*verso*) *Gaii Institutiones* et reliquorum jurisconsultorum fragmenta comprehendit.

Gaii Institutiones majoribus litteris (iisdem ac Justiniani Institutiones) prodeunt : *restituta* autem verba *italicis* typis sunt distincta.

Ejusdem *Gaii Rerum quotidianarum* et ceterorum fragmenta minoribus litteris expressa sunt.

Digitized by Google

INSTITUTIONUM

JUSTINIANI

PROOEMIUM.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI.

Imperator Cæsar Flavius Justinianus, Alamanicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, inclytus, victor ac triumphator, semper Augustus,
Cupidæ legum juventuti.

Imperatoriam majestatem non solum armis decoratam, sed etiam legibus oportet esse armatam, ut utrumque tempus et bellorum et pacis recte possit gubernari, et princeps Romanus victor existat non solum in hostilibus prœliis, sed etiam per legitimos tramites calumniantium iniquitates expellens, et fiat tam juris religiosissimus, quam victis hostibus triumphator.

1. Quorum utramque viam cum summis vigiliis summaque providentia, annuente Deo, perfecimus. Et bellicos quidem sudores nostros barbaricæ gentes sub juga nostra deductæ cognoscunt, et tam Africa quam aliæ innumeræ provinciæ post tanta temporum spatia, nostris victoriis a cœlesti Numine præstitis, iterum ditioni Romanæ nostroque additæ imperio protestantur; omnes vero populi legibus tam a nobis promulgatis quam compositis reguntur.

2. Et cum sacratissimas constitutiones antea confusas

Google

in luculentam ereximus consonantiam, tunc nostram extendimus curam ad immensa veteris prudentiæ volumina; et opus desperatum, quasi per medium profundum euntes, cœlesti favore jam adimplevimus.

3. Cumque hoc Deo propitio peractum est, Triboniano, viro magnifico, magistro et exquæstore sacri palatii nostri, nec non Theophilo et Dorotheo, viris illustribus, antecessoribus, quorum omnium solertiam et legum scientiam et circa nostras jussiones fidem jam ex multis rerum argumentis accepimus, convocatis, specialiter mandavimus ut nostra auctoritate nostrisque suasionibus Institutiones componerent, ut liceat vobis prima legum cunabula non ab antiquis fabulis discere, sed ab imperiali splendore appetere, et tam aures quam animæ vestræ nihil inutile nihilque perperam positum, sed quod in ipsis rerum obtinet argumentis, accipiant. Et quod in priore tempore vix post quadriennium prioribus contingebat, ut tunc constitutiones imperatorias legerent, hoc vos a primordio ingrediamini, digni tanto honore tantaque reperti felicitate, ut et initium vobis et finis legum eruditionis a voce principali procedat.

4. Igitur post libros quinquaginta Digestorum seu Pandectarum, in quibus omne jus antiquum collatum est, quos per eumdem virum excelsum Tribonianum nec non ceteros viros illustres et facundissimos confecimus, in hos quatuor libros easdem Institutiones partiri jussimus, ut sint totius legitimæ scientiæ prima elementa.

5. In quibus breviter expositum est et quod antea obtinebat, et quod postea desuetudine inumbratum imperiali remedio illuminatum est.

6. Quas ex omnibus antiquorum Institutionibus, et præcipue ex commentariis Gaii nostri tam Institutionum quam Rerum quotidianarum, aliisque multis commentariis compositas, cum tres prædicti viri prudentes nobis

Digitized by Google

obtulerunt, et legimus, et cognovimus, et plenissimum nostrarum constitutionum robur eis accommodavimus.

7. Summa itaque ope et alacri studio has leges nostras accipite; et vosmetipsos sic eruditos ostendite, ut spes vos pulcherrima foveat, toto legitimo opere perfecto, posse etiam nostram rem publicam in partibus ejus vobis credendis gubernare.

D. CP. XI. calend. decembris, D. JUSTINIANO PP. A. III. CONS.

Digitized by Google

ULPIANUS, *lib. I Regularum* (1).

Justitia est constans et perpetua voluntas jus suum cuique tribuendi.

Jurisprudentia est divinarum atque humanarum rerum notitia, justi atque injusti scientia.

ULPIANUS, *lib. I Institutionum* (2).

Juri operam daturum prius nosse oportet, unde nomen juris descendat. Est autem a justitia appellatum; nam, ut eleganter Celsus definit, jus est ars boni et æqui. — Cujus merito quis nos sacerdotes appellet; justitiam namque colimus, et boni et æqui notitiam profitemur, æquum ab iniquo separantes, licitum ab illicito discernentes, bonos non solum metu pœnarum, verum etiam præmiorum quoque exhortatione efficere cupientes, veram, nisi fallor, philosophiam, non simulatam affectantes.

ULPIANUS, *lib. I Regularum* (3).

Juris præcepta sunt hæc : honeste vivere, alterum non lædere, suum cuique tribuere.

ULPIANUS, *lib. II Institutionum* (4).

Totum autem jus consistit aut in acquirendo, aut in conservando, aut in minuendo. Aut enim hoc agitur, quemadmodum quid cujusque fiat, aut quemadmodum quis rem vel jus suum conservet, aut quomodo alienet aut amittat.

ULPIANUS, *lib. I Institutionum* (5).

Hujus studii duæ sunt positiones, publicum et privatum. Publicum jus est, quod ad statum rei Romanæ spectat, privatum, quod ad singulorum utilitatem; sunt enim quædam publice utilia,

---

(1) *L.* 10, *pr.*, § 2, *D.*, *De justitia et jure* (1, 1). — (2) *L.* 1, *pr.*, § 1, *D.*, *eod.* — (3) *L.* 10, § 1, *D.*, *eod.* — (4) *L.* 41, *D.*, *De legibus* (1, 3). — (5) *L.* 1, § 2, *D.*, *De justitia et jure.*

Google

JUSTINIANI INSTITUTIONUM

LIBER PRIMUS.

Tit. I. De justitia et jure.

Justitia est constans et perpetua voluntas jus suum cuique tribuendi.

1. Jurisprudentia est divinarum atque humanarum rerum notitia, justi atque injusti scientia.

2. His igitur generaliter cognitis, et incipientibus nobis exponere jura populi Romani, ita videntur posse tradi commodissime, si primo levi ac simplici via, post deinde diligentissima atque exactissima interpretatione singula tradantur. Alioquin, si statim ab initio rudem adhuc et infirmum animum studiosi multitudine aut varietate rerum oneraverimus, duorum alterum, aut desertorem studiorum efficiemus, aut cum magno labore, sæpe etiam cum diffidentia, quæ plerumque juvenes avertit, serius ad id perducemus, ad quod leviore via ductus, sine magno labore et sine ulla diffidentia, maturius perduci potuisset.

3. Juris præcepta sunt hæc : honeste vivere, alterum non lædere, suum cuique tribuere.

4. Hujus studii duæ sunt positiones, publicum et privatum. Publicum jus est, quod ad statum rei Romanæ spectat; privatum, quod ad singulorum utilitatem pertinet. Di-

Digitized by Google

quædam privatim. Publicum jus in sacris, in sacerdotibus, in magistratibus consistit. Privatum jus tripertitum est; collectum etenim est ex naturalibus præceptis, aut gentium, aut civilibus.

ULPIANUS, *lib. I Institutionum* (1).

Jus naturale est, quod natura omnia animalia docuit; nam jus istud non humani generis proprium, sed omnium animalium, quæ in terra, quæ in mari nascuntur, avium quoque commune est. Hinc descendit maris atque feminæ conjunctio, quam nos matrimonium appellamus, hinc liberorum procreatio, hinc educatio; videmus etenim cetera quoque animalia, feras etiam, istius juris peritia censeri.

GAII INSTITUTIONUM

COMMENTARIUS PRIMUS.

I. DE JURE GENTIUM ET CIVILI.

1. *Omnes populi qui legibus et moribus reguntur, partim suo proprio, partim communi omnium hominum jure utuntur. Nam quod quis*que populus ipse sibi jus constituit, id ipsius proprium est vocaturque jus civile, quasi jus proprium ip*sius civitatis; quod vero naturalis* ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes populos peræque custoditur vocaturque jus gentium, quasi quo jure omnes gentes utuntur. Populus itaque Romanus partim suo proprio, partim communi omnium hominum jure utitur: quæ singula qualia sint, suis locis proponemus.

ULPIANUS, *lib. I Institutionum* (2).

Jus gentium est, quo gentes humanæ utuntur. Quod a naturali recedere, inde facile intelligere licet, quia illud omnibus animalibus, hoc solis hominibus inter se commune est.

POMPONIUS, *libro singulari Enchiridii* (3).

Veluti erga Deum religio, ut parentibus et patriæ pareamus.

---

(1) *L.* 1, § 3, *D., De just. et jure.*— (2) *L.* 1, § 4, *D., eod.*— (3) *L.* 2, *D., eod.*

Google

endum est igitur de jure privato, quod tripertitum est; collectum est enim ex naturalibus præceptis, aut gentium, aut civilibus.

Tit. II. De jure naturali, gentium et civili.

Jus naturale est, quod natura omnia animalia docuit: nam jus istud non humani generis proprium est, sed omnium animalium, quæ in cœlo, quæ in terra, quæ in mari nascuntur. Hinc descendit maris atque feminæ conjunctio, quam nos matrimonium appellamus; hinc liberorum procreatio et educatio. Videmus etenim cetera quoque animalia istius juris perita censeri.

1. Jus autem civile vel gentium ita dividitur.

Omnes populi qui legibus et moribus reguntur, partim suo proprio, partim communi omnium hominum jure utuntur. Nam quod quisque populus ipse sibi jus constituit, id ipsius civitatis proprium est, vocaturque jus civile, quasi jus proprium ipsius civitatis; quod vero naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes populos peræque custoditur, vocaturque jus gentium, quasi quo jure omnes gentes utuntur. Et populus itaque Romanus partim suo proprio, partim communi omnium hominum jure utitur: quæ singula qualia sint, suis locis proponemus.

2. Sed jus quidem civile ex unaquaque civitate appellatur, veluti Atheniensium: nam si quis velit Solonis vel Draconis leges appellare jus civile Atheniensium, non erraverit. Sic enim et jus quo populus Romanus utitur, jus civile Romanorum appellamus, vel jus Quiritium, quo Quirites utuntur; Romani enim a Quirino Quirites appel-

Digitized by Google

FLORENTINUS, *lib. I Institutionum* (1).

Ut vim atque injuriam propulsemus. Nam jure hoc evenit, ut quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit, jure fecisse existimetur, et quum inter nos cognationem quamdam natura constituit, consequens est, hominem homini insidiari nefas esse.

HERMOGENIANUS, *lib. I Juris Epitomarum* (2)

Ex hoc jure gentium introducta bella, discretæ gentes, regna condita, dominia distincta, agris termini positi, ædificia collocata, commercium, emptiones venditiones, locationes conductiones, obligationes institutæ, exceptis quibusdam, quæ a jure civili introductæ sunt.

ULPIANUS, *lib. I Institutionum* (3).

Jus civile est, quod neque in totum a naturali vel gentium recedit, nec per omnia ei servit; itaque, cum aliquid addimus vel detrahimus juri communi, jus proprium, id est civile, efficimus.

Hoc igitur jus nostrum constat aut ex scripto, aut sine scripto, ut apud Græcos: τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι.

2. Constant autem jura ex legibus, plebiscitis, senatusconsultis, constitutionibus principum, edictis eorum qui jus edicendi habent, responsis prudentium.

3. Lex est, quod populus jubet atque constituit; plebiscitum est, quod plebs jubet atque constituit. Plebs autem a populo eo distat, quod populi appellatione universi cives significantur, connumeratis etiam patriciis; plebis autem appellatione sine patriciis ceteri cives significantur. Unde olim patricii dicebant plebiscitis se non teneri, quia sine auctoritate eorum facta essent: sed postea lex Hortensia lata est, qua cautum est ut plebiscita universum populum tenerent; itaque eo modo legibus exæquata sunt.

4. Senatusconsultum est, quod senatus jubet atque constituit: idque legis vicem obtinet, quamvis fuerit quæsitum.

---

(1) *L.* 3, *D.*, *De just. et jure.* — (2) *L.* 5, *D.*, *eod.* — (3) *L.* 6, *pr.*, § 1, *D.*, *eod.*

Google

lantur. Sed quotiens non addimus cujus sit civitatis, nostrum jus significamus : sicuti cum poetam dicimus, nec addimus nomen, subauditur apud Græcos egregius Homerus, apud nos Virgilius. Jus autem gentium omni humano generi commune est; nam usu exigente et humanis necessitatibus, gentes humanæ quædam sibi constituerunt : bella etenim orta sunt, et captivitates secutæ, et servitutes, quæ sunt naturali juri contrariæ; jure enim naturali ab initio omnes homines liberi nascebantur. Ex hoc jure gentium, omnes pene contractus introducti sunt, ut emptio venditio, locatio conductio, societas, depositum, mutuum et alii innumerabiles.

3. Constat autem jus nostrum aut ex scripto, aut ex non scripto, ut apud Græcos, τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι.

Scriptum jus est lex, plebiscita, senatusconsulta, principum placita, magistratuum edicta, responsa prudentium.

4. Lex est quod populus Romanus, senatorio magistratu interrogante, veluti consule, constituebat. Plebiscitum est quod plebs, plebeio magistratu interrogante, veluti tribuno, constituebat. Plebs autem a populo eo differt, quo species a genere : nam appellatione populi universi cives significantur, connumeratis etiam patriciis et senatoribus; plebis autem appellatione, sine patriciis et senatoribus, ceteri cives significantur. Sed et plebiscita, lata lege Hortensia, non minus valere quam leges cœperunt.

5. Senatusconsultum est quod senatus jubet atque constituit : nam cum auctus esset populus Romanus in eum modum ut difficile esset in unum eum convocari legis

Digitized by Google

5. Constitutio principis est, quod imperator decreto, vel edicto, vel epistola constituit; nec umquam dubitatum est quin id legis vicem obtineat, cum ipse imperator per legem imperium accipiat.

ULPIANUS, *lib. I Institutionum* (1).

Quod principi placuit, legis habet vigorem, utpote quum lege regia, quæ de imperio ejus lata est, populus ei et in eum omne suum imperium et potestatem conferat. — Quodcunque igitur imperator per epistolam et subscriptionem statuit, vel cognoscens decrevit, vel de plano interlocutus est, vel edicto præcepit, legem esse constat; hæc sunt, quas vulgo constitutiones appellamus. — Plane ex his quædam sunt personales, nec ad exemplum trahuntur; nam quæ princeps alicui ob merita indulsit, vel si quam pœnam irrogavit, vel si cui sine exemplo subvenit, personam non egreditur.

6. Jus autem edicendi habent magistratus populi Romani; sed amplissimum jus est in edictis duorum prætorum, urbani et peregrini : quorum in provinciis jurisdictionem præsides earum habent; item in edictis ædilium curulium : quorum jurisdictionem in provinciis populi Romani quæstores habent; nam in provincias Cæsaris omnino quæstores non mittuntur, et ob id hoc edictum in his provinciis non proponitur.

MARCIANUS, *lib. I Institutionum* (2).

Nam et ipsum jus honorarium viva vox est juris civilis.

7. Responsa prudentium sunt sententiæ et opiniones

(1) *L.* I, *pr.*, §§ 1, 2, *D.*, *De constitutionibus principum* (1, 4).
(2) *L.* 8, *D.*, *De just. et jure* (1, 1).

Google

sanciendæ causa, æquum visum est senatum vice populi consuli.

6. Sed et quod principi placuit, legis habet vigorem; cum lege regia, quæ de ejus imperio lata est, populus ei et in eum omne imperium suum et potestatem concessit. Quodcumque ergo imperator per epistolam constitutit, vel cognoscens decrevit, vel edicto præcepit, legem esse constat; hæ sunt quæ constitutiones appellantur. Plane ex his quædam sunt personales, quæ nec ad exemplum trahuntur, quoniam non hoc princeps vult; nam quod alicui ob merita indulsit, vel si cui pœnam irrogavit, vel si cui sine exemplo subvenit, personam non transgreditur. Aliæ autem, cum generales sint, omnes procul dubio tenent.

7. Prætorum quoque edicta non modicam juris obtinent auctoritatem. Hoc etiam jus honorarium solemus appellare, quod qui honorem gerunt, id est magistratus, auctoritatem huic juri dederunt. Proponebant et ædiles curules edictum de quibusdam causis, quod edictum juris honorarii portio est.

8. Responsa prudentium sunt sententiæ et opiniones

Google

eorum quibus permissum est jura condere : quorum omnium si in unum sententiæ concurrant, id quod ita sentiunt legis vicem obtinet; si vero dissentiunt, judici licet quam velit sententiam sequi, idque rescripto divi Hadriani significatur.

JULIANUS, *lib. XCIV Digestorum* (1).

De quibus causis scriptis legibus non utimur, id custodiri oportet, quod moribus et consuetudine inductum est; et si qua in re hoc deficeret, tunc quod proximum et consequens ei est; si nec id quidem appareat, tunc jus, quo urbs Roma utitur, servari oportet. — Inveterata consuetudo pro lege non immerito custoditur, et hoc est jus, quod dicitur moribus constitutum. Nam quum ipsæ leges nulla alia ex causa nos teneant, quam quod judicio populi receptæ sunt, merito et ea, quæ sine ullo scripto populus probavit, tenebunt omnes; nam quid interest, suffragio populus voluntatem suam declaret, an rebus ipsis et factis? Quare rectissime etiam illud receptum est, ut leges non solum suffragio legislatoris, sed etiam tacito consensu omnium per desuetudinem abrogentur.

HERMOGENIANUS, *lib. I Juris Epitomarum* (2).

Sed et ea, quæ longa consuetudine comprobata sunt, ac per annos plurimos observata, velut tacita civium conventio, non minus, quam ea quæ scripta sunt jura, servantur.

II. DE JURIS DIVISIONE.

8. Omne autem jus quo utimur, vel ad personas pertinet, vel ad res, vel ad actiones : sed prius videamus de personis.

HERMOGENIANUS, *lib. I Juris Epitomarum* (3).

Quum igitur hominum causa omne jus constitutum sit, primo

(1) *L.* 32, *pr.*, § 1, *D.*, *De legibus, senatusconsultis et longa consuetudine* (1, 3). — (2) *L.* 35, *D.*, *De legibus* (1, 3) — (3) *L.* 2, *D.*, *De statu hominum* (1, 5).

Google

eorum quibus permissum erat jura condere. Nam antiquitus institutum erat, ut essent qui jura publice interpretarentur, quibus a Cæsare jus respondendi datum est, qui jurisconsulti appellabantur : quorum omnium sententiæ et opiniones eam auctoritatem tenebant, ut judici recedere a responso eorum non liceret, ut est constitutum.

9. Ex non scripto jus venit, quod usus comprobavit : nam diuturni mores consensu utentium comprobati legem imitantur.

10. Et non ineleganter in duas species jus civile distributum videtur; nam origo ejus ab institutis duarum civitatum, Athenarum scilicet et Lacedæmonis, fluxisse videtur. In his enim civitatibus ita agi solitum erat, ut Lacedæmonii quidem magis ea quæ pro legibus observarent, memoriæ mandarent; Athenienses vero ea quæ in legibus scripta comprehendissent, custodirent.

11. Sed naturalia quidem jura quæ apud omnes gentes peræque servantur, divina quadam providentia constituta, semper firma atque immutabilia permanent; ea vero quæ ipsa sibi quæque civitas constituit, sæpe mutari solent, vel tacito consensu populi, vel alia postea lege lata.

Tit. III. De jure personarum.

Omne autem jus quo utimur vel ad personas pertinet, vel ad res, vel ad actiones. Et prius de personis videamus: nam parum est jus nosse, si personæ, quarum causa constitutum est, ignorentur.

Google

de personarum statu, ac post de ceteris, ordinem edicti perpetu secuti, et his proximos atque conjunctos applicantes titulos, u res patitur, dicemus.

III. De conditione hominum.

9. Et quidem summa divisio de jure personarum hæc est, quod omnes homines aut liberi sunt, aut servi.

Florentinus, *lib. IX Institutionum* (1).

Libertas est naturalis facultas ejus, quod cuique facere libet, nisi si quid vi aut jure prohibetur.

Servitus est constitutio juris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam subjicitur.

Servi ex eo appellati sunt, quod imperatores captivos vendere, ac per hoc servare, nec occidere solent. — Mancipia vero dicta, quod ab hostibus manu capiuntur.

Marcianus, *lib. I Institutionum* (2).

Et servorum quidem una est conditio; liberorum autem hominum quidam ingenui sunt, quidam libertini. — Servi autem in dominium nostrum rediguntur aut jure civili, aut gentium. Jure civili, si quis se major viginti annis ad pretium participandum venire passus est. Jure gentium servi nostri sunt, qui ab hostibus capiuntur, aut qui ex ancillis nostris nascuntur.

10. Rursus liberorum hominum alii ingenui sunt, alii libertini.

11. Ingenui sunt, qui liberi nati sunt.

Marcianus, *lib. I Institutionum* (3).

Ingenui sunt, qui ex matre libera nati sunt: sufficit enim liberam fuisse eo tempore quo nascitur, licet ancilla conceperit; et e

(1) *L.* 4, *pr.*, §§ 1-3, *D.*, *De statu hominum* (1, 5). — (2) *L.* 5, *pr.*, § 1, *D.*, *eod.* — (3) *L.* 5, §§ 2, 3, *D.*, *eod.*

Digitized by Google

Summa itaque divisio de jure personarum hæc est, quod omnes homines aut liberi sunt, aut servi.

1. Et libertas quidem, ex qua etiam liberi vocantur, est naturalis facultas ejus quod cuique facere libet, nisi si quid aut vi aut jure prohibetur.

2. Servitus autem est constitutio juris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam subjicitur.

3. Servi autem ex eo appellati sunt, quod imperatores captivos vendere, ac per hoc servare nec occidere solent : qui etiam mancipia dicti sunt, eo quod ab hostibus manu capiuntur.

4. Servi autem aut nascuntur aut fiunt. Nascuntur ex ancillis nostris : fiunt aut jure gentium, id est ex captivitate; aut jure civili, cum liber homo, major viginti annis, ad pretium participandum sese venumdari passus est.

5. In servorum conditione nulla est differentia. In liberis multæ differentiæ sunt : aut enim sunt ingenui aut libertini.

Tit. IV. De ingenuis.

Ingenuus est is qui, statim ut natus est, liber est, sive ex duobus ingenuis matrimonio editus est, sive ex libertinis duobus, sive ex altero libertino et altero ingenuo. Sed etsi quis ex matre libera nascatur, patre servo, ingenuus nihilominus nascitur; quemadmodum qui ex matre libera et incerto patre natus est, quoniam vulgo conceptus est. Sufficit autem liberam fuisse matrem eo tempore quo nas-

contrario, si libera conceperit, deinde ancilla pariat, placuit eum qui nascitur, liberum nasci; nec interest, justis nuptiis concepit an vulgo: quia non debet calamitas matris nocere ei, qui in ventre est. — Ex hoc quæsitum est, si ancilla prægnans manumissa sit, deinde ancilla postea facta, aut expulsa civitate, pepererit, liberum an servum pariat? Et tamen rectius probatum est, liberum nasci, et sufficere ei, qui in ventre est, liberam matrem vel medio tempore habuisse.

Libertini qui ex justa servitute manumissi sunt.

ULPIANUS, *lib. I Institutionum* (1).

Manumissiones quoque juris gentium sunt. Est autem manumissio de manu missio, id est, datio libertatis; nam, quamdiu quis in servitute est, manui et potestati suppositus est; manumissus liberatur potestate. Quæ res a jure gentium originem sumpsit, utpote quum jure naturali omnes liberi nascerentur, nec esset nota manumissio, quum servitus esset incognita; sed posteaquam jure gentium servitus invasit, secutum est beneficium manumissionis; et quum uno naturali nomine homines appellaremur, jure gentium tria genera esse cœperunt, liberi, et his contrarium servi, et tertium genus liberti, id est, hi qui desierant esse servi.

(1) *L. 4, D., De justitia et jure* (1, 1).

Digitized by Google

citur, licet ancilla conceperit. Et e contrario, si libera conceperit, deinde ancilla facta pariat, placuit eum qui nascitur liberum nasci; quia non debet calamitas matris ei nocere, qui in utero est. Ex his illud quæsitum est, si ancilla prægnans manumissa sit, deinde ancilla postea facta pepererit, liberum an servum pariat? Et Marcellus probat liberum nasci; sufficit enim ei qui in ventre est liberam matrem vel medio tempore habuisse : quod verum est.

1. Cum autem ingenuus aliquis natus sit, non officit illi in servitute fuisse, et postea manumissum esse; sæpissime enim constitutum est, natalibus non officere manumissionem.

Tit. V. De libertinis.

Libertini sunt, qui ex justa servitute manumissi sunt.

Manumissio autem est datio libertatis; nam quamdiu quis in servitute est, manui et potestati suppositus est, et manumissus liberatur potestate. Quæ res a jure gentium originem sumpsit, utpote cum jure naturali omnes liberi nascerentur, nec esset nota manumissio, cum servitus esset incognita. Sed posteaquam jure gentium servitus invasit, secutum est beneficium manumissionis; et cum uno naturali nomine homines appellaremur, jure gentium tria genera hominum esse cœperunt, liberi, et his contrarium servi, et tertium genus libertini, qui desierant esse servi.

1. Multis autem modis manumissio procedit : aut enim ex sacris constitutionibus in sacrosanctis ecclesiis, aut vindicta, aut inter amicos, aut per epistolam, aut per testamentum, aut per aliam quamlibet ultimam voluntatem. Sed et aliis multis modis libertas servo competere potest,

Digitized by Google

(*Conf.* GAI. INST. I, 20, *in f.*, *infra.*)

GAIUS, *lib. I Rerum quotidianarum sive Aureorum* (1).

Non est omnino necesse pro tribunali manumittere; itaque plerumque in transitu servi manumitti solent, quum aut lavandi, aut gestandi, aut ludorum gratia prodierit prætor, aut proconsul legatusve Cæsaris.

12. Rursus libertinorum (*tria sunt genera; nam aut cives Romani, aut Latini, aut dedititiorum*) numero sunt; de quibus singulis dispiciamus, ac prius *de* dedititiis.

IIII. DE DEDITITIIS VEL LEGE ÆLIA SENTIA.

13. Lege itaque Ælia Sentia cavetur, ut qui servi a dominis pœnæ nomine vincti sint, quibusve stigmata inscripta sint, deve quibus ob noxam quæstio tormentis habita *sit*, et in ea noxa fuisse convicti sint, quique *ut* ferro aut cum bestiis depugnarent traditi sint, inve ludum custodiamve conjecti fuerint, et postea vel ab eodem domino vel ab alio manumissi, ejusdem conditionis liberi fiant, cujus conditionis sunt peregrini dedititii.

V. DE PEREGRINIS DEDITITIIS.

14. Vocantur autem (*peregrini dedititii*), qui quondam adversus populum Romanum armis susceptis pugnaverunt, et deinde, ut victi sunt, se dediderunt. **15.** Hujus ergo turpitudinis servos quocumque modo et cujuscumque ætatis manumissos, etsi pleno jure dominorum fuerint, nunquam aut cives Romanos aut Latinos fieri dicemus, sed omni modo dedititiorum numero constitui intelligemus. **16.** Si vero in nulla tali turpitudine sit servus, ma-

(1) *L.* 7, *D.*, *De manumissis vindicta* (XL, 2).

Google

qui tam ex veteribus quam ex nostris constitutionibus introducti sunt (1).

2. Servi autem a dominis semper manumitti solent, adeo ut vel in transitu manumittantur, veluti cum prætor aut proconsul aut præses in balneum vel in theatrum eat.

3. Libertinorum autem status tripertitus antea fuerat : nam qui manumittebantur, modo majorem et justam libertatem consequebantur, et fiebant cives Romani; modo minorem, et Latini ex lege Junia Norbana fiebant; modo inferiorem, et fiebant ex lege Ælia Sentia dedititiorum numero.

Sed dedititiorum quidem pessima conditio jam ex multis temporibus in desuetudinem abiit, Latinorum vero nomen non frequentatur. Ideoque nostra pietas, omnia augere et in meliorem statum reducere desiderans, duabus constitutionibus hoc emendavit et in pristinum statum reduxit; quia et a primis urbis Romæ cunabulis una atque simplex libertas competebat, id est, eadem quam habebat manumissor; nisi quod scilicet libertinus sit qui manumittitur, licet manumissor ingenuus sit. Et dedititios quidem per constitutionem nostram (2) expulimus, quam promulgavimus inter nostras decisiones, per quas suggerente nobis Triboniano, viro excelso, quæstore, antiqui juris altercationes placavimus. Latinos autem Junianos, et omnem quæ circa eos fuerat observantiam, alia constitutione (3) per ejusdem quæstoris suggestionem correximus, quæ inter

(1) V. *tit. C., De latina libertate tollenda* (VII, 6). — (2) *L. un., C., De dedititia libertate tollenda* (VII, 5). — (3) *L. un., C., De latina libertate tollenda* (VII, 6).

numissum modo civem Romanum, modo Latinum fieri dicemus. **17**. Nam in cujus persona tria hæc concurrunt, ut major sit annorum triginta, et ex jure Quiritium domini, et justa ac legitima manumissione liberetur, id est, vindicta aut censu aut *testamento*, is civis Romanus fit; sin vero aliquid eorum deerit, Latinus erit.

VI. De manumissione vel causæ probatione.

18. Quod autem de ætate servi requiritur, lege Ælia Sentia introductum est; nam ea lex minores XXX annorum servos non aliter voluit manumissos cives Romanos fieri, quam si vindicta, apud consilium justa causa manumissionis adprobata, liberati fuerint.

19. Justa autem causa manumissionis est, veluti si quis filium filiamve, aut fratrem sororemve naturalem, aut alumnum, aut pædagogum, aut servum procuratoris habendi gratia, aut ancillam matrimonii causa, apud consilium manumittat.

VII. De recuperatoribus.

20. Consilium autem adhibetur, in urbe Roma quidem, quinque senatorum et quinque equitum Romanorum puberum; in provinciis autem, viginti recuperatorum civium Romanorum, idque fit ultimo die conventus : sed Romæ certis diebus apud consilium manumittuntur. Majores vero triginta annorum servi semper manumitti solent, adeo ut vel in transitu manumittantur, veluti cum prætor aut proconsul in balneum vel in theatrum eat. **21**. Præterea minor triginta annorum servus manumissione potest civis Romanus fieri, si ab eo domino qui solvendo non erat, testamento liber et heres relictus sit. . .

. . . . . spurios

. . . . . .

. . . . . creditor. . . . . sex . . . . . .

. . . . . debitoris. . . . . legis. . . . . .

Google

imperiales radiat sanctiones : et omnes libertos, nullo nec ætatis manumissi, nec dominii manumissoris, nec in manumissionis modo discrimine habito, sicuti antea observabatur, civitate Romana donavimus, multis additis modis per quos possit libertas servis cum civitate Romana, quæ sola est in præsenti, præstari (1).

---

(1) « Si quis manumittens servum, aut ancillam suam, cives denuntiaverit Romanos, neque enim aliter licet... qui libertatem acceperit, habebit... et aureorum annulorum et regenerationis jus. » *Nov.* 78, *cap.* 1.

« Illud vero adjicimus, ut nihil neque post hanc legem nostram lædantur patronatus jura. » *Ibid.*, *cap.* 2.

Google

. . . . . pecunia. . . . . .
ea traditione. . . . . mancipationibu
. . . . . latinum. . . . . is quia. . . .

22... *manumissi sunt, Latini Juniani dicuntur :* La tini ideo, *quia* adsimilati sunt *Latinis coloniariis;* Junian ideo, quia per legem Juniam libertatem acceperunt, *cun* olim servi viderentur esse. **23**. Non tamen illis permitti lex Junia nec ipsis testamentum facere, nec ex testament alieno capere, nec tutores testamento dari. **24**. Quod autem diximus, ex testamento eos capere *non* posse, ita intelligendum *est*, *ut nihil* directo hereditatis legatorumv nomine eos posse capere dicamus : alioquin per fideicommissum capere possunt. **25**. Hi vero qui dedititiorum numero sunt, nullo m*odo ex testamento* capere possunt, non magis quam qui liber peregrinusque est; nec ipsi testamentum facere possunt secundum *quod plerisque placuit*. **26**. Pessima itaque libertas eorum est, qui dedititiorum numero sunt : nec ulla lege, aut senatusconsulto, aut constitutione principali aditus illis ad civitatem Romanam datur. **27**. Quin et in urbe Roma vel intra centesimum urbis Romæ milliarium morari prohibentur; et, *si contra fecerint*, ipsi bonaque eorum publice venire jubentur, ea conditione ut ne in urbe Roma vel intra centesimum urbis Romæ milliarium serviant, *neve unquam manumittantur; et*, si *manumissi fuerint*, servi populi Romani esse jubentur : et hæc ita lege Ælia Sentia comprehensa sunt.

QUIBUS MODIS LATINI AD CIVITATEM ROMANORUM PERVENIANT.

28. Latini multis modis ad civitatem Romanam perveniunt. **29**. *Statim* enim eadem lege Ælia Sentia cautum est, ut minores triginta annorum manumissi *et* Latini facti, si uxores duxerint vel cives Romanas, vel Latinas coloniarias, *vel ejus*dem conditionis cujus et ipsi essent, idque

Google

Google

testati fuerint adhibitis non minus quam septem testil civibus Romanis puberibus, et filium procreaverint, *e* filius anniculus *fuerit; permittatur eis, si velint,* per e legem adire prætorem, vel in provinciis præsidem p vinciæ, et adprobare se ex lege Ælia Sentia, *liberor causa,* uxorem duxisse, et ex ea filium anniculum habe et si is apud quem causa probata est, id ita esse pronu tiaverit, tunc et ipse Latinus et uxor ejus, si et ipsa ej dem (*conditionis sit, et ipsorum filius, si et ipse ejusde* conditionis sit, cives Romani esse jubentur. **30**. Ideo a tem in ipso *filio* adjecimus, si et ipse ejusdem conditio sit, quia si uxor Latini civis Romana *est*, qui ex ea n citur, ex novo senatusconsulto quod auctore divo Hadria factum est, civis Romanus nascitur. **31**. Hoc tamen j adipiscendæ civitatis Romanæ, etiamsi soli minores t ginta annorum manumissi et Latini facti ex lege Æ Sentia habuerunt, tamen postea senatusconsulto quod P gaso et Pusione consulibus factum est, etiam majorib triginta annorum manumissis Latinis factis concessu est. **32**. Ceterum, etiamsi ante decesserit Latinus *qua* anniculi filii causam probaret, potest mater ejus causa probare, et sic et ipsa fiet civis Rom*ana*. . . . . .

. . . . . .

. . . . . ip

filius cujus. . . . . debet causam proba

ut . . . . . de filio anniculo . . .

. . . . . illis . . . . domin

. . . . . Quiritiu

. . . . caverit. . . . . .

. . . . . in ejus loc . . . . . .

33. . . . . ædificio . . . . non minus qua

partem. . . . . patrimon*ii sui* impenderit, j

Q*uiritium consequ*atur . . . . . **34**. . . . frumenti .

. . . . . ad jus Quiritium. . . . . .

Google

Google

consecutus. . . . . jus Quiritium fuerit .

. . . . . .

35. *Si quis alicujus et* in bonis et ex jure Quiritium sit, manumissus ab eodem scilicet, et Latinus fieri *potest et* jus Quiritium consequi.

36. *Non tamen cuicumque volenti manumittere licet.*

37. *Nam is qui* in fraudem creditorum vel in fraudem patroni manumittit, nihil agit, quia lex Ælia Sentia impedit libertatem.

GAIUS, *lib. I Rerum quotidianarum sive Aureorum* (1).

In fraudem creditorum manumittere videtur, qui vel jam eo tempore, quo manumittit, solvendo non est, vel datis libertatibus desiturus est solvendo esse. Sæpe enim de facultatibus suis amplius, quam in his est, sperant homines; quod frequenter accidit his, qui transmarinas negotiationes, et aliis regionibus, quam in

(1) *L.* 10, *D.*, *Qui et a quibus manumissi liberi non fiunt* (XI, 9).

Tit. VI. Qui, quibus ex causis, manumittere non possunt.

Non tamen cuicumque volenti manumittere licet. Nam is qui in fraudem creditorum manumittit, nihil agit; quia lex Ælia Sentia impedit libertatem.

1. Licet autem domino qui solvendo non est, in testamento servum suum cum libertate heredem instituere, ut liber fiat heresque ei solus et necessarius; si modo ei nemo alius ex eo testamento heres extiterit, aut quia nemo heres scriptus sit, aut quia is qui scriptus est, qualibet ex causa heres non extiterit. Idque eadem lege Ælia Sentia provisum est, et recte; valde enim prospiciendum erat, ut egentes homines, quibus alius heres extiturus non esset, vel servum suum necessarium heredem haberent, qui satisfacturus esset creditoribus, aut, hoc eo non faciente, creditores res hereditarias servi nomine vendant, ne injuria defunctus adficiatur.

2. Idemque juris est, et si sine libertate servus heres institutus est. Quod nostra constitutio (1) non solum in domino qui solvendo non est, sed generaliter constituit, nova humanitatis ratione, ut ex ipsa scriptura institutionis etiam libertas ei competere videatur; cum non est verisimile, eum quem heredem sibi elegit, si prætermiserit libertatis dationem, servum remanere voluisse, et neminem sibi heredem fore.

3. In fraudem autem creditorum manumittere videtur, qui vel jam eo tempore quo manumittit, solvendo non est, vel datis libertatibus desiturus est solvendo esse. Prævaluisse tamen videtur, nisi animum quoque fraudandi ma-

(1) *V. L.* 5, *C.*, *De necessariis servis heredibus* (VI, 27).

Digitized by Google

quibus ipsi morantur, per servos atque libertos exercent, quod sæpe adtriti istis negotiationibus longo tempore id ignorant, et manumittendo sine fraudis consilio indulgent servis suis libertatem.

38. Item eadem lege minori XX annorum domino non aliter manumittere permittitur, quam si vindicta apud consilium justa causa manumissionis adprobata fuerit (*manumissus*).

39. Justæ autem causæ manumissionis sunt, veluti si quis patrem, aut matrem, aut pædagogum, aut collactaneum manumittat. Sed et illæ causæ quas superius in servo minore XXX annorum exposuimus, ad hunc quoque casum de quo loquimur adferri possunt; item ex diverso hæ causæ quas in minore XX annorum domino retulimus, porrigi possunt et ad servum minorem XXX annorum.

MARCIANUS, *lib. XIII Institutionum* (1).

Justa causa manumissionis est, si periculo vitæ infamiæve dominum servus liberaverit.

Sciendum est, qualiscunque causa probata sit et recepta, libertatem tribuere oportere; nam divus Pius rescripsit : causas probatas revocari non oportere, dum ne alienum servum possit quis manumittere; nam causæ probationi contradicendum, non etiam causa jam probata retractanda est.

40. Cum ergo certus modus manumittendi minoribus XX annorum dominis per legem Æliam Sentiam constitutus sit, evenit ut qui XIV annos ætatis expleverit, licet testamentum facere possit, et in eo heredem sibi instituere legataque relinquere possit, tamen, si adhuc minor sit annorum XX, libertatem servo dare non possit.

(1) *L. 9, pr., § I, D., De manumissis vindicta* (XL, 2).

Digitized by Google

numissor habuerit, non impediri libertatem, quamvis bona ejus creditoribus non sufficiant. Sæpe enim de facultatibus suis amplius quam in his est, sperant homines. Itaque tunc intelligimus impediri libertatem, cum utroque modo fraudantur creditores, id est, et consilio manumittentis, et ipsa re, eo quod ejus bona non sunt suffectura creditoribus.

4. Eadem lege Ælia Sentia domino minori viginti annis non aliter manumittere permittitur, quam si vindicta, apud consilium, justa causa manumissionis probata, fuerint manumissi.

5. Justæ autem manumissionis causæ hæ sunt : veluti si quis patrem aut matrem, aut filium filiamve, aut fratrem sororemve naturales, aut pædagogum, aut nutricem educatoremve, aut alumnum alumnamve, aut collactaneum manumittat, aut servum procuratoris habendi gratia, aut ancillam matrimonii causa, dum tamen intra sex menses uxor ducatur, nisi justa causa impediat : et qui manumittitur procuratoris habendi gratia, non minor decem et septem annis manumittatur.

6. Semel autem causa probata, sive vera sit sive falsa, non retractatur.

7. Cum ergo certus modus manumittendi minoribus viginti annis dominis per legem Æliam Sentiam constitutus erat, eveniebat ut qui quatuordecim annos ætatis expleverat, licet testamentum facere, et in eo sibi heredem instituere legataque relinquere posset, tamen si adhuc minor esset viginti annis, libertatem servo dare non posset.

Quod non erat ferendum : si is cui totorum bonorum in testamento dispositio data erat, uni servo dare liberta-

Google

41. Et quamvis Latinum facere velit minor XX annorum dominus, tamen nihilominus debet apud consilium causam probare, et ita postea inter amicos manumittere.

42. Præterea lege Furia Caninia certus modus constitutus est in servis testamento manumittendis. 43. Nam ei qui plures quam duos, neque plures quam decem servos habebit, usque ad partem dimidiam ejus numeri manumittere permittitur; ei vero qui plures quam X, neque plures quam XXX servos habebit, usque ad tertiam partem ejus numeri manumittere permittitur; at ei qui plures quam XXX, neque plures quam centum habebit, usque ad partem quartam *manumittendi licentia* datur; novissime ei qui plures quam C habebit, nec plures quam D, *amplius non* permittitur quam ut quintam partem, neque plures. . . . . Sed præscribit lex, ne cui plures manumittere liceat quam C. *Igitur* si quis unum servum omnino aut duos habet, *de eo hac lege nihil cautum est,* et ideo liberam habet potestatem manumittendi. 44. Ac nec ad eos *quidem* omnino hæc lex pertinet, qui sine testamento manumittunt: itaque licet iis qui vindicta, aut censu, aut inter amicos manumittunt, totam familiam suam liberare, scilicet si alia causa non impediat liber-

Google

tem non permittebatur, quare nos similiter ei, quemadmodum alias res, ita et servos suos in ultima voluntate disponere, quemadmodum voluerit, permittimus, ut et libertatem eis possit præstare? Sed cum libertas inæstimabilis est, et propter hoc ante XX ætatis annum antiquitas libertatem servo dare prohibebat, ideo nos mediam quodammodo viam eligentes, non aliter minori viginti annis libertatem in testamento dare servo suo concedimus, nisi septimum et decimum annum impleverit, et octavum decimum annum tetigerit (1). Cum enim antiquitas hujusmodi ætati et pro aliis postulare concessit, cur non etiam sui judicii stabilitas ita eos adjuvare credatur, ut ad libertates dandas servis suis possint pervenire?

Tit. VII. De lege Fusia Caninia sublata.

Lege Fusia Caninia certus modus constitutus erat in servis testamento manumittendis.

Quam, quasi libertates impedientem et quodammodo invidam, tollendam esse censuimus, cum satis fuerat inhumanum, vivos quidem licentiam habere totam suam familiam libertate donare, nisi alia causa impediat libertatem, morientibus autem hujusmodi licentiam adimere (2).

---

(1) « Sancimus ut licentia sit minoribus in ipso tempore in quo licet eis testari de alia substantia, etiam suos servos in ultimis voluntatibus manumittere. » *Nov.* 119, *cap.* 2.

(2) *V. tit. C., De lege Fusia Caninia tollenda* (VII, 3).

Google

tatem. 45. Sed quod de numero servorum testamento manumittendorum diximus, ita intelligimus, *ut ex eo* numero ex quo dimidia, aut tertia, aut quarta, aut quinta pars liberari *potest, utique tot manumittere* liceat, quot ex antecedenti numero licuit, et hoc ipsa *lege* provisum est. Erat enim sane absurdum, ut X servorum domino quinque liberare liceret, quia usque ad dimidiam partem (*ex eo*) numero manumittere ei conceditur; *domino autem* XII servos habenti non plures liceret manumittere quam IV; at eis qui plures quam X, neque . . . . . liberari. . . . . concedat . . . . . 46. Nam et si testamento scriptis in orbem servis libertas data sit, quia nullus ordo manumissionis invenitur, nulli liberi erunt; quia lex Furia Caninia, quæ in fraudem ejus facta sunt, rescindit. Sunt etiam specialia senatusconsulta, quibus rescissa sunt ea quæ in fraudem ejus legis excogitata sunt.

ULPIANUS, *Fragmentorum* tit. I, § 24.

Eadem lex cavet, ut libertates servis nominatim dentur.

GAIUS, *lib. I Rerum quotidianarum sive Aureorum* (1).

Nominatim videntur liberi esse jussi, qui vel ex artificio, vel officio, vel quolibet alio modo evidenter denotati essent, veluti dispensator meus, cellarius meus, coquus meus, Pamphili servi mei filius.

47. In summa sciendum est, (*cum*) lege Ælia Sentia cautum sit, ut *qui* creditorum fraudandorum causa manumissi sint, liberi non fiant, etiam hoc ad peregrinos pertinere : senatus ita censuit ex auctoritate Hadriani; cetera vero jura ejus legis ad peregrinos non pertinere.

48. Sequitur de jure personarum alia divisio : nam quædam personæ sui juris sunt, quædam alieno juri sunt subjectæ. 49. Sed rursus earum personarum, quæ alieno

(1) *L.* 24, *D.*, *De manumissis testamenta* (XL, 4).

Google

Tit. VIII. De iis qui sui vel alieni juris sunt.

Sequitur de jure personarum alia divisio : nam quædam personæ sui juris sunt, quædam alieno juri subjectæ. Rursus earum quæ alieno juri subjectæ sunt, aliæ in potestate

Google

juri subjectæ sunt, aliæ in potestate, aliæ in manu, aliæ in mancipio sunt. **50**. Videamus nunc de iis quæ alieno juri subjectæ sunt: (*nam*) si cognoverimus quæ istæ personæ sint, simul intelligemus quæ sui juris sint. **51**. Ac prius dispiciamus de iis qui in aliena potestate sunt.

52. In potestate itaque sunt servi dominorum; quæ quidem potestas juris gentium est: nam apud omnes peræque gentes animadvertere possumus, dominis in servos vitæ necisque potestatem esse, et quodcumque per servum adquiritur, id domino adquiritur.

53. Sed hoc tempore neque civibus Romanis, nec ullis aliis hominibus qui sub imperio populi Romani sunt, licet supra modum et sine causa in servos suos sævire: nam ex constitutione *sacratissimi* Imperatoris Antonini, qui sine causa servum suum occiderit, non minus teneri jubetur quam qui alienum servum occiderit. Sed et major quoque asperitas dominorum per ejusdem principis constitutionem coercetur: nam consultus a quibusdam præsidibus provinciarum de his servis qui ad fana deorum vel ad statuas principum confugiunt, præcepit, ut, si intolerabilis videatur dominorum sævitia, cogantur servos suos vendere. Et utrumque recte fit; male enim nostro jure uti non debemus: qua ratione et prodigis interdicitur bonorum suorum administratio.

54. Ceterum, cum apud cives Romanos duplex sit

Google

parentium, aliæ in potestate dominorum sunt. Videamus itaque de iis quæ alieno juri subjectæ sunt: nam si cognoverimus quæ istæ personæ sunt, simul intelligemus quæ sui juris sunt. Ac prius dispiciamus de iis quæ in potestate dominorum sunt.

1. In potestate itaque dominorum sunt servi. Quæ quidem potestas juris gentium est : nam apud omnes peræque gentes animadvertere possumus, dominis in servos vitæ necisque potestatem fuisse; et quodcumque per servum adquiritur, id domino adquiritur.

2. Sed hoc tempore nullis hominibus qui sub imperio nostro sunt, licet, sine causa legibus cognita, in servos suos supra modum sævire : nam ex constitutione divi Pii Antonini, qui sine causa servum suum occiderit, non minus puniri jubetur, quam qui alienum servum occiderit. Sed et major asperitas dominorum ejusdem principis constitutione coercetur; nam consultus a quibusdam præsidibus provinciarum de iis servis qui ad ædem sacram vel ad statuas principum confugiunt, præcepit, ut, si intolerabilis videatur sævitia dominorum, cogantur servos suos bonis conditionibus vendere, ut pretium dominis daretur; et recte : expedit enim reipublicæ, ne quis sua re male utatur. Cujus rescripti ad Ælium Marcianum emissi verba sunt hæc : « Dominorum quidem potestatem in servos suos illibatam esse oportet, nec cuiquam hominum jus suum detrahi; sed dominorum interest, ne auxilium contra sævitiam, vel famem, vel intolerabilem injuriam denegetur iis qui juste deprecantur. Ideoque cognosce de querelis eorum qui ex familia Julii Sabini ad statuam confugerunt; et, si vel durius habitos quam æquum est, vel infami injuria affectos cognoveris, veniri jube, ita ut in potestatem domini non revertantur. Qui, si meæ constitutioni fraudem fecerit, sciet me admissum severius executurum. »

Digitized by Google

dominium, nam vel in bonis, vel ex jure Quiritium, vel ex utroque jure cujusque servus esse intelligitur, ita demum servum in potestate domini esse dicemus, si in bonis ejus sit, etiamsi simul ex jure Quiritium ejusdem non sit; nam qui nudum jus Quiritium in servo habet, is potestatem habere non intelligitur.

55. Item in potestate nostra sunt liberi nostri, quos justis nuptiis procreavimus.

MODESTINUS, *lib. I Regularum* (1).

Nuptiæ sunt conjunctio maris et feminæ, et consortium omnis vitæ, divini et humani juris communicatio.

Quod jus proprium civium Romanorum est; fere enim nulli alii sunt homines qui talem in filios suos habent potestatem, qualem nos habemus : idque divus Hadrianus edicto, quod proposuit de his qui sibi liberisque suis ab eo civitatem Romanam petebant, significavit. Nec me præterit Galatarum gentem credere, in potestate parentum liberos esse.

ULPIANUS, *lib. I Institutionum* (2).

Nam civium Romanorum quidam sunt patresfamiliarum, alii filiifamiliarum, quædam matresfamiliarum, quædam filiæfamiliarum. Patresfamiliarum sunt, qui sunt suæ potestatis, sive puberes, sive impuberes; simili modo matresfamiliarum. Filii et filiæfamiliarum, qui sunt in aliena potestate.

Nam qui ex me et uxore mea nascitur, in mea potestate est; item qui ex filio meo et uxore ejus nascitur, id est, nepos meus et neptis, æque in mea sunt potestate, et pronepos, et proneptis, et deinceps ceteri.

56. *Habent autem in potestate liberos cives Romani,*

(1) *L.* 1, *D.*, *De ritu nuptiarum* (XXIII, 2). — (2) *L.* 4, *D.*, *De his qui sui vel alieni juris sunt* (I, 6).

Digitized by Google

Tit. IX. De patria potestate.

In potestate nostra sunt liberi nostri, quos ex justis nuptiis procreaverimus.

1. Nuptiæ autem sive matrimonium est viri et mulieris conjunctio, individuam vitæ consuetudinem continens.

2. Jus autem potestatis quod in liberos habemus, proprium est civium Romanorum; nulli enim alii sunt homines, qui talem in liberos habeant potestatem, qualem nos habemus.

3. Qui igitur ex te et uxore tua nascitur, in tua potestate est. Item qui ex filio tuo et uxore ejus nascitur, id est nepos tuus et neptis, æque in tua sunt potestate, et pronepos et proneptis, et deinceps ceteri. Qui tamen ex filia tua nascitur, in tua potestate non est, sed in patris ejus.

Tit. X. De nuptiis.

Justas autem nuptias inter se cives Romani contrahunt, qui secundum præcepta legum coeunt, masculi quidem puberes, feminæ autem viripotentes, sive patresfamilias

Digitized by Google

64. Ergo si quis nefarias atque incestas nuptias con
traxerit, neque uxorem habere videtur neque liberos : *l*
enim qui ex eo coitu nascuntur, matrem quidem haber
videntur, patrem vero non utique, nec ob id in potestat
ejus sunt, (*sed*) quales sunt ii quos mater vulgo concepit

Digitized by Google

Digitized by Google

tate *ejus fiunt*, *quam si imperator eos in potestatem* redegerit; quod ita demum is facit, si causa cognita æstimaverit hoc filiis expedire : diligentius atque exactius *enim* causam cognoscit de impuberibus absentibusque; et hæc ita edicto divi Hadriani significantur. **94**. Item si quis cum uxore prægnante civitate Romana donatus sit, quamvis is qui nascitur, ut supra diximus, (*civis*) Romanus sit, tamen in potestate patris non fit; idque subscriptione divi Hadriani significatur. Qua de causa, qui intelligit uxorem suam esse prægnantem, dum civitatem sibi et uxori ab imperatore petit, simul ab eodem petere debet, ut eum qui natus erit in potestate sua habeat. **95**. Alia causa est eorum qui Latini sunt, *et* cum liberis suis ad civitatem Romanam perveniunt; nam horum *in potestate fiunt* liberi : quod jus quibusdam *peregrinis*. . . . . .

. . . . . .

96..... magistratum gerunt, civitatem Romanam consequuntur, minus latum est, cum hi tantum qui vel magistratum vel honorem gerunt, ad civitatem Romanam perveniunt : idque compluribus epistolis principum significatur.

97. *Non solum autem naturales liberi, secundum ea quæ* diximus, in potestate nostra sunt, verum *etiam* hi quos adoptamus.

98. Adoptio autem duobus modis fit, aut populi auctoritate, aut imperio magistratus, velut prætoris. **99**. Populi auctoritate adoptamus eos qui sui juris sunt : quæ species adoptionis dicitur adrogatio, quia et is qui adoptat, rogatur, id est, interrogatur an velit eum quem adoptaturus sit justum sibi filium esse; et is qui adoptatur, rogatur an id fieri patiatur; et populus rogatur an id fieri jubeat. Imperio magistratus adoptamus eos qui in potestate parentium sunt, sive primum gradum liberorum obtineant, qualis est filius et filia, sive inferiorem, qualis est nepos, neptis, pronepos, proneptis.

Digitized by Google

Tit. XI. De adoptionibus.

Non solum autem naturales liberi, secundum ea quæ diximus, in potestate nostra sunt, verum etiam ii quos adoptamus.

1. Adoptio autem duobus modis fit, aut principali rescripto, aut imperio magistratus. Imperatoris auctoritate adoptare quis potest eos easve qui quæve sui juris sunt : quæ species adoptionis dicitur adrogatio. Imperio magistratus adoptare licet eos easve qui quæve in potestate parentium sunt, sive primum gradum liberorum obtineant, qualis est filius, filia, sive inferiorem, qualis est nepos, neptis, pronepos, proneptis.

Google

100. Et quidem illa adoptio quæ per populum fit, nusquam nisi Romæ fit; at hæc etiam in provinciis apud præsides earum fieri solet.

101. Item per populum feminæ non adoptantur; nam id magis placuit. Apud prætorem vero, vel in provinciis apud proconsulem legatumve, etiam feminæ solent adoptari.

102. Item impuberem apud populum adoptari aliquando prohibitum est, aliquando permissum est : nunc ex epistola optimi imperatoris Antonini, quam scripsit pontificibus, si justa causa adoptionis esse videbitur, cum quibusdam conditionibus permissum est. Apud prætorem vero, et in provinciis apud proconsulem legatumve, cujuscumque ætatis adoptare possumus.

(*Conf.* GAI. INST. I, § 106, *infra.*)

Google

2. Sed hodie ex nostra constitutione (1), cum filiusfamilias a patre naturali extraneæ personæ in adoptionem datur, jura potestatis patris naturalis minime dissolvuntur, nec quicquam ad patrem adoptivum transit, nec in potestate ejus est, licet ab intestato jura successionis ei a nobis tributa sint. Si vero pater naturalis non extraneo, sed avo filii sui materno, vel, si ipse pater naturalis fuerit emancipatus, etiam avo paterno, vel proavo simili modo paterno vel materno, filium suum dederit in adoptionem, in hoc casu, quia in unam personam concurrunt et naturalia et adoptionis jura, manet stabile jus patris adoptivi, et naturali vinculo copulatum, et legitimo adoptionis nodo constrictum, ut et in familia et in potestate hujusmodi patris adoptivi sit.

3. Cum autem impubes per principale rescriptum adrogatur, causa cognita adrogatio permittitur, et exquiritur causa adrogationis, an honesta sit, expediatque pupillo, et cum quibusdam conditionibus adrogatio fit, id est, ut caveat adrogator personæ publicæ, hoc est tabulario, si intra pubertatem pupillus decesserit, restituturum se bona illis qui, si adoptio facta non esset, ad successionem ejus venturi essent. Item non alias emancipare eum potest adrogator, nisi, causa cognita, dignus emancipatione fuerit, et tunc sua bona ei reddat. Sed et si decedens pater eum exheredaverit, vel vivus sine justa causa eum emancipaverit, jubetur quartam partem ei bonorum suorum relinquere, videlicet præter bona quæ ad patrem adoptivum transtulit, et quorum commodum ei postea adquisivit.

4. Minorem natu majorem non posse adoptare placet. Adoptio enim naturam imitatur, et pro monstro est ut major sit filius quam pater. Debet itaque is qui sibi filium

---

(1) *L.* 10, *C.*, *De adoptionibus* (VIII, 48).

Digitized by Google

(*Conf.* Gai. Inst. I, § 105, *infra*).

103. Illud vero utriusque adoptionis commune est, quod et hi qui generare non possunt, quales sunt spadones, adoptare possunt.

104. Feminæ vero nullo modo adoptare possunt, quia ne quidem naturales liberos in potestate habent.

105. Item si quis per populum, sive apud prætorem, vel apud præsidem provinciæ adoptaverit, potest eumdem alii in adoptionem dare.

106. Sed *et* illa quæstio, an minor natu majorem natu adoptare possit, utriusque adoptionis communis est.

107. Illud proprium est ejus adoptionis quæ per populum fit, quod is qui liberos in potestate habet, si se adrogandum dederit, non solum ipse potestati adrogatoris subjicitur, sed etiam liberi ejus in ejusdem fiunt potestate, tamquam nepotes.

Google

per adoptionem vel adrogationem facit, plena pubertate, id est, decem et octo annis, præcedere.

5. Licet autem et in locum nepotis vel pronepotis, vel in locum neptis vel proneptis, vel deinceps, adoptare, quamvis filium quis non habeat.

6. Et tam filium alienum quis in locum nepotis adoptare potest, quam nepotem in locum filii.

7. Sed si quis nepotis loco adoptet, vel quasi ex eo filio quem habet jam adoptatum, vel quasi ex illo quem naturalem in sua potestate habet, in eo casu et filius consentire debet, ne ei invito suus hæres adgnascatur. Sed ex contrario, si avus ex filio nepotem det in adoptionem, non est necesse filium consentire.

8. In plurimis autem causis adsimilatur is qui adoptatus vel adrogatus est, ei qui ex legitimo matrimonio natus est. Et ideo si quis per imperatorem, sive apud prætorem vel apud præsidem provinciæ non extraneum adoptaverit, potest eumdem alii in adoptionem dare.

9. Sed et illud utriusque adoptionis commune est, quod et ii qui generare non possunt, quales sunt spadones, adoptare possunt; castrati autem non possunt.

10. Feminæ quoque adoptare non possunt, quia nec naturales liberos in sua potestate habent. Sed ex indulgentia principis ad solatium liberorum amissorum adoptare possunt.

11. Illud proprium est adoptionis illius quæ per sacrum oraculum fit, quod is qui liberos in potestate habet, si se adrogandum dederit, non solum ipse potestati adrogatoris subjicitur, sed etiam liberi ejus in ejusdem fiunt potestate, tamquam nepotes. Sic enim et divus Augustus non ante Tiberium adoptavit, quam is Germanicum adoptavit, ut

Digitized by Google

108. *Nunc de his personis videamus, quæ in manu nostra sunt: quod* et ipsum jus proprium civium Romanorum est. 109. Sed in potestate quidem et masculi et feminæ esse solent, in manum autem feminæ tantum conveniunt. 110. Olim itaque tribus modis in manum conveniebant: usu, farreo, coemptione. 111. Usu in manum conveniebat quæ anno continuo nupta perseverabat: nam velut annua possessione usucapiebatur, in familiam viri transibat, filiæque locum obtinebat. Itaque lege duodecim tabularum cautum erat, si qua nollet eo modo in manum mariti con*venire*, *ut quotan*nis trinoctio abesset, atque *ita usum* cujusque anni interrumperet. Sed hoc totum jus partim legibus sublatum est, partim ipsa desuetudine oblitteratum est. 112. Farreo in manum conveniunt *per* quoddam genus sacrificii. . . . . in quo farreus panis adhibetur: unde etiam confarreatio dicitur; *sed com*plura præterea hujus juris ordinandi gratia cum certis et solemnibus verbis, præsentibus decem testibus, aguntur et fiunt. Quod jus etiam nostris temporibus in usu est: nam flamines majores, id est, Diales, Martiales, Quirinales, si*cut reges* sacrorum, nisi *sint* confarreatis nu*ptiis nati*, *inaugurari non* videm*us*. . . confarreatio. . . . . 113. *Coemptione in manum conveniunt* per mancipationem, *id est*, per quamdam imaginariam venditionem, adhibitis non minus quam V testibus civibus Romanis pube-

Google

protinus adoptione facta incipiat Germanicus Augusti nepos esse.

12. Apud Catonem bene scriptum refert antiquitas, servos, si a domino adoptati sint, ex hoc ipso posse liberari.

Unde et nos eruditi in nostra constitutione (1), etiam eum servum quem dominus actis intervenientibus filium suum nominaverit, liberum esse constituimus, licet hoc ad jus filii accipiendum non sufficiat.

(1) *L. un.*, § 10, *C.*, *De lat. lib. toll.* (VII, 6).

Google

ribus, item libripende, *præter* mulierem, eum*que* cujus in manum convenit.

114. Potest autem coemptionem facere mulier non solum cum marito suo, sed etiam cum extraneo. *Unde* aut matrimonii causa facta coemptio dicitur, aut fiduciæ causa. *Quæ* enim cum marito suo facit coemptionem, (*ut*) apud eum filiæ loco sit, dicitur matrimonii causa fecisse coemptionem; quæ vero alterius rei causa facit coemptionem *cum* viro *suo*, *aut* cum extraneo, velut tutelæ evitandæ causa, dicitur fiduciæ causa fecisse coemptionem. **115.** Quod est tale : si qua velit quos habet tutores reponere, ut alium nanciscatur, iis *auctori*bus coemptionem facit; deinde a coemptionatore remancipata ei cui ipsa velit, et ab eo vindicta manumissa incipit eum habere tutorem (*a*) quo manumissa est : qui tutor fiduciarius dicitur, sicut inferius apparebit. **115**[a]. Olim etiam testamenti faciendi gratia fiduciaria fiebat coemptio : tunc enim non aliter feminæ testamenti faciendi jus habebant, exceptis quibusdam personis, quam si coemptionem fecissent remancipatæque et manumissæ fuissent. Sed hanc necessitatem coemptionis faciendæ ex auctoritate divi Hadriani senatus remisit;. . . . . femina. . . . . **115**[b]. *Licet autem mulier* fiduciæ causa cum *viro suo* fecerit coemptionem, nihilominus filiæ loco incipit esse; nam si omnino qualibet ex causa uxor in manu viri sit, placuit eam filiæ *jura* nancisci.

116. Superest ut exponamus, quæ personæ in mancipio sint. **117.** Omnes igitur liberorum personæ, *sive* masculini, *sive* fem*inini sexus*, *quæ* in potestate parentis sunt, mancipari ab hoc eadem modo possunt, quo etiam servi mancipari possunt. **118.** Idem juris est in earum personis quæ in manu sunt; nam feminæ a coemptionatoribus eodem modo possunt (*mancipari*, *quo liberi a parente mancipantur : adeo*) quidem ut, *quam*vis ea *sola*

Digitized by Google

Digitized by Google

apud coemptionatorem filiæ loco sit, *quæ ei* nupta si nihilominus etiam quæ ei nupta non est, nec ob id fili loco sit, ab eo mancipari possit. **118a**. Plerumque solu et a parentibus et a coemptionatoribus mancipantur, cu velint parentes coemptionatoresque (*e*) suo jure eas pe sonas dimittere, sicut inferius evidentius apparebit.

119. Est autem mancipatio, ut supra quoque diximus imaginaria quædam venditio; quod et ipsum jus propriu civium Romanorum est. Eaque res ita agitur : adhibiti non minus quam quinque testibus civibus Romanis pube ribus, et præterea alio ejusdem conditionis, qui libra æneam teneat, qui appellatur libripens, is qui mancipi accipit, rem tenens ita dicit : HUNC EGO HOMINEM EX JURE QUI RITIUM MEUM ESSE AIO, ISQUE MIHI EMPTUS EST HOC ÆRE ÆNEAQU LIBRA; deinde ære percutit libram, idque æs dat ei a qu mancipio accipit, quasi pretii loco.

120. Eo modo et serviles et liberæ personæ manci pantur; animalia quoque quæ mancipi sunt, quo in numero habentur boves, equi, muli, asini; item prædia tam urbana quam rustica, quæ et ipsa mancipi sunt, quali sunt Italica, eodem modo solent mancipari. **121**. In ec solo prædiorum mancipatio a ceterorum mancipatione differt, quod personæ serviles et liberæ, item animalia quæ mancipi sunt, nisi in præsentia sint, mancipari non possunt, adeo quidem ut eum (*qui*) mancipio accipit, adprehendere id ipsum quod *ei* mancipio datur, necesse sit : unde etiam mancipatio dicitur, quia manu res capitur : prædia vero absentia solent mancipari. **122**. Ideo autem æs et libra adhibetur, quia olim æreis tantum nummis utebantur, et erant asses, dupondii, semisses et *quadrantes*, nec ullus aureus vel argenteus *nummus in* usu erat, sicut ex lege XII tabularum intelligere possumus; eorumque nummorum vis et potestas non in numero erat, sed in pondere *nummorum : veluti* asses librales erant; et dipondii

Digitized by Google

Google

tum erant *bilibres; unde etiam di*pondius dictus *est*, *qua*si *duo* pondo : *quod* nomen adhuc in usu retinetur; semisses *quo*que et quadrantes pro rata scilicet portione *libræ æris habebant certum pondus. Item* qui dabat *olim pecuniam non ad*numerabat eam, sed appendebat : unde servi quibus permittitur administratio *pecuniae dispensatores* appellati sunt, et ad*huc appellan*tur. **123.** Si tamen quærat aliquis *quid inter* coemptionem *femi*nae et *mancipationem intersit*, *ea* quidem, quæ coemptionem facit, *non deducitur in* servilem conditionem; *a parentibus vero et a coemptionatoribus* mancipati mancipatæve servorum loco constituuntur : adeo quidem ut ab eo cujus in mancipio sunt, neque hereditatem neque legata aliter capere possint, quam *si* simul eodem testamento liberi esse jubeantur, sicuti juris est in persona servorum. Sed differentiæ ratio manifesta est, cum a parentibus et a coemptionatoribus iisdem verbis mancipio accipiuntur, quibus servi : quod non similiter *fit* in *coemptione.*

124. Videamus nunc, quibus *modis ii qui* alieno juri subjecti sunt, eo jure liberentur.

125. *Ac* prius de his dispiciamus, qui in potestate sunt.

126. Et quidem *servi que*madmodum *potestate liberentur*, *ex iis intelligere* possumus, quæ de servis manumittendis superius exposuimus.

127. Hi vero qui *in potestate parentis sunt*, *mortuo eo sui juris fiunt; sed hoc di*stinctionem recipit : nam *mortuo patre*, *sane* omnimodo filii filiæve sui juris efficiuntur; mortuo vero avo *non omnimodo nepotes neptesque* sui *juris fiunt*, *sed ita si post mortem avi* in patris sui potestatem recasuri non *sunt. Ita*que si *moriente avo pater eorum et vivat et in potestate* patris (*sui*) fuerit, tunc post *obitum avi non sui juris*, sed in potestate pat*ris sui fiunt; si vero is*, quo tempore av*us* moritur, *aut jam mortuus*

Google

Tit. XII. Quibus modis jus potestatis solvitur.

Videamus nunc quibus modis ii qui alieno juri sunt subjecti, eo jure liberantur.

Et quidem servi quemadmodum potestate liberantur, ex iis intelligere possumus quæ de servis manumittendis superius exposuimus.

Hi vero qui in potestate parentis sunt, mortuo eo sui juris fiunt; sed hoc distinctionem recipit. Nam mortuo patre, sane omnimodo filii filiæve sui juris efficiuntur; mortuo vero avo, non omnimodo nepotes neptesque sui juris fiunt, sed ita si post mortem avi in potestatem patris sui recasuri non sunt. Itaque, si moriente avo pater eorum et vivit et in potestatem patris sui est, tunc post obitum avi in potestate patris sui fiunt. Si vero is, quo tempore avus moritur, aut jam mortuus est, aut exiit de potestate

Google

est, aut exiit de potestate patris, tunc ii, quia in potestatem ejus cadere non possunt, sui juris fiunt.

128. Cum autem is cui ob aliquod maleficium ex lege pœnali aqua et igni interdicitur, civitatem Romanam amittat, sequitur ut, qui eo modo ex numero civium Romanorum tollitur, proinde ac mortuo eo desinant liberi in potestate ejus esse : nec enim ratio patitur, ut peregrinæ conditionis homo civem Romanum in potestate habeat. Pari ratione, et si ei qui in potestate parentis sit, aqua et igni interdictum fuerit, desinit in potestate parentis esse, quia æque ratio non patitur ut peregrinæ conditionis homo in potestate sit civis Romani parentis.

MARCIANUS, *lib. II Institutionum* (1).

Relegati in insulam in potestate sua liberos retinent, quia et alia omnia jura sua retinent; tantum enim insula eis egredi non licet. Et bona quoque sua omnia retinent, præter ea, si quæ eis adempta sunt; nam eorum, qui in perpetuum exsilium dati sunt, vel relegati, potest quis sententia partem bonorum adimere.

MARCIANUS, *libro I Regularum* (2).

Exsilium triplex est : aut certorum locorum interdictio, aut lata fuga, ut omnium locorum interdicatur, præter certum locum, aut insulæ vinculum, id est relegatio in insulam.

MARCIANUS, *lib. I Institutionum* (3).

Sunt quidam servi pœnæ, ut sunt in metallum dati, et in opus metalli; et si quid eis testamento datum fuerit, pro non scripto est, quasi non Cæsaris servo datum, sed pœnæ. — Item quidam ἀπόλιδες sunt, hoc est, sine civitate, ut sunt in opus publicum perpetuo dati, et in insulam deportati, ut ea quidem, quæ juris civilis sunt, non habeant, quæ vero juris gentium sunt, habeant.

(1) *L.* 4, *D.*, *De interdictis, et relegatis, et deportatis* (XLVIII, 22). — (2) *L.* 5, *eod.* — (3) *L.* 17, *pr.*, § 1, *D.*, *De pœnis* (XLVIII, 19).

Google

patris, tunc ii, quia in potestatem ejus cadere non possunt, suis juris fiunt.

1. Cum autem is qui, ob aliquod maleficium, in insulam deportatur, civitatem amittit, sequitur ut, quia eo modo ex numero civium Romanorum tollitur, perinde ac mortuo eo desinant liberi in potestate ejus esse. Pari ratione, et si is qui in potestate parentis sit, in insulam deportatus fuerit, desinit in potestate parentis esse. Sed si ex indulgentia principali restituti fuerint, per omnia (1) pristinum statum recipiunt.

2. Relegati autem patres in insulam, in potestate sua liberos retinent. Et ex contrario liberi relegati in potestate parentium remanent.

3. Pœnæ servus effectus filios in potestate habere desinit. Servi autem pœnæ efficiuntur, qui in metallum damnantur (2), et qui bestiis subjiciuntur.

4. Filiusfamilias, si militaverit vel si senator vel consul fuerit factus, manet in potestate patris; militia enim vel consularis dignitas potestate patris filium non liberat.

(1) Alias : restituti fuerint per omnia, pristinum...

(2) « Si ex decreto judiciali in metallum aliquis, aut vir, aut mulier,

Google

129. Quod si ab hostibus captus fuerit parens, quamvi servus interim hostium fiat, pendet jus liberorum propte jus postliminii, quia hi qui ab hostibus capti sunt, si re versi fuerint, omnia pristina jura recipiunt. Itaque reversus habebit liberos in potestate. Si vero illic mortuu sit, erunt quidem liberi sui juris, sed utrum ex hoc tempore quo mortuus est apud hostes parens, an ex illo quc ab hostibus captus est, dubitari potest. Ipse quoque filius neposve si ab hostibus captus fuerit, similiter dicimus, propter jus postliminii potestatem quoque parentis in suspenso esse.

ULPIANUS, *lib. I Institutionum* (1).

Hostes sunt, quibus bellum publice populus Romanus decrevit, vel ipsi populo Romano; ceteri latrunculi vel prædones appellantur. Et ideo qui a latronibus captus est, servus latronum non est, nec postliminium illi necessarium est. Ab hostibus autem captus, utputa a Germanis et Parthis, et servus est hostium, et postliminio statum pristinum recuperat.

MARCIANUS, *lib. XIV Institutionum* (2).

Divi Severus et Antoninus rescripserunt, si uxor cum marito ab hostibus capta fuerit, et ibidem ex marito enixa sit, si reversi fuerint, justos esse et parentes et liberos, et filium in potestate patris, quemadmodum jure postliminii reversus sit. Quodsi cum matre sola revertatur, quasi sine marito natus spurius habebitur.

FLORENTINUS, *lib. VI Institutionum* (3).

Nihil interest, quomodo captivus reversus est, utrum dimis-

(1) *L.* 24, *D.*, *De captivis et de postliminio reversis* (XLIX, 15). — (2) *L.* 25, *D.*, *eod.* — (3) *L.* 26, *D.*, *eod.*

Google

Sed ex constitutione nostra (1), summa patriciatus dignitas illico imperialibus codicillis præstitis, filium a patria potestate liberat. Quis enim patiatur, patrem quidem posse per emancipationis modum suæ potestatis nexibus filium relaxare, imperatoriam autem celsitudinem non valere eum quem sibi patrem elegit, ab aliena eximere potestate (2)?

5. Si ab hostibus captus fuerit parens, quamvis servus hostium fiat, tamen pendet jus liberorum propter jus postliminii; quia hi qui ab hostibus capti sunt, si reversi fuerint, omnia pristina jura recipiunt. Idcirco reversus etiam liberos habebit in potestate, quia postliminium fingit eum qui captus est, semper in civitate fuisse. Si verò ibi decesserit, exinde ex quo captus est pater, filius sui juris fuisse videtur. Ipse quoque filius neposve si ab hostibus captus fuerit, similiter dicimus propter jus postliminii, jus quoque potestatis parentis in suspenso esse. Dictum est autem postliminium a LIMINE et POST. Unde eum qui, ab hostibus captus, in fines nostros postea pervenit, postliminio reversum recte dicimus; nam limina sicut in domibus finem quemdam faciunt, sic et imperii finem limen esse veteres voluerunt. Hinc et limes dictus est, quasi finis quidam et terminus. Ab eo postliminium

---

dari jussus esset; servitus quidem erat et ab antiquis legislatoribus sancita et ex supplicio illata; separabatur vero matrimonium, supplicio possidente damnatum sibique servientem. Nos autem hoc remittimus, et nullum ab initio bene natorum ex supplicio permittimus fieri servum..... Maneat igitur matrimonium hoc nihil ex tali decreto læsum, ut pote inter liberas personas consistens. » *Nov.* 22, *cap.* 8.

(1) V. *L.* 5, *C.*, *De consul.* (XII, 3).

(2) « Sancimus ut omnis talis dignitas (consulis), aut etiam cingulum (præfecti et magistri militum)..... quod eos liberet a curia, hoc valeat et ut potestate eos liberet patrum atque avorum.... Non volumus eum qui ita suæ potestatis fit, perdere aliquod legitimorum jus... et filii eorum post mortem avorum sub eorum recidant potestatem, ac si contigisset eorum parentes morte suorum patrum et non ex præsenti lege suæ potestatis fieri. » *Nov.* 81, *præf. et cap.* 2.

sus, an vi vel fallacia potestatem hostium evaserit, ita tamen, si ea mente venerit, ut non illo reverteretur; nec enim satis est corpore domum quem redisse, si mente alienus est. Sed et qui victis hostibus recuperantur, postliminio redisse existimantur.

130. Præterea exeunt liberi virilis sexus de patris potestate, si flamines Diales inaugurentur, et feminini sexus, si virgines Vestales capiantur. **131.** Olim quoque, quo tempore populus Romanus in Latinas regiones colonias deducebat, *qui jussu* parentis *in Latinam coloniam transmigrabant*, *de potestate exibant; desinebant enim cives Romani esse, cum* acciperentur alterius civitatis cives.

132. Emancipatione *quoque desinunt liberi in potestate parentium esse; sed* filius quidem ter*tia demum mancipatione*, *ceteri* vero liberi, sive masculini sexus, sive feminini, una mancipatione exeunt de parentium potestate : lex enim XII tantum in persona filii de tribus mancipationibus loquitur *his* verbis : SI PATER FILIUM TER VENUMDABIT, FILIUS A PATRE LIBER ESTO. *Eaque* res ita agitur : mancipat pater filium alicui; is eum vindicta manu*mittit :* eo facto revertitur in potestatem patris. Is eum iterum mancipat vel eidem, vel alii : *sed in usu est eidem* mancipari; isque *eum* postea similiter *vindicta manumittit : quo facto rursus* in potestatem patris *sui* revertitur. *Tunc* tertio pater eum mancipat vel eidem, vel alii; sed hoc in usu est ut eidem manci*petur : eaque* mancipat*ione de*sinit in *potestate* patris *esse*, *et*iam si nondum manumissus sit, sed adhuc in causa manci*pii*. . . . . .

. . . . . .

133. *Liberum arbitrium est ei qui filium et ex eo nepotem in potestate habebit, filium quidem potestate dimittere, nepotem vero in potestate retinere; vel ex diverso*

Google

dictum, quia eodem limine revertebatur, quo amissus fuerat. Sed et qui captus victis hostibus recuperatur, postliminio rediisse existimatur.

6. Præterea emancipatione quoque desinunt liberi in potestate parentium esse. Sed emancipatio antea quidem vel per antiquam legis observationem procedebat, quæ per imaginarias venditiones et intercedentes manumissiones celebrabatur, vel ex imperiali rescripto (1).

Nostra autem providentia et hoc in melius per constitutionem reformavit (2), ut, fictione pristina explosa, recta via ad competentes judices vel magistratus parentes intrent, et sic filios suos vel filias, vel nepotes, vel neptes, ac deinceps, sua manu demittant.

Et tunc ex edicto prætoris in hujus filii vel filiæ, vel nepotis vel neptis bonis, qui vel quæ a parente manumissus vel manumissa fuerit, eadem jura præstantur parenti, quæ tribuuntur patrono in bonis liberti; et præterea, si impubes sit filius vel filia, vel ceteri, ipse parens ex manumissione tutelam ejus nanciscitur.

7. Admonendi autem sumus, liberum arbitrium esse ei qui filium et ex eo nepotem vel neptem in potestate habebit, filium quidem potestate dimittere, nepotem vero vel

(1) *V. Anast, L.* 5, *C., De emancip. liber.* (VIII, 49). — (2) *V. L.* 6, *eod.*

Digitized by Google

filium quidem in potestate retinere, nepotem vero manumittere; vel omnes sui juris efficere. Eadem et de pronepote dicta esse intelligemus.

134. *Præterea parentes, liberis in adoptionem datis, in potestate eos habere desinunt; et in filio quidem, si in adoptionem datur, tres mancipationes et duæ* intercedentes manumissiones proinde fiunt, ac fieri solent cum ita eum pater de potestate dimittit ut sui juris efficiatur. Deinde aut patri remancipatur, et ab eo is qui adoptat, vindicat apud prætorem filium suum esse, et, illo contra non vindicante, (*a*) prætore vindicanti filius addicitur; aut jure mancipatur patri . . . . . .
. . . . . .
mancipatione est : sed sane commodius est patri remancipari. In ceteris vero liberorum personis, seu masculini, seu feminini sexus, una scilicet mancipatio sufficit, et aut remancipantur parenti, aut jure mancipantur. Eadem et in provinciis apud præsides provinciarum solent fieri.

135. Qui ex filio semel iterumve mancipato conceptus est, licet post tertiam mancipationem patris sui nascatur, tamen in avi potestate est, et ideo ab eo et emancipari et in adoptionem dari potest. At is qui ex eo filio conceptus est, qui in tertia mancipatione est, non nascitur in avi potestate; sed eum Labeo quidem existimat in ejusdem mancipio esse cujus et pater sit : utimur autem hoc jure, ut, quamdiu pater ejus in mancipio sit, pendeat jus ejus : et si quidem pater ejus ex mancipatione manumissus erit, cadit in ejus potestatem; si vero is, dum in mancipio sit, decesserit, sui juris fit. Et de. . . . . .
licet. . . . . ut supra diximus, quod in filio faciunt tres mancipationes, hoc facit una mancipatio in nepote.

136. *Mulier quæ in manum convenit, nisi coemptionem*

Google

neptem retinere; et ex diverso filium quidem in potestate retinere, nepotem vero vel neptem manumittere, vel omnes sui juris efficere. Eadem et de pronepote et pronepte dicta esse intelligantur.

8. Sed etsi pater filium quem in potestate habet, avo vel proavo naturali, secundum nostras constitutiones super his habitas, in adoptionem dederit, id est, si hoc ipsum actis intervenientibus apud competentem judicem manifestaverit, præsente eo qui adoptatur et non contradicente, nec non eo præsente qui adoptat, solvitur jus potestatis patris naturalis; transit autem in hujusmodi parentem adoptivum, in cujus persona et adoptionem esse plenissimam antea diximus (1).

9. Illud autem scire, oportet, quod si nurus tua ex filio tuo conceperit, et filium postea emancipaveris vel in adoptionem dederis prægnante nuru tua, nihilominus quod ex ea nascitur, in potestate tua nascitur; quod si post emancipationem vel adoptionem conceptus fuerit, patris sui emancipati vel avi adoptivi potestati subjicitur;

(1) *V. L.* 11, *C. De adopt.* (VIII, 48.)

Google

fecerit, *potestate parentis non liberatur*, *velut flaminic Dialis; nam id senatusconsulto confirmatur, quo ex auc toritate* Maximi et Tuberonis *cavetur ut* hæc quod *a* sacra tantum videatur in manu esse, quod vero ad ceter perinde habeatur atque si in manum non *convenisset*. *Se mulieres quæ coemptionem fecerunt per mancipationem* potestate parentis liberantur : nec interest, an in viri su manu *sint an* extranei, *quamvis* hæ solæ loco filiarum ha beantur, quæ in viri manu *sunt*. **137**. . . . . *mancipatione* desinunt in manu esse, et cum ex mancipatione *manumissæ* fuerint, sui *juris efficiuntur*. . . . . vel ita. . . . . nihilo magis potest cogere, quam filia patrem. Sed filia quidem nullo modo patrem potest cogere, etiamsi adoptiva sit : hæc autem repudio misso (*virum*) proinde compellere potest, atque si ei nunquam nupta fuisset.

MARCIANUS, *lib. V Regularum* (1).

Non potest, qui est in potestate patris, ullo modo compellere ne sit in potestate, sive naturalis sive adoptivus.

PAPIANUS, *lib. XXXI Quæstionum* (2).

Nonnunquam autem impubes, qui adoptatus est, audiendus erit, si pubes factus emancipari desideret, idque causa cognita per judicem statuendum erit.

Imperator Titus Antoninus rescripsit, privignum suum tutori adoptare permittendum ;

MARCIANUS, *lib. V Regularum* (3).

Et si pubes factus non expedire sibi, in potestatem ejus redigi, probaverit, æquum esse, emancipari eum a patre adoptivo, atque ita pristinum jus reciperare.*

138. Hi qui in causa mancipii sunt, quia servorum

(1) *L.* 31, *D.*, *De adoptionibus et emancipationibus* (1, 7). — (2) *L.* 32, *pr.*, § 1, *D.*, *eod.* — (3) *L.* 33, *D.*, *eod.*

Digitized by Google

Et quod neque naturales liberi neque adoptivi ullo pene modo possunt cogere parentes de potestate sua eos dimittere.

Google

loco habentur, vindicta, censu, testamento manumissi s
juris fiunt. 139. Nec tamen in hoc casu lex Ælia Sent
locum habet : itaque nihil requirimus, cujus ætatis sit
qui manumittit et qui manumittitur, ac ne illud quider
an patronum creditoremve manumissor habeat. Ac ne nu
merus quidem legis Furiæ Caniniæ finitus in his personi
locum habet. 140. Quin etiam invito quoque eo cujus i
mancipio sunt, censu libertatem consequi possunt, except
eo quem pater ea lege mancipio dedit, ut sibi remanci-
petur; nam quodam modo tunc pater potestatem pro
priam reservare sibi videtur eo ipso quod mancipio reci
pit. Ac ne is quidem dicitur, invito eo cujus in mancipic
est, censu libertatem consequi, quem pater ex noxali causa
mancipio dedit, velut qui furti ejus nomine damnatus est,
et eum mancipio actori dedit; nam hunc pro pecunia ha-
bet. 141. In summa admonendi sumus, adversus eos
quos in mancipio habemus, nihil nobis contumeliose fa-
cere licere; alioquin injuriam *actione* tenebimur. Ac ne
diu quidem in eo jure detinentur homines, sed plerumque
hoc fit dicis gratia uno momento, nisi scilicet ex noxali
causa manciparentur.

142. Transeamus nunc ad aliam divisionem : nam ex
his personis quæ neque in potestate, neque in manu,
neque in mancipio sunt, quædam vel in tutela sunt, vel
in curatione, quædam neutro jure tenentur. Videamus igi-
tur, quæ in tutela, vel in curatione sint; ita enim intelli-
gemus de ceteris personis quæ neutro jure tenentur.

143. Ac prius dispiciamus de his quæ in tutela sunt.

PAULUS, *lib. XXXVIII, ad Edictum* (1).

Tutela est, ut Servius definit, vis ac potestas in capite libero, ad tuendum eum, qui propter ætatem sua sponte se defendere nequit, jure civili data ac permissa.

---

(1) *L.* 1, *pr.*, *D.*, *De tutelis* (XXVI, 1).

Digitized by Google

Tit. XIII. De tutelis.

Transeamus nunc ad aliam divisionem personarum; nam ex his personis quæ in potestate non sunt, quædam vel in tutela sunt, vel in curatione, quædam neutro jure tenentur. Videamus ergo de his quæ in tutela, vel curatione sunt : ita enim intelligemus ceteras personas quæ neutro jure tenentur.

Ac prius dispiciamus de his quæ in tutela sunt.

1. Est autem tutela, ut Servius definivit, vis ac potestas in capite libero, ad tuendum eum qui propter ætatem se defendere nequit, jure civili data ac permissa.

Google

144. Permissum est itaque parentibus, liberis quos in potestate sua habent, testamento (*tuto*)res dare, masculini quidem sexus impuberibus, *feminini autem etiam puberibus;* veteres enim voluerunt feminas, etiam si perfectæ ætatis sint, propter animi levitatem in tutela esse.

145. Itaque si quis filio filiæque testamento tutorem dederit, et ambo ad pubertatem pervenerint, filius quidem desinit habere tutorem, filia vero nihilominus in tutela permanet : tantum enim ex lege Julia et Papia Poppæa jure liberorum a tutela liberantur feminæ. Loquimur autem exceptis virginibus Vestalibus, quas etiam veteres in honorem sacerdotii liberas esse voluerunt : itaque etiam lege XII tabularum cautum est.

146. Nepotibus autem neptibusque ita demum possumus testamento tutores dare, si post mortem nostram in patris sui potestatem jure recasuri non sint. Itaque si filius meus mortis meæ tempore in potestate mea sit, nepotes, quos ex eo (*habeo*), non poterunt ex testamento meo habere tutorem, quamvis in potestate mea fuerint, scilicet quia mortuo me in patris sui potestate futuri sunt.

147. Cum tamen in compluribus aliis causis postumi pro jam natis habeantur, et in hac causa placuit, non minus postumis quam jam natis testamento tutores dari posse : si modo in ea causa sint, ut si vivis nobis nascantur, in potestate nostra fiant. Hos etiam heredes instituere possumus, cum extraneos postumos heredes instituere permissum non sit.

148. (*Uxori*) quæ in manu est, proinde ac filiæ, item nurui quæ in filii manu est, proinde ac nepti, tutor dari potest.

Google

nat. inst. L. 1, T.

6. Tutores autem sunt, qui eam [illegible] *m ac potestatem ha*
bent, exque ipsa re nomen cepe [illegible] *: itaque appellantu*
tutores, quasi tuitores atque defe [illegible] *res, sicut æditui di*
cuntur, qui ædes tuentur.
7. Permissum et itaque parentibus, liberis impuberi
bus, quos in potestate habent, testamento tutores dare.

Et hoc in filios filiasque procedit omnimodo.

Nepotibus tamen neptibusque ita demum parentes possunt testamento tutores dare, si post mortem eorum in patris sui potestatem non sunt recasuri. Itaque si filius tuus mortis tuæ tempore in potestate tua sit, nepotes ex eo non poterunt testamento tuo tutorem habere, quamvis in potestate tua fuerint; scilicet, quia, mortuo te, in potestatem patris sui recasuri sunt.

4. Cum autem in compluribus aliis causis postumi pro jam natis habentur, et in hac causa placuit non minus postumis quam jam natis testamento tutores dari posse: si modo in ea causa sint, ut, si vivis parentibus nascerentur, sui et in potestate eorum fierent.

Digitized by Google

149. Rectissime autem tutor sic dari potest : LUCIUM TITIUM LIBERIS MEIS TUTOREM DO : sed et si ita scriptum sit : LIBERIS MEIS, vel UXORI MEÆ TITIUS TUTOR ESTO, recte datus intelligitur.

150. In persona tamen uxoris quæ in manu est, recepta est etiam tutoris optio, id est, ut liceat ei permittere quem velit ipsa tutorem sibi optare, hoc modo : TITIÆ UXORI MEÆ TUTORIS OPTIONEM DO : quo casu licet uxori (*eligere tutorem*), vel in omnes res, vel in unam forte aut duas. **151.** Ceterum aut plena optio datur, aut angusta. **152.** Plena ita dari solet, ut proxume supra diximus; angusta ita dari solet : TITIÆ UXORI MEÆ TUTORIS OPTIONEM DUNTAXAT SEMEL DO, aut DUNTAXAT BIS DO. **153.** Quæ optiones plurimum inter se differunt; nam quæ plenam optionem habet, potest semel et bis et ter et sæpius tutorem optare : quæ vero angustam habet optionem, si duntaxat semel data est optio, amplius quam semel optare non potest: si tantum bis, amplius quam bis optandi facultatem non habet. **154.** Vocantur autem hi qui nominatim testamento tutores dantur, dativi; qui ex optione sumuntur, optivi.

Digitized by Google

5. Sed si emancipato filio tutor a patre testamento datus fuerit, confirmandus est ex sententia præsidis omnimodo, id est, sine inquisitione.

Tit. XIV. Qui testamento tutores dari possunt.

Dari autem potest tutor non solum paterfamilias, sed etiam filiusfamilias.

1. Sed et servus proprius testamento cum libertate recte tutor dari potest. Sed sciendum est eum, et sine libertate tutorem datum, tacite libertatem directam accepisse videri, et per hoc recte tutorem esse. Plane, si per errorem quasi liber tutor datus sit, aliud dicendum est. Servus autem alienus pure inutiliter testamento datur tutor; sed

Digitized by Google

ULPIANUS, *lib. XXXVIII, ad Sabinum* (1).

Certarum rerum vel causarum testamento tutor dari non potest nec deductis rebus.

POMPONIUS, *lib. XVII, ad Sabinum* (2).

Et, si datus fuerit, tota datio nihil valebit.

MARCIANUS, *lib. II Institutionum* (3).

Quia personæ, non rei vel causæ datur.

155. Quibus testamento quidem tutor datus non sit, iis ex lege XII agnati sunt tutores, qui vocantur legitimi.

156. Sunt autem agnati per virilis sexus personas cognatione juncti, quasi a patre cognati, veluti frater eodem patre natus, fratris filius neposve ex eo, item patruus, et patrui filius *et* nepos ex eo. At hi qui per feminini sexus

(1) *L.* 12, *D., De testamentaria tutela* (XXVI, 2). — (2) *L.* 13, D., *eod.* — (3) *L.* 14, *D., eod.*

Google

ita, CUM LIBER ERIT, utiliter datur. Proprius autem servus inutiliter eo modo tutor datur.

2. Furiosus vel minor viginti quinque annis tutor testamento datus, tutor erit, cum compos mentis aut major viginti quinque annis factus fuerit.

3. Ad certum tempus, seu ex certo tempore, vel sub conditione, vel ante heredis institutionem, posse dari tutorem non dubitatur.

4. Certæ autem rei vel causæ tutor dari non potest, quia personæ, non causæ vel rei datur.

5. Si quis filiabus suis vel filiis tutores dederit, etiam postumæ vel postumo dedisse videtur; quia filii vel filiæ appellatione postumus vel postuma continetur. Quod si nepotes sint, an appellatione filiorum et ipsis tutores dati sunt? Dicendum est ut ipsis quoque dati videantur, si modo LIBEROS dixit : ceterum si FILIOS, non continebuntur; aliter enim filii, aliter nepotes appellantur. Plane si postumis dederit, tam filii postumi, quam ceteri liberi continebuntur.

TIT. XV. DE LEGITIMA ADGNATORUM TUTELA.

Quibus autem testamento tutor datus non sit, his ex lege duodecim tabularum adgnati sunt tutores, qui vocantur legitimi.

1. Sunt autem adgnati, cognati per virilis sexus personas cognatione conjuncti, quasi a patre cognati : veluti frater eodem, patre natus, patris filius, neposve ex eo; item patruus, et patrui filius, neposve ex eo. At qui per

Google

personas cognatione junguntur, *non sunt agnati*, *sed alias* naturali jure cognati : *itaque* inter avunculum et sororis filium non agnatio est, sed cognatio; item amitæ, materteræ filius non est mihi agnatus, sed cognatus, et invicem scilicet ego illi eodem jure conjungor, quia qui nascuntur patris, non matris familiam sequuntur.

157. Sed olim quidem, quantum ad legem XII tabularum attinet, etiam feminæ agnatos habebant tutores; sed postea lex Claudia lata est, quæ, quod ad feminas attinet, (*agnatorum*) tutelas sustulit. Itaque masculus quidem impubes fratrem puberem aut patruum habet tutorem; feminæ vero talem habere tutorem non *possunt*.

158. Sed agnationis quidem jus capitis diminutione perimitur, cognationis vero jus non commutatur, quia civilis ratio civilia quidem jura corrumpere potest, naturalia vero non potest.

159. Est autem capitis diminutio prioris *status* permutatio, *ea*que tribus modis accidit; nam aut maxima est capitis diminutio, aut minor, quam quidam mediam vocant, aut minima.

160. Maxima est capitis diminutio, cum aliquis simul et civitatem et libertatem amittit; qu*od quid*em evenit in *his* qui ex patria . . . . . consilium *ha*buerint; *item mulieribus quæ ex senatusconsulto* Claudiano ancillæ fiunt eorum dominorum, quibus

Google

feminini sexus personas cognatione junguntur, non sunt adgnati, sed alias naturali jure cognati. Itaque amitæ tuæ filius non est tibi adgnatus, sed cognatus, et invicem scilicet tu illi eodem jure conjungeris, quia qui nascuntur, patris, non matris, familiam sequuntur.

2. Quod autem lex ab intestato vocat ad tutelam adgnatos, non hanc habet significationem, si omnino non fecerit testamentum is qui poterat tutores dare, sed si, quantum ad tutelam pertinet, intestatus decesserit; quod tunc quoque accidere intelligitur, cum is qui datus est tutor, vivo testatore decesserit.

3. Sed adgnationis quidem jus omnibus modis capitis deminutione plerumque perimitur, nam adgnatio juris est nomen. Cognationis vero jus non omnibus modis commutatur; quia civilis ratio civilia quidem jura corrumpere potest, naturalia vero non utique.

Tit. XVI. De capitis deminutione.

Est autem capitis deminutio prioris status commutatio, eaque tribus modis accidit : nam aut maxima est capitis deminutio, aut minor, quam quidam mediam vocant, aut minima.

1. Maxima capitis deminutio est, cum aliquis simul et civitatem et libertatem amittit : quod accidit in his qui servi pœnæ efficiuntur atrocitate sententiæ, vel libertis, ut ingratis erga patronos condemnatis, vel qui se ad pretium participandum venumdari passi sunt.

invitis et denuntiantibus, *nihilominus* cum servis eorum coierint.

161. Minor capitis diminutio est, *cum civitas quidem amittitur*, libertas vero retinetur; *quod accidit ei cui* aqua et igni interdictum fuerit.

162. Minima *capitis* diminutio est, *cum et civitas* et libertas *retinetur*, *sed status hominis commutatur; quod accidit* in his qui adoptantur, item in his quæ coemptionem faciunt, et in his qui mancipio dantur, quique ex mancipatione manumittuntur; adeo quidem ut, quotiens quisque mancipetur, ac *manumittatur*, totiens capite diminuatur.

PAULUS, *lib. XI, ad Edictum* (1).

Liberos, qui adrogatum parentem sequuntur, placet minui capite, cum in aliena potestate sint, et cum familiam mutaverint.

Emancipato filio et ceteris personis capitis minutio manifesto accidit, cum emancipari nemo possit, nisi in imaginariam servilem causam deductus.

Aliter atque cum servus manumittitur, qua servile caput nullum jus habet, ideo nec minui potest.

MODESTINUS, *lib. I Pandectarum* (2).

Hodie enim incipit statum habere.

163. Nec solum majoribus diminutionibus jus agnationis corrumpitur, sed etiam minima; et ideo si ex duobus liberis alterum pater emancipaverit, *post* obitum ejus neuter alteri agnationis jure *tutor esse* potest.

---

(1) *L.* 3, *pr.*, § 1, *D.*, *De capit. minutis.* — (2) *L.* 4, *eod.*

Google

2. Minor sive media capitis deminutio est, cum civitas quidem amittitur, libertas vero retinetur : quod accidit ei cui aqua et igni interdictum fuerit, vel ei qui in insulam deportatus est.

3. Minima capitis deminutio est, cum et civitas et libertas retinetur, sed status hominis commutatur : quod accidit in his qui, cum sui juris fuerunt, cœperunt alieno juri subjecti esse, vel contra : veluti si filiusfamilias a patre emancipatus fuerit, est capite minutus (1).

4. Servus autem manumissus capite non minuitur, quia nullum caput habuit.

5. Quibus autem dignitas magis quam status permutatur, capite non minuuntur, et ideo senatu motum capite non minui constat.

6. Quod autem dictum est manere cognationis jus et post capitis deminutionem, hoc ita est, si minima capitis

(1) Verba : *veluti si filiusfamilias*. . . . . *minutus*, absunt a plurimis codicibus.

Google

164. Cum autem ad agnatos tutela *pertinet, non* simu ad omnes pertinet, sed ad eos tantum qui proximo gradi sunt . . . . . .
. . . . . .
. . . . . .

165. *Ex eadem lege XII tabularum libertorum et libertarum tutela ad patronos liberosque eorum pertinet. Quæ et ipsa legitima tutela vocatur, non quia nominatim in ea lege de hac tutela cavealur, sed quia perinde accepta est per interpretationem, atque si verbis legis introducta esset: eo enim ipso quod hereditates libertorum libertarumque, si* intestati decessissent, *jusserat lex ad patronos* liberosve eorum pertinere, crediderunt veteres voluisse legem etiam tutelas ad eos pertinere; cum et agnatos, quos ad hereditatem vocavit, eosdem et tutores esse jusserat.

166. Exemplo patronorum *etiam* fiduciariæ *tutelæ* receptæ sunt : eæ enim *tutelæ scilicet* fiduciariæ *vocantur proprie*, quæ ideo nobis competunt, quia *liberum caput* mancipatum nobis vel a parente vel a coemptionatore manumiserimus.

Google

deminutio interveniat; manet enim cognatio. Nam si maxima capitis deminutio incurrat, jus quoque cognationis perit, ut puta servitute alicujus cognati; et ne quidem, si manumissus fuerit, recipit cognationem. Sed et si in insulam quis deportatus sit, cognatio solvitur.

7. Cum autem ad adgnatos tutela pertineat, non simul ad omnes pertinet, sed ad eos tantum qui proximiore gradu sunt, vel, si plures ejusdem gradus sunt, ad omnes : veluti si plures fratres sunt qui unum gradum obtinent, ideoque pariter ad tutelam vocantur (1).

Tit. XVII. De legitima patronorum tutela.

Ex eadem lege duodecim tabularum, libertorum et libertarum tutela ad patronos liberosque eorum pertinet. Quæ et ipsa legitima tutela vocatur, non quia nominatim in ea lege de hac tutela caveatur, sed quia perinde accepta est per interpretationem, atque si verbis legis introducta esset. Eo enim ipso quod hereditates libertorum libertarumque, si intestati decessissent, jusserat lex ad patronos liberosve eorum pertinere, crediderunt veteres voluisse legem etiam tutelas ad eos pertinere : cum et adgnatos quos ad hereditatem lex vocat, eosdem et tutores esse jussit; quia plerumque ubi successionis est emolumentum, ibi et tutelæ onus esse debet. Ideo autem diximus plerumque, quia si a femina impubes manumittatur, ipsa ad hereditatem vocatur, cum alius sit tutor.

Tit. XVIII. De legitima parentium tutela.

Exemplo patronorum recepta est et alia tutela, quæ et ipsa legitima vocatur; nam si quis filium aut filiam, nepotem aut neptem ex filio, et deinceps, impuberes emancipaverit, legitimus eorum tutor erit.

---

(1) Verba : *veluti si plures. . . . . vocantur*, videntur esse glossema quod in textum irrepsit.

(*Conf.* GAI. INST. I, § 172, 175, *infra*).

167. Sed Latinarum et Latinorum impuberum *tutela non omnimodo ad manumissores* pertinet, sed ad eos quorum *ante manumissionem* ex jure Quiritium (*fuerunt. Unde si ancilla ex jure Quiritium*) tua sit, in bonis mea, a me quidem solo, non etiam a te manumissa, Latina fieri potest, et bona *ejus ad me pertinent*, *sed ejus tutela* tibi competit : nam ita lege Junia cavetur. Itaque si ab eo cujus et in bonis et ex jure Quiritium ancilla fuerit, facta sit Latina, ad eumdem et bona et tutela pertinet.

168. *Agnatis qui legitimi tutores sunt, item manumissoribus*, permissum est feminarum tutelam alii in jure cedere : pupillorum autem tutelam non est permissum cedere, quia non *videtur* onerosa, cum tempore pubertatis finiatur. **169.** Is autem cui ceditur tutela, cessicius tutor vocatur. **170.** Quo mortuo aut capite diminuto, revertitur ad eum tutorem tutela, qui cessit. Ipse quoque qui cessit, si mortuus aut capite *diminutus* sit, a cessicio tutela dis-

Google

Tit. XIX. De fiduciaria tutela.

Est et alia tutela quæ fiduciaria appellatur; nam si parens filium vel filiam, nepotem vel neptem, vel deinceps, impuberes manumiserit, legitimam nanciscitur eorum tutelam : quo defuncto, si liberi virilis sexus ei extant, fiduciarii tutores filiorum suorum, vel fratris vel sororis, et ceterorum efficiuntur. Atqui patrono legitimo tutore mortuo, liberi quoque ejus legitimi sunt tutores : quoniam filius quidem defuncti, si non esset a vivo patre emancipatus, post obitum ejus sui juris efficeretur, nec in fratrum potestatem recideret, ideoque nec in tutelam; libertus autem, si servus mansisset, utique eodem jure apud liberos domini post mortem ejus futurus esset. Ita tamen hi ad tutelam vocantur, si perfectæ ætatis sunt.

Quod nostra constitutio (1) generaliter in omnibus tutelis et curationibus observari præcepit.

(1) *L.* 5, *C.*, *De legit. tut.* (v, 30).

Google

cedit, et revertitur ad eum qui, post eum qui cessera secundum gradum in tutela habuerit. **171**. Sed quantu ad agnatos pertinet, nihil hoc tempore de cessicia tute quæritur, cum agnatorum tutelæ in feminis lege Claud sublatæ sint. **172**. Sed fiduciarios quoque quidam puta verunt cedendæ tutelæ jus non habere, cum ipsi se one subjecerint : quod et si placeat, in parente tamen, qui f liam neptemve aut proneptem alteri ea lege mancip dedit, ut sibi remanciparetur, remancipatamque manu misit, idem dici non debet; cum is et legitimus tutor ha beatur, et non minus huic quam patronis honor præs tandus est.

173. Præterea senatusconsulto mulieribus permissum est in absentis tutoris locum alium petere : quo petito prior desinit, nec interest quam longe aberit is tutor **174**. Sed excipitur, ne in absentis patroni locum licea libertæ tutorem petere. **175**. Patroni *autem* loco habemus *etiam* parentem qui in *mancipatam et* sibi remancipatam filiam, neptemve aut proneptem, manumissione legitimam tutelam nanctus est. Hujus quidem liberi fiduciarii tutoris loco numerantur : patroni autem liberi eamdem tutelam adipiscuntur, quam et pater eorum habuit. **176**. *Sed ad certam quidem causam*, etiam in patroni absentis locum, *permisit senatus* tutorem petere, veluti ad hereditatem adeundam. **177**. Idem senatus censuit in persona pupilli patroni filii. **178**. *Itemque* lege Julia de maritandis ordinibus, ei quæ in legitima tutela pupilli sit, permittitur dotis constituendæ gratia a prætore urbano tutorem petere. **179**. Sa*ne* patroni filius, etiamsi impubes sit, libertæ *efficietur* tutor, *sed in nu*lla r*e* a*uct*or fieri potest, cum ipsi nihil permissum sit sine tutoris auctoritate agere. **180**. Item si qua in tutela legitima furiosi aut muti sit, permittitur ei senatusconsulto, dotis constituendæ gratia tutorem petere. **181**. Quibus casibus salvam manere tu-

Digitized by Google

Google

telam patrono patroniquæ filio manifestum est. **182.** Pr
terea senatus censuit, ut, si tutor pupilli pupillæve su
pectus a tutela remotus sit, sive ex justa causa fuerit e
cusatus, in locum ejus alius tutor *detur*, quo *dato pri*
tutor amittit tutelam. **183.** Hæc omnia similiter et Rom
et in provinciis solent *observari* . . . . . si ve
. . . . . .**184.** Olim cum legis action
in usu erant, etiam ex illa causa tutor dabatur, si int
tutorem et mulierem pupillumve legis actione agendu
erat : *nam* quia *ipse* quidem *tutor* in re sua auctor ess
non poterat, *alius dabatur*, quo auctore *illa legis acti*
perag［eretur; qui dicebatur prætorius *tutor,* quia a prætor
urbano dabatur. Post sublatas legis actiones quidam pu
tant, hanc speciem dandi *tutoris penitus evanuisse ; se*
adhuc in usu est, *si legitimo* judicio agatur.

185. Si cui nullus omnino tutor sit, ei datur in urb
Roma ex lege Atilia a prætore urbano et majore parte tri
bunorum plebis, qui Atilianus tutor vocatur; in pro-
vinciis vero a præsidibus provinciarum ex lege Julia e
Titia.

186. Et ideo si cui testamento tutor sub conditione au
ex die certo datus sit, quamdiu conditio aut dies pendet,
tutor dari potest; item si pure datus fuerit, quamdiu nemo
heres existat, tamdiu ex iis legibus tutor petendus est, qui
desinit tutor esse posteaquam quis ex testamento tutor esse
cœperit.

187. Ab hostibus quoque tutore capto, ex iis legibus
tutor datur, qui desinit tutor esse, si is qui captus est in
civitatem reversus fuerit : nam reversus recipit tutelam
jure postliminii.

Google

Tit. XX. De atiliano tutore et eo qui ex lege julia et titia dabitur.

Si cui nullus omnino tutor fuerat, ei dabatur, in urbe quidem Roma, a prætore urbano et majore parte tribunorum plebis, tutor ex lege Atilia; in provinciis vero, a præsidibus provinciarum, ex lege Julia et Titia.

1. Sed et, si testamento tutor sub conditione aut die certo datus fuerat, quamdiu conditio aut dies pendebat, ex iisdem legibus tutor dari poterat. Item si pure datus fuerat, quamdiu ex testamento nemo heres existat, tamdiu ex iisdem legibus tutor petendus erat, qui desinebat esse tutor, si conditio existeret, aut dies veniret, aut heres existeret.

2. Ab hostibus quoque tutore capto, ex his legibus tutor petebatur, qui desinebat esse tutor, si is qui captus erat, in civitatem reversus fuerat; nam reversus recipiebat tutelam jure postliminii.

3. Sed ex his legibus tutores pupillis desierunt dari, posteaquam primo consules pupillis utriusque sexus tutores ex inquisitione dare cœperunt, deinde prætores ex constitutionibus; nam supradictis legibus, neque de cau-

Digitized by Google

188. Ex his apparet quot sint species tutelarum. Si vero quæramus in quot genera hæ species deducantur, longa erit disputatio : nam de ea re valde veteres dubitaverunt, nosque diligentius hunc tractatum exsecuti sumus et in edicti interpretatione, et in his libris quos ex Quinto Mucio fecimus. Hoc solum tantisper sufficit admonuisse, quod quidam quinque genera esse dixerunt, ut Quintus Mucius; alii tria, ut Servius Sulpicius; alii duo, ut Labeo; alii tot genera esse crediderunt, quot etiam species essent.

189. Sed impuberes quidem in tutela esse omnium civitatium jure contingit, quia id naturali rationi conveniens est, ut is qui perfectæ ætatis non sit, alterius tutela regatur; nec fere ulla civitas est in qua non licet parentibus, liberis suis impuberibus testamento tutorem dare, quamvis, ut supra diximus, soli cives Romani videantur tantum liberos in potestate habere.

Google

tione a tutoribus exigenda, rem salvam pupillis fore, neque de compellendis tutoribus ad tutelæ administrationem quicquam cavebatur.

4. Sed hoc jure utimur, ut Romæ quidem præfectus urbi vel prætor secundum suam jurisdictionem, in provinciis autem præsides ex inquisitione tutores crearent, vel magistratus jussu præsidum, si non sint magnæ pupilli facultates (1).

5. Nos autem per constitutionem nostram (2), et hujusmodi difficultates hominum resecantes, nec expectata jussione præsidum, disposuimus, si facultas pupilli vel adulti usque ad quingentos solidos valeat, defensores civitatum, una cum ejusdem civitatis religiosissimo antistite, vel alias publicas personas, id est, magistratus, vel juridicum Alexandrinæ civitatis, tutores vel curatores creare, legitima cautela secundum ejusdem constitutionis normam præstanda, videlicet eorum periculo qui eam accipiunt.

6. Impuberes autem in tutela esse naturali juri conveniens est, ut is qui perfectæ ætatis non sit, alterius tutela regatur.

---

(1) *V. Valent., Theod. et Arcad., L.* 1, *C., De tut. illustr. personar.* (v, 33). *L.* 2, *C., Quando mul. tut. offic.* (v. 35).
(2) *L.* 30, *C., De episc. aud.* (1, 4).

190. Feminas vero perfectæ ætatis in tutela esse, fere nulla pretiosa ratio suasisse videtur; nam quæ vulgo creditur, quia levitate animi plerumque decipiuntur, et æquum erat eas tutorum auctoritate regi, magis speciosa videtur quam vera. Mulieres enim quæ perfectæ ætatis sunt, ipsæ sibi negotia tractant, et in quibusdam causis dicis gratia tutor interponit auctoritatem suam; sæpe etiam invitus auctor fieri a prætore cogitur.

191. Unde cum tutore nullum ex tutela judicium mulieri datur.

At ubi pupillorum pupillarumve negotia tutores tractant, *eis* post pubertatem tutelæ judicio rationem reddunt.

192. Sane patronorum et parentum legitimæ tutelæ vim aliquam habere intelliguntur, eo quod hi neque ad testamentum faciendum, neque ad res mancipi alienandas, neque ad obligationes suscipiendas auctores fieri coguntur, præterquam si magna causa alienandarum rerum mancipi obligationisve suscipiendæ interveniat; eaque omnia ipsorum causa constituta sunt, ut, quia ad eos intestatarum mortuarum hereditates pertinent, neque per testamentum excludantur ab hereditate, neque alienatis pretiosioribus rebus susceptoque ære alieno minus locuples ad eos hereditas perveniat.

193. Apud peregrinos non similiter, ut apud nos, in tutela sunt feminæ; sed tamen plerumque quasi in tutela sunt : ut ecce lex Bithynorum, si quid mulier *contra*hat, maritum auctorem esse jubet, aut filium ejus puberem.

Digitized by Google

7. Cum igitur pupillorum pupillarumque tutores negotia gerunt, post pubertatem tutelæ judicio rationes reddunt.

Tit. XXI. De auctoritate tutorum.

Auctoritas autem tutoris in quibusdam causis necessaria pupillis est, in quibusdam non est necessaria. Ut ecce, si quid dari sibi stipulentur, non est necessaria tutoris auctoritas; quod si aliis pupilli promittant, necessaria est; namque placuit meliorem quidem suam conditionem li-

Google

GAIUS, *lib. XII ad Edictum provinc.* (1).

Hereditatem adire pupillus sine tutoris auctoritate non potest quamvis lucrosa sit, nec ullum habeat damnum.

Nec ex senatusconsulto Trebelliano hereditatem recipere pupillus sine tutoris auctoritate potest.

Tutor statim in ipso negotio præsens debet auctor fieri ; post tempus vero, aut per epistolam interposita ejus auctoritas *nihil* agit.

(*Conf.* GAI. INST., I, 184, *supra.*)

194. Tutela autem liberantur ingenuæ quidem trium (*liberorum jure, libertinæ vero quatuor, si in patroni*) liberorumve ejus legitima tutela sint; nam et ceteræ quæ alterius generis tutores habent, velut Atilianos aut fiduciarios, trium liberorum *jure liberantur.* **195.** *Potest* autem pluribus modis libertina alterius generis habere, veluti si a femina manumissa sit; tunc enim e lege Atilia petere debet tutorem, vel in provincia *e lege Julia et Titia:* . . . patronæ. . . . . *Item si sit a masculo* manumissa, et auctore eo coemptionem fecerit, deinde remancipata et manumissa sit, patronum quidem habere tutorem desinit, incipit au-

(1) *L.* 9, §§ 3, 4, 5, *D., De auctor. et cons. tut. et curat.*

Google

cere eis facere etiam sine tutoris auctoritate, deteriorem vero non aliter quam tutore auctore. Unde in his causis ex quibus obligationes mutuæ nascuntur, ut in emptionibus venditionibus, locationibus conductionibus, mandatis, depositis, si tutoris auctoritas non interveniat, ipsi quidem qui cum his contrahunt, obligantur; at invicem pupilli non obligantur.

1. Neque tamen hereditatem adire, neque bonorum possessionem petere, neque hereditatem ex fideicommisso suscipere aliter possunt, nisi tutoris auctoritate, quamvis illis lucrosa sit, nec ullum damnum habeat.

2. Tutor autem statim, in ipso negotio præsens, debet auctor fieri, si hoc pupillo prodesse existimaverit. Post tempus vero, aut per epistolam interposita auctoritas nihil agit.

3. Si inter tutorem pupillumque judicium agendum sit, quia ipse tutor in rem suam auctor esse non potest, non prætorius tutor, ut olim, constituitur, sed curator in locum ejus datur (1), quo interveniente judicium peragitur, et eo peracto curator esse desinit.

---

(1) « Si quis jam curam gerens obligatum sibi effectum habeat minorem...., conjungi tutorem alterum aut curatorem,... ut custodiat ille ne fiat adversus adolescentem aut ejus substantiam... ulla malignitas. » *Nov.* 72, *cap.* 2.

Digitized by Google

tem habere eum tutorem a quo manumissa est : qui fiduciarius dicitur. Item si patronus, *ejusve filius*, in adoptionem se dedit, debet sibi *e lege Atilia vel Titia* tutorem petere. Similiter ex iisdem legibus petere debet tutorem liberta, si patronus decedit, nec ullum virilis sexus liberorum in familia relinquit.

196. Masculi *quando* puberes esse cœperint, tutela liberantur. *Puberem autem Sabinus* quidem *et Cassius ceterique nostri præceptores* eum esse putant, qui habitu corporis pubertatem ostendit, *hoc est*, qui generare potest; sed in his qui pubescere non possunt, quales sunt spadones, eam ætatem esse spectandam, cujus ætatis puberes fiunt. Sed diversæ scholæ auctores annis putant pubertatem æstimandam, id est, eum puberem esse existimandum, *qui XIV annos explevit.*

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

Google

Tit. XXII. Quibus modis tutela finitur.

Pupilli pupillæque, cum puberes esse cœperint, tutela liberantur. Pubertatem autem veteres quidem non solum ex annis, sed etiam ex habitu corporis in masculis æstimari volebant.

Nostra autem majestas dignum esse castitate nostrorum temporum bene putavit, quod in feminis et antiquis impudicum esse visum est, id est, inspectionem habitudinis corporis, hoc etiam in masculos extendere. Et ideo sancta constitutione (1) promulgata, pubertatem in masculis post quartum decimum annum completum illico initium accipere disposuimus, antiquitatis normam in feminis personis bene positam suo ordine relinquentes, ut post duodecimum annum completum viripotentes esse credantur.

1. Item finitur tutela, si adrogati sint adhuc impuberes, vel deportati; item si in servitutem pupillus redigatur, ut ingratus, a patrono (2), vel ab hostibus fuerit captus.

2. Sed et si usque ad certam conditionem datus sit testamento, æque evenit ut desinat esse tutor existente conditione.

3. Simili modo finitur tutela morte, vel pupillorum, vel tutorum.

4. Sed et capitis deminutione tutoris, per quam libertas vel civitas ejus amittitur, omnis tutela perit. Minima autem capitis deminutione tutoris, veluti si se in adoptio-

---

(1) *L. 3, C., Quand. tut. vel. cur.* (v, 60).
(2) Verba : *ut ingratus a patrono*, desunt in pluribus mss.

Google

197..... ætatem pervenerit, in qua res suas tueri possit. *Idem* apud peregrinas gentes custodiri superius indicavimus.

198. Ex iisdem causis et in provinciis a præsidibus earum curatores dari voluit.

Google

nem dederit, legitima tantum tutela perit; ceteræ non pereunt. Sed pupilli et pupillæ capitis deminutio, licet minima sit, omnes tutelas tollit.

5. Præterea, qui ad certum tempus testamento dantur tutores, finito eo deponunt tutelam.

6. Desinunt autem tutores esse, qui vel removentur a tutela ob id quod suspecti visi sunt, vel ex justa causa sese excusant et onus administrandæ tutelæ deponunt, secundum ea quæ inferius proponemus.

Tit. XXIII. De curationibus.

Masculi puberes et feminæ viripotentes usque ad vicesimum quintum annum completum curatores accipiunt; qui licet puberes sint, adhuc tamen ejus ætatis sunt ut sua negotia tueri non possint.

1. Dantur autem curatores ab iisdem magistratibus, a quibus et tutores. Sed curator testamento non datur, sed datus confirmatur decreto prætoris vel præsidis.

2. Item inviti adolescentes curatores non accipiunt, præterquam in litem; curator enim et ad certam causam dari potest.

3. Furiosi quoque et prodigi, licet majores viginti quinque annis sint, tamen in curatione sunt adgnatorum ex lege duodecim tabularum; sed solent Romæ præfectus urbi vel prætor, et in provinciis præsides ex inquisitione eis curatores dare.

4. Sed et mente captis, et surdis, et mutis, et qui perpetuo morbo laborant, quia rebus suis superesse non possunt, curatores dandi sunt.

5. Interdum autem et pupilli curatores accipiunt, ut puta si legitimus tutor non sit idoneus, quoniam habenti tutorem tutor dari non potest. Item si testamento datus tutor, vel a prætore vel præside, idoneus non sit ad administrationem, nec tamen fraudulenter negotia administret

199. Ne tamen et pupillorum, et eorum qui in curatione sunt, negotia *a* tutoribus curatoribusque consumantur, aut deminuantur, curat prætor ut et tutores et *curatores* eo nomine satisdent. **200.** Sed hoc non est perpetuum : nam et tutores testamento dati satisdare non coguntur, quia fides eorum et diligentia ab ipso testatore probata est; (*et*) curatores ad quos non e lege curatio pertinet, sed (*qui*) vel a consule, vel a prætore, vel a præside provinciæ dantur, plerumque non coguntur satisdare, scilicet quia satis *idonei electi* sunt.

Google

solet ei curator adjungi. Item in locum tutorum qui non in perpetuum, sed ad tempus a tutela excusantur, solent curatores dari.

6. Quod si tutor adversa valetudine vel alia necessitate impeditur quominus negotia pupilli administrare possit, et pupillus vel absit vel infans sit, quem velit actorem, periculo ipsius tutoris, prætor vel qui provinciæ præerit, decreto constituet.

Tit. XXIV. De satisdatione tutorum vel curatorum.

Ne tamen pupillorum pupillarumve, et eorum qui quæve in curatione sunt, negotia a tutoribus curatoribusve consumantur vel deminuantur, curat prætor ut et tutores et curatores eo nomine satisdent. Sed hoc non est perpetuum: nam tutores testamento dati satisdare non coguntur, quia fides eorum et diligentia ab ipso testatore probata est; item ex inquisitione tutores vel curatores dati satisdatione non onerantur, quia idonei electi sunt.

1. Sed si ex testamento vel inquisitione duo pluresve dati fuerint, potest unus offerre satis de indemnitate pupilli vel adolescentis, et contutori vel concuratori præferri, ut solus administret, vel ut contutor satis offerens præponatur ei, et ipse solus administret. Itaque per se non potest petere satis a contutore vel concuratore suo; sed offerre debet, ut electionem det contutori vel concuratori suo, utrum velit satis accipere an satisdare. Quod si nemo eorum satis offerat, si quidem adscriptum fuerit a testatore quis gerat, ille gerere debet; quod si non fuerit adscriptum, quem major pars elegerit, ipse gerere debet, ut edicto prætoris cavetur. Sin autem ipsi tutores dissenserint circa eligendum eum vel eos qui gerere debent, prætor partes suas interponere debet. Idem et in pluribus ex inquisitione datis probandum est, id est, ut major pars eligere possit, per quem administratio fieret.

Digitized by Google

ULPIANUS, *lib. XX ad legem Juliam et Papiam* (1).

Bello amissi ad tutelæ excusationem prosunt; quæsitum est autem, qui sint isti: utrum hi, qui in acie sunt interempti, an vero omnes omnino, qui per causam belli parentibus sunt abrepti, in obsidione forte? Melius igitur probabitur, eos solos, qui in acie amittuntur, prodesse debere, cujuscunque sexus vel ætatis sint; hi enim pro republica ceciderunt.

---

(1) *L.* 18, *D.*, *De excusationibus* (XXVII, 1).

Google

2. Sciendum autem est, non solum tutores vel curatores pupillis vel adultis ceterisque personis ex administratione rerum teneri; sed etiam in eos qui satisdationem accipiunt, subsidiariam actionem esse, quæ ultimum eis præsidium possit adferre. Subsidiaria autem actio in eos datur, qui aut omnino a tutoribus vel curatoribus satisdari non curaverunt, aut non idonee passi sunt caveri. Quæ quidem, tam ex prudentium responsis, quam ex constitutionibus imperialibus, etiam in heredes eorum extenditur.

3. Quibus constitutionibus et illud exprimitur, ut nisi caveant tutores vel curatores, pignoribus captis coerceantur.

4. Neque autem præfectus urbi, neque prætor, neque præses provinciæ, neque quis alius cui tutores dandi jus est, hac actione tenebitur; sed hi tantummodo qui satisdationem exigere solent.

Tit. XXV. De excusationibus tutorum vel curatorum.

Excusantur autem tutores vel curatores variis ex causis, plerumque autem propter liberos, sive in potestate sint, sive emancipati. Si enim tres liberos superstites Romæ quis habeat, vel in Italia quatuor, vel in provinciis quinque, a tutela vel cura potest excusari, exemplo ceterorum munerum; nam et tutelam vel curam placuit publicum munus esse. Sed adoptivi liberi non prosunt; in adoptionem autem dati naturali patri prosunt. Item nepotes ex filio prosunt, ut in locum patris succedant; ex filia non prosunt.

Filii autem superstites tantum ad tutelæ vel curæ muneris excusationem prosunt; defuncti non prosunt. Sed si in bello amissi sunt, quæsitum est an prosint. Et constat eos solos prodesse, qui in acie amittuntur; hi enim, quia (1) pro republica ceciderunt, in perpetuum per gloriam vivere intelliguntur.

(1) Vulgo : *qui.*

Google

HERMOGENIANUS, *lib. II Juris Epitomarum* (1).

Administrantes rem principum, ex indulgentia eorum, lic citra codicillos, a tutela, itemque cura, tempore administration delata, excusantur. — Idemque custoditur in his, qui præfectu ram annonæ vel vigilum gerunt.

Eorum, qui reipublicæ causa absunt, comites, qui sunt int statutum numerum, de tutela, quæ absentibus vel profectur delata est, excusantur; nam suceptam antea non deponunt.

Qui corporis, item collegii jure excusantur, a collegarum filiorumque eorum tutela non excusantur, exceptis his, quibus hoc specialiter tributum est.

MARCIANUS, *lib. II Institutionum* (2).

Propter litem, quam quis cum pupillo habet, excusare se a tutela non potest, nisi forte de omnibus bonis aut plurima parte eorum controversia sit.

(1) *L.* 41, *pr.*, §§ 1-3, *D.*, *De excusat.* — (2) *L.* 21, *pr.*, *D.*, *eod.*

Digitized by Google

1. Item divus Marcus in semenstribus rescripsit, eum qui res fisci administrat, a tutela vel cura, quamdiu administrat, excusari posse.

2. Item qui reipublicæ causa absunt, a tutela vel cura excusantur. Sed et si fuerint tutores vel curatores, deinde reipublicæ causa abesse cœperint, a tutela vel cura excusantur, quatenus reipublicæ causa absunt, et interea curator loco eorum datur. Qui si reversi fuerint, recipiunt onus tutelæ : nam nec anni habent vacationem, ut Papinianus libro quinto responsorum rescripsit; nam hoc spatium habent ad novas tutelas vocati.

3. Et qui potestatem habent aliquam, se excusare possunt, ut divus Marcus rescripsit; sed cœptam tutelam deserere non possunt.

4. Item propter litem quam cum pupillo vel adulto tutor vel curator habet, excusare se nemo potest, nisi forte de omnibus bonis vel hereditate controversia sit (1).

5. Item tria onera tutelæ non adfectatæ vel curæ præstant vacationem, quamdiu administrantur : ut tamen plurium pupillorum tutela, vel cura eorumdem bonorum, veluti fratrum, pro una computetur.

6. Sed et propter paupertatem excusationem tribui tam divi fratres quam per se divus Marcus rescripsit, si quis imparem se oneri injuncto possit docere.

7. Item propter adversam valetudinem, propter quam

(1) « Volumus...., si quis obligatum habuerit minorem aut ejus res, hunc non omnino ad curationem ejus, vel si a legibus vocetur, accedere. » *Nov.* 72, *cap.* 1.

Digitized by Google

Google

nec suis quidem negotiis interesse potest, excusatio locum habet.

8. Similiter eum qui literas nesciret, excusandum esse divus Pius rescripsit; quamvis et imperiti literarum possunt ad administrationem negotiorum sufficere.

9. Item si propter inimicitias aliquem testamento tutorem pater dederit, hoc ipsum præstat ei excusationem : sicut per contrarium non excusantur, qui se tutelam administraturos patri pupillorum promiserunt.

10. Non esse admittendam excusationem ejus qui hoc solo utitur, quod ignotus patri pupillorum sit, divi fratres rescripserunt.

11. Inimicitiæ quas quis cum patre pupillorum vel adultorum exercuit, si capitales fuerunt, nec reconciliatio intervenit, a tutela vel cura solent excusare.

12. Item qui status controversiam a pupillorum patre passus est, excusatur a tutela.

13. Item major septuaginta annis a tutela vel cura excusare se potest.

Minores autem viginti quinque annis olim quidem excusabantur. A nostra autem constitutione (1) prohibentur ad tutelam vel curam adspirare, adeo ut nec excusatione opus fiat. Qua constitutione cavetur ut nec pupillus ad legitimam tutelam vocetur, nec adultus; cum erat incivile, eos qui alieno auxilio in rebus suis administrandis egere noscuntur, et ab aliis reguntur, aliorum tutelam vel curam subire.

14. Idem et in milite observandum est, ut nec volens ad tutelæ onus admittatur.

15. Item Romæ grammatici, rhetores et medici, et qui in patria sua id exercent, et intra numerum sunt, a tutela vel cura habent vacationem.

---

(1) *L.* 5, *C., De legit. tut.* (v, 30).

Google

MARCIANUS, *lib. II Institutionum* (1).

Qui se vult excusare, si plures habeat excusationes, et de q
busdam non probaverit, aliis uti intra tempora non prohibetu

Licet datus tutor ad universum patrimonium datus est, tame
excusare se potest, ne ultra centesimum lapidem tutelam gerat
nisi in eadem provincia pupilli patrimonium sit; et ideo illarun
rerum dabunt tutores in provincia præsides ejus.

Nec senatores ultra centesimum lapidem Urbis tutelam gerer
coguntur.

Habenti ergo tutorem tutor datur; sed aliarum rerum, non
earumdem datur.

(1) *D. L.* 21, §§ 1-4.

Google

16. Qui autem vult se excusare, si plures habeat excusationes, et de quibusdam non probaverit, aliis uti intra tempora non prohibetur. Qui autem excusare se volunt, non appellant; sed intra dies quinquaginta continuos, ex quo cognoverunt, excusare se debent, cujuscumque generis sunt, id est, qualitercumque dati fuerint tutores, si intra centesimum lapidem sunt ab eo loco ubi tutores dati sunt; si vero ultra centesimum habitant, dinumeratione facta viginti millium diurnorum et amplius triginta dierum. Quod tamen, ut Scævola dicebat, sic debet computari ne minus sint quam quinquaginta dies.

17. Datus autem tutor ad universum patrimonium datus esse creditur.

18. Qui tutelam alicujus gessit, invitus curator ejusdem fieri non compellitur : in tantum ut, licet paterfamilias qui testamento tutorem dedit, adjecerit se eumdem curatorem dare, tamen invitum eum curam suscipere non cogendum, divi Severus et Antoninus rescripserunt.

19. Iidem rescripserunt, maritum uxori suæ curatorem datum excusare se posse, licet se immisceat.

20. Si quis autem falsis allegationibus excusationem tutelæ meruit, non est liberatus onere tutelæ.

Tit. XXVI. De suspectis tutoribus vel curatoribus.

Sciendum est suspecti crimen ex lege duodecim tabularum descendere.

1. Datum est autem jus removendi tutores suspectos Romæ prætori, et in provinciis præsidibus earum et legato proconsulis.

2. Ostendimus qui possint de suspecto cognoscere; nunc videamus qui suspecti fieri possint. Et quidem omnes tutores possunt, sive testamentarii sint sive non, sed alterius generis tutores. Quare et si legitimus sit tutor, accu-

Google

Google

sari poterit. Quid si patronus? Adhuc idem erit discendum: dummodo meminerimus famæ patroni parcendum, licet ut suspectus remotus fuerit.

2. Consequens est ut videamus, qui possunt suspectos postulare. Et sciendum est quasi publicam esse hanc actionem, hoc est, omnibus patere. Quinimo et mulieres admittuntur, ex rescripto divorum Severi et Antonini, sed eæ solæ quæ pietatis necessitudine ductæ ad hoc procedunt, ut puta mater; nutrix quoque et avia possunt, potest et soror; sed et si qua alia mulier fuerit, cujus prætor perpensam pietatem intellexerit, non sexus verecundiam egredientis, sed pietate productæ, non continere injuriam pupillorum, admittet eam ad accusationem.

4. Impuberes non possunt tutores suos suspectos postulare; puberes autem curatores suos ex consilio necessariorum suspectos possunt arguere, et ita divi Severus et Antoninus rescripserunt.

5. Suspectus autem est, qui non ex fide tutelam gerit, licet solvendo sit, ut Julianus quoque rescripsit. Sed et antequam incipiat tutelam gerere tutor, posse eum quasi suspectum removeri idem Julianus rescripsit, et secundum eum constitutum est.

6. Suspectus autem remotus, si quidem ob dolum, famosus est; si ob culpam, non æque.

7. Si quis autem suspectus postulatur, quoad cognitio finiatur, interdicitur ei administratio, ut Papiniano visum est.

8. Sed si suspecti cognitio suscepta fuerit, posteaque tutor vel curator decesserit, extinguitur suspecti cognitio.

9. Si quis tutor copiam sui non faciat, ut alimenta pupillo decernantur, cavetur epistola divorum Severi et Antonini, ut in possessionem bonorum ejus pupillus mittatur; et quæ mora deteriora futura sunt, dato curatore, distrahi jubentur. Ergo ut suspectus removeri poterit, qui non præstat alimenta.

Digitized by Google

Google

10. Sed si quis præsens negat propter inopiam alimenta non posse decerni, si hoc per mendacium dicat, remittendum eum esse ad præfectum urbi puniendum placuit : sicut ille remittitur, qui data pecunia ministeriis tutelam redemit (1).

11. Libertus quoque, si fraudulenter tutelam filiorum vel nepotum patroni gessisse probetur, ad præfectum urbis remittitur puniendus.

12. Novissime sciendum est, eos qui fraudulenter tutelam vel curam administrant, etiamsi satis offerant, removendos a tutela; quia satisdatio tutoris propositum malevolum non mutat, sed diutius grassandi in re familiari facultatem præstat.

13. Suspectum enim eum putamus, qui moribus talis est ut suspectus sit. Enimvero tutor vel curator, quamvis pauper est, fidelis tamen et diligens, removendus non est quasi suspectus.

(1) Alias : *ministerium tutelæ redemerit.*

Google

COMMENTARIUS SECUNDUS.

1. *Superiore commentario de jure personarum* exposuimus : modo videamus de rebus, quæ vel in nostro patrimonio sunt, vel extra nostrum patrimonium habentur.

MARCIANUS, *lib. III Institutionum* (1).

Quædam naturali jure communia sunt omnium, quædam universitatis, quædam nullius, pleraque singulorum, quæ variis ex causis cuique acquiruntur.

Et quidem naturali jure omnium communia sunt illa : aer, aqua profluens, et mare, et per hoc litora maris.

Nemo igitur ad litus maris accedere prohibetur piscandi causa, dum tamen villis, et ædificiis, et monumentis abstineatur, quia non sunt juris gentium, sicut et mare ; idque et divus Pius piscatoribus Formianis et Capenatis rescripsit.

Sed flumina pæne omnia et portus publica sunt.

CELSUS, *lib. XXV Digestorum* (2).

Litus est, quousque maximus fluctus a mari pervenit, idque Marcum Tullium aiunt, quum arbiter esset, primum constituisse.

GAIUS, *lib. II Rerum quotidianarum sive Aureorum* (3).

Riparum usus publicus est jure gentium, sicut ipsius fluminis. Itaque navem ad eas appellere, funes ex arboribus ibi natis religare, retia siccare, et ex mare reducere, onus aliquid in his re-

(1) *L.* 2, *pr.*, § 1, *L.* 4, *pr.*, § 1, *D.*, *De rer. div.* (1, 8). — (2) *L.* 96, *pr.*, *D. De verborum significatione* (1, 16). — (3) *L.* 5, *pr.*, § 1., *D.*, *De rer. div.*

Digitized by Google

LIBER SECUNDUS.

Tit. I. De divisione rerum et qualitate.

Superiore libro de jure personarum exposuimus : modo videamus de rebus, quæ vel in nostro patrimonio, vel extra patrimonium nostrum habentur.

Quædam enim naturali jure communia sunt omnium, quædam publica, quædam universitatis, quædam nullius, pleraque singulorum, quæ ex variis causis cuique adquiruntur, sicut ex subjectis apparebit.

1. Et quidem naturali jure communia sunt omnium hæc : aer, aqua profluens, et mare, et per hoc litora maris.

Nemo igitur ad litus accedere prohibetur, dum tamen villis et monumentis et ædificiis abstineat; quia non sunt juris gentium, sicut et mare.

2. Flumina autem omnia et portus publica sunt. Ideoque jus piscandi omnibus commune est in portu fluminibusque.

3. Est autem litus maris, quatenus hibernus fluctus maximus excurrit.

4. Riparum quoque usus publicus est juris gentium, sicut ipsius fluminis : itaque navem ad eas adplicare, funes arboribus ibi natis religare, onus aliquod in his

Google

ponere, cuilibet liberum est, sicuti per ipsum flumen navigar
Sed proprietas illorum est, quorum prædiis hærent; qua de caus
arbores quoque in his natæ eorumdem sunt.

In mare piscantibus liberum est casam in litore ponere, qua s
recipiant.

MARCIANUS, *lib. III Institutionum* (1).

In tantum, ut et soli domini constituantur, qui ibi ædificant
sed quamdiu ædificium manet; alioquin, ædificio dilapso, quas
jure postliminii revertitur locus in pristinam causam, et, si aliu
in eodem loco ædificaverit, ejus fiet.

Universitatis sunt, non singulorum, veluti quæ in civitatibus
sunt theatra, et stadia, et similia, et si qua alia sunt communia
civitatum. Ideoque nec servus communis civitatis singulorum pro
parte intelligitur, sed universitatis. Et ideo tam contra civem,
quam pro eo posse servum civitatis torqueri, divi Fratres rescrip-
serunt. Ideo et libertus civitatis non habet necesse veniam edicti
petere, si vocet in jus aliquem ex civibus.

1. Summa itaque rerum divisio *in duos articulos deducitur : nam aliæ sunt divini juris*, aliæ humani. 2. Divini juris sunt, veluti res sacræ et religiosæ. 4. Sacræ sunt, quæ Diis superis consecratæ sunt; religiosæ, quæ Diis manibus relictæ sunt. 5. Sed sacrum *quidem solum existimatur* auctoritate *populi Romani fieri; consecratur enim lege de* ea re lata, aut senatusconsulto facto. 6. Religiosum vero nostra voluntate faciemus, mortuum inferentes in locum nostrum, si modo ejus mortui funus ad nos pertineat. 7. Sed in provinciali solo placet plerisque solum religiosum non fieri, quia in *eo solo* dominium populi Romani est vel Cæsaris; nos autem possessionem tantum *et usum*fructum habere videmur : utique tamen *ejusmodi locus licet, non sit* religiosus, pro *religioso habetur*, quia

(1) *L.* 6, *pr.*, § 1, *D. eod.*

Google

reponere cuilibet liberum est, sicut per ipsum flumen navigare. Sed proprietas earum illorum est quorum prædiis hærent : qua de causa arbores quoque in iisdem natæ eorumdem sunt.

5. Litorum quoque usus publicus juris gentium est, sicut ipsius maris : et ob id quibuslibet liberum est casam ibi ponere in quam se recipiant, sicut retia siccare et ex mari reducere. Proprietas autem eorum potest intelligi nullius esse, sed ejusdem juris esse cujus et mare, et, quæ subjacet mari, terra vel arena.

6. Universitatis sunt, non singulorum, veluti quæ in civitatibus sunt, theatra, stadia et similia, et si qua alia sunt communia civitatum.

Digitized by Google

etiam quod in provinciis non ex auctoritate populi Romani consecratum est, (*quanquam*) proprie sacrum non est, tamen pro sacro habetur. 8. Sanctæ quoque res, velut muri et portæ, quodammodo divini juris sunt. 9. Quod autem *divini* juris est, id nullius in bonis est : id vero quod humani *juris est, plerumque alicujus in bonis est; potest autem et nullius in bonis esse; nam res hereditariæ, antequam aliquis heres existat, nullius in bonis sunt.* 10. *Hæ autem res quæ humani juris sunt, aut publicæ sunt aut privatæ.* 11. *Quæ publicæ sunt, nullius in bonis esse creduntur; ipsius enim universitatis esse creduntur : privatæ autem sunt, quæ singulorum sunt.*

MARCIANUS, *lib. III Institutionum* (1).

Sacræ res, et religiosæ, et sanctæ in nullius bonis sunt.

Sacræ autem res sunt hæ, quæ publice consecratæ sunt, non private; si quis ergo privatim sibi sacrum constituerit, sacrum non est, sed profanum. Semel autem æde sacra facta, etiam diruto ædificio locus sacer manet.

(1) *L.* 6, §§ 2-5, *D.*, *eod.*

Google

7. Nullius autem sunt res sacræ, et religiosæ, et sanctæ; quod enim divini juris est, id nullius in bonis est.

8. Sacræ res sunt, quæ rite et per pontifices Deo consecratæ sunt, veluti ædes sacræ, et donaria, quæ rite ad ministerium Dei dedicata sunt.

Quæ etiam per nostram constitutionem (1) alienari et obligari prohibuimus, excepta causa redemptionis captivorum (2).

Si quis vero auctoritate sua quasi sacrum sibi constituerit, sacrum non est, sed profanum. Locus autem in quo ædes sacræ sunt ædificatæ, etiam diruto ædificio, sacer adhuc manet, ut et Papinianus rescripsit.

---

(1) *L.* 21, *C.*, *De sacr. eccl.* (1, 2). « Sancimus nemini licere sacratissima atque arcana vasa vel vestes ceteraque donaria quæ ad divinam religionem necessaria sunt.... vel ad venditionem vel hypothecam vel pignus trahere.... excepta videlicet causa captivitatis et famis. »

(2) « Si.... contigerit hujusmodi venerabilem locum debitis aggravari.... licentiam damus.... superflua vasa.... vendere aut conflare...., et eorum pretium in debitum præbere. » *Nov.* 120, *cap.* 10.

Religiosum autem locum unusquisque sua voluntate facit, dum mortuum infert in locum suum. In commune autem sepulcrum, etiam invitis cæteris, licet inferre. Sed et in alienum locum, concedente domino, licet inferre; et licet postea ratum habuerit, quam illatus est mortuus, religiosus locus fit.

Cenotaphium quoque magis placet locum esse religiosum, sicut testis in ea re est Virgilius.

ULPIANUS, *lib. XXV, ad Edictum* (1).

Sed divi fratres contra rescripserunt.

CALLISTRATUS, *lib. II Institutionum* (2).

Si plures sint domini ejus loci, ubi mortuus infertur, omnes consentire debent, cum extranei inferantur; nam ex ipsis dominis quemlibet recte ibi sepeliri constat, etiam sine ceterorum consensu, maxime cum alius non sit locus in quo sepeliretur.

FLORENTINUS, *lib. VII Institutionum* (3).

Monumentum generaliter res est memoriæ causa in posterum prodita; in qua si corpus vel reliquiæ inferantur, fiet sepulcrum; si vero nihil eorum inferatur, erit monumentum memoriæ causa factum, quod Græci κενοτάφιον appellant.

FLORENTINUS, *lib. VIII Institutionum* (4).

Fundi appellatione omne ædificium et omnis ager continetur; sed in usu urbana ædificia ædes, rustica villæ dicuntur. Locus vero sine ædificio in urbe area, rure autem ager appellatur. Idemque ager cum ædificio fundus dicitur.

MARCIANUS, *lib. IV Regularum* (5).

Sanctum est, quod ab injuria hominum defensum atque munitum est. — Sanctum autem dictum est a sagminibus. Sunt autem sagmina quædam herbæ, quas legati populi Romani ferre solent, ne quis eos violaret, sicuti legati Græcorum ferunt ea, quæ vocantur cerycia. — In municipiis quoque muros esse sanctos, Sabinum recte respondisse Cassius refert, prohiberique oportere, ne quid in his immitteretur.

---

(1) *L.* 7, *D.*, *eod.* — (2) *L.* 41, *D.*, *De religiosis* (XI, 7). — (3) *L.* 42, *D.*, *De religiosis* (XI, 7). — (4) *L.* 211, *D.*, *De verborum significatione* (*L*, 16.) — (5) *L.* 8, *pr.*, §§ 1, 2, *D.*, *De rerum divisione.*

Digitized by Google

9. Religiosum locum unusquisque sua voluntate facit, dum mortuum infert in locum suum. In communem autem locum purum invito socio inferre non licet; in commune vero sepulcrum etiam invitis ceteris licet inferre. Item si alienus ususfructus est, proprietarium placet, nisi consentiente usufructuario, locum religiosum non facere. In alienum locum concedente domino licet inferre; et licet postea ratum habuerit quam illatus est mortuus, tamen religiosus fit locus.

10. Sanctæ quoque res, veluti muri et portæ, quodammodo divini juris sunt, et ideo nullius in bonis sunt. Ideo autem muros sanctos dicimus, quia pœna capitis constituta sit in eos qui aliquid in muros deliquerint. Ideo et legum eas partes, quibus pœnas constituimus adversus eos qui contra leges fecerint, sanctiones vocamus.

Google

GAIUS, *lib. II Rerum quotidianarum sive Aureorum* (1).

Quarumdam rerum dominium nanciscimur jure gentium, quo ratione naturali inter omnes homines peræque servatur, quarum dam jure civili, id est jure proprio civitatis nostræ. Et quia anti quius jus gentium cum ipso genere humano proditum est, opu est, ut de hoc prius referendum sit.

Omnia igitur animalia, quæ terra, mari, cœlo capiuntur, id est feræ bestiæ, volucres, pisces, capientium fiunt.

Quod enim nullius est, id ratione naturali occupanti conceditur. — Nec interest, quod ad feras bestias et volucres, utrum in suo quisque fundo capiat, an in alieno. Plane qui in alienum fundum ingreditur venandi aucupandive gratia, potest a domino, si is providerit, jure prohiberi, ne ingrederetur. — Quidquid autem eorum ceperimus, eo usque nostrum esse intelligitur, donec nostra custodia coercetur; quum vero evaserit custodiam nostram, et in naturalem libertatem se receperit, nostrum esse desinit, et rursus occupantis fit.

Naturalem autem libertatem recipere intelligitur, quum vel oculos nostros effugerit, vel ita sit in conspectu nostro, ut difficilis sit ejus persecutio.

Illud quæsitum est, an fera bestia, quæ ita vulnerata sit, ut capi possit, statim nostra esse intelligatur. Trebatio placuit, statim nostram esse, et eousque nostram videri, donec eam persequamur; quod si desierimus eam persequi, desinere nostram esse, et rursus fieri occupantis; itaque si per hoc tempus, quo

(1) *L.* 1, *pr.*, § 1; *L.* 3, *pr.* §§ 1, 2; *L.* 5, *pr.* §§ 1-7; *L.* 7, *pr.*, *D.*, *De adquirendo rerum dominio* (XLI, 1).

Google

11. Singulorum autem hominum multis modis res fiunt : quarumdam enim rerum dominium nanciscimur jure naturali, quod, sicut diximus, appellatur jus gentium; quarumdam jure civili. Commodius est itaque a vetustiore jure incipere. Palam est autem vetustius esse jus naturale, quod cum ipso genere humano rerum natura prodidit. Civilia enim jura tunc esse cœperunt, cum et civitates condi, et magistratus creari, et leges scribi cœperunt.

12. Feræ igitur bestiæ, et volucres, et pisces, id est, omnia animalia quæ mari, cœlo et terra nascuntur, simul atque ab aliquo capta fuerint, jure gentium statim illius esse incipiunt : quod enim ante nullius est, id naturali ratione occupanti conceditur. Nec interest, feras bestias et volucres utrum in suo fundo quisque capiat, an in alieno. Plane qui in alienum fundum ingreditur venandi aut aucupandi gratia, potest a domino, si is providerit, prohiberi ne ingrediatur. Quidquid autem eorum ceperis, eousque tuum esse intelligitur, donec tua custodia coercetur; cum vero evaserit custodiam tuam, et in naturalem libertatem se receperit, tuum esse desinit, et rursus occupantis fit. Naturalem autem libertatem recipere intelligitur, cum vel oculos tuos effugerit, vel ita sit in conspectu tuo, ut difficilis sit ejus persecutio.

13. Illud quæsitum est, an, si fera bestia ita vulnerata sit ut capi possit, statim tua esse intelligatur. Quibusdam placuit statim esse tuam, et eousque tuam videri donec eam persequaris; quod si desieris persequi, desinere tuam esse, et rursus fieri occupantis. Alii non aliter putaverunt tuam esse, quam si eam ceperis.

Digitized by Google

eam persequimur, alius eam ceperit eo animo ut ipse lucrifac ret, furtum videri nobis eum commisisse. Plerique non alit putaverunt eam nostram esse, quam si eam ceperimus, qu multa accidere possunt, ut eam non capiamus; quod verius es

Apium quoque natura fera est. Itaque quæ in arbore nosti consederint, antequam a nobis alveo concludantur, non mag nostræ esse intelliguntur, quam volucres, quæ in nostra arbo nidum fecerint. Ideo si alius eas incluserit, earum dominus eri — Favos quoque, si quos hæ fecerint, sine furto quilibet poss dere potest. Sed, ut supra quoque diximus, qui in alienum fu dum ingreditur, potest a domino, si is providerit, jure prohibe ne ingrederetur. — Examen, quod ex alveo nostro evolaverit eousque nostrum esse intelligitur, donec in conspectu nostro est nec difficilis ejus persecutio est; alioquin occupantis fit.

Pavonum et columbarum fera natura est, nec ad rem pertinet quod ex consuetudine avolare et revolare solent; nam et ape idem faciunt, quarum constat feram esse naturam. Cervos quoque ita quidam mansuetos habent, ut in silvas eant et redeant, quorum et ipsorum feram esse naturam nemo negat. In his autem animalibus, quæ consuetudine abire et redire solent, talis regula comprobata est, ut eousque nostra esse intelligantur, donec revertendi animum habeant; quod si desierint revertendi animum habere, desinant nostra esse, et fiant occupantium. Intelliguntur autem desisse revertendi animum habere tunc, quum revertendi consuetudinem deseruerint.

Gallinarum et anserum non est fera natura; palam est enim, alias esse feras gallinas, et alios feros anseres. Itaque si quolibet modo anseres mei et gallinæ meæ turbati turbatæve adeo longius evolaverint, ut ignoremus ubi sint, tamen nihilo minus in nostro dominio tenentur. Qua de causa furti nobis tenebitur, qui quid eorum lucrandi animo adprehenderit.

Digitized by Google

Sed posteriorem sententiam nos confirmamus, quia multa accidere possunt ut eam non capias.

14. Apium quoque natura fera est. Itaque quæ in arbore tua consederint, antequam a te alveo includantur, non magis tuæ intelliguntur esse, quam volucres quæ in arbore tua nidum fecerint; ideoque si alius eas incluserit, is earum dominus erit. Favos quoque, si quos effecerint, quilibet eximere potest. Plane, integra re, si provideris ingredientem fundum tuum, poteris eum jure prohibere ne ingrediatur. Examen quoque quod ex alveo tuo evolaverit, eousque intelligitur esse tuum, donec in conspectu tuo est, nec difficilis ejus est persecatio : alioquin occupantis fit.

15. Pavonum et columbarum fera natura est : nec ad rem pertinet, quod ex consuetudine avolare et revolare solent; nam et apes idem faciunt, quarum constat feram esse naturam. Cervos quoque ita quidem mansuetos habent, ut in silvas ire et redire soleant, quorum et ipsorum feram esse naturam nemo negat. In iis autem animalibus quæ ex consuetudine abire et redire solent, talis regula comprobata est, ut eousque tua esse intelligantur, donec animum revertendi habeant; nam si revertendi animum habere desierint, etiam tua esse desinunt, et fiunt occupantium. Revertendi autem animum videntur desinere habere, cum revertendi consuetudinem deseruerint.

16. Gallinarum autem et anserum non est fera natura; idque ex eo possumus intelligere, quod aliæ sunt gallinæ quas feras vocamus, item alii anseres quos feros appellamus. Ideoque si anseres tui aut gallinæ tuæ aliquo casu turbati turbatæve evolaverint, licet conspectum tuum effugerint, quocumque tamen loco sint, tui tuæve esse intelliguntur, et qui lucrandi animo ea animalia retinet, furtum committere intelligitur.

Digitized by Google

Item quæ ex hostibus capiuntur, jure gentium statim capie tium fiunt. post Gaii Inst II. 69

Adeo quidem, ut et liberi homines in servitutem deducantu qui tamen, si evaserint hostium potestatem, recipiunt pristina libertatem.

FLORENTINUS, *lib. VI Institutionum* (1).

Item lapilli, gemmæ, ceteraque, quæ in litore invenimus, ju naturali nostra statim fiunt.

Item quæ ex animalibus dominio nostro subjectis nata sun eodem jure nostra sunt.

GAIUS, *lib. II Rerum quotidianarum sive Aureorum* (2).

post p. 190 Præterea quod per alluvionem agro nostro flumen adjicit, jur gentium nobis adquiritur. Per alluvionem autem id videtur adjici quod ita paulatim adjicitur, ut intelligere non possimus, quantu quoquo momento temporis adjiciatur.

Quod si vis fluminis partem aliquam ex tuo prædio detraxerit et meo prædio attulerit, palam est, eam tuam permanere. Plan si longiore tempore fundo meo hæserit, arboresque, quas secun traxerit, in meum fundum radices egerint, ex eo tempore videtur meo fundo adquisita esse.

Insula, quæ in mari nascitur, quod raro accidit, occupantis fit; nullius enim esse creditur. In flumine nata, quod frequenter accidit, si quidem mediam partem fluminis tenet, communis est eorum, qui ab utraque parte fluminis prope ripam prædia possident, pro modo latitudinis cujusque prædii, quæ latitudo prope ripam sit; quod si alteri parti proximior sit, eorum est tantum, qui ab ea parte prope ripam prædia possident. — Quod si ex uno latere perruperit flumen, et alia parte novo rivo fluere cœperit, deinde infra novus iste rivus in veterem se converterit, ager, qui, a duobus rivis comprehensus, in formam insulæ redactus est, ejus est scilicet, cujus et fuit.

---

(1) *L.* 3, *D., De divisione rerum* (I, 8); *L.* 6, *D., De adquir. rer. dom.* (XLI, 1). — (2) *L.* 7, §§ 1-7, *D., De adquir. rer. dom.*

Digitized by Google

17. Item ea quæ ex hostibus capimus, jure gentium statim nostra fiunt : adeo quidem ut et liberi homines in servitutem nostram deducantur; qui tamen, si evaserint nostram potestatem, et ad suos reversi fuerint, pristinum statum recipiunt. post Gaius 1. 69

18. Item lapilli, et gemmæ, et cetera quæ in litore inveniuntur, jure naturali statim inventoris fiunt.

19. Item ea quæ ex animalibus dominio tuo subjectis nata sunt, eodem jure tibi adquiruntur.

20. Præterea quod per alluvionem agro tuo flumen adjecit, jure gentium tibi adquiritur. Est autem alluvio incrementum latens; per alluvionem autem id videtur adjici, quod ita paulatim adjicitur, ut intelligere non possis quantum quoquo momento temporis adjiciatur.

21. Quod si vis fluminis partem aliquam ex tuo prædio detraxerit, et vicini prædio attulerit, palam est eam tuam permanere. Plane si longiore tempore fundo vicini tui hæserit, arboresque, quas secum traxerit, in eum fundum radices egerint, ex eo tempore videntur vicini fundo adquisitæ esse.

22. Insula quæ in mari nata est, quod raro accidit, occupantis fit; nullius enim esse creditur. In flumine nata, quod frequenter accidit, si quidem mediam partem fluminis tenet, communis est eorum qui ab utraque parte fluminis prope ripam prædia possident, pro modo latitudinis cujusque fundi, quæ latitudo prope ripam sit; quod si alteri parti proximior sit, eorum est tantum qui ab ea parte prope ripam prædia possident. Quod si aliqua parte divisum sit flumen, deinde infra unitum, agrum alicujus in formam insulæ redegerit, ejusdem permanet is ager cujus et fuerat.

Digitized by Google

Quod si toto naturali alveo relicto flumen alias fluere cœperit, prior quidem alveus eorum est, qui prope ripam prædia possident, pro modo scilicet latitudinis cujusque prædii, quæ latitudo prope ripam sit; novus autem alveus ejus juris esse incipit, cujus et ipsum flumen, id est, publicus juris gentium. Quod si post aliquod temporis ad priorem alveum reversum fuerit flumen, rursus novus alveus eorum esse incipit, qui prope ripam ejus prædia possident. Si cujus tamen totum agrum novus alveus occupaverit, licet ad priorem alveum reversum fuerit flumen, non tamen is, cujus is ager fuerat, stricta ratione quicquam in eo alveo habere potest, quia et ille ager, qui fuerat, desiit esse, amissa propria forma, et qui vicinum prædium nullum habet, non potest ratione vicinitatis ullam partem in eo alveo habere; sed vix est, ut id obtineat.

Aliud sane est, si cujus ager totus inundatus fuerit; namque inundatio speciem fundi non mutat, et ob id, quum recesserit aqua, palam est, ejusdem esse, cujus et fuit.

Quum quis ex aliena materia speciem aliquam suo nomine fecerit, Nerva et Proculus putant, hunc dominum esse, qui fecerit, quia quod factum est, antea nullius fuerat. Sabinus et Cassius magis naturalem rationem efficere putant, ut, qui materiæ dominus fuerit, idem ejus quoque, quod ex eadem materia factum sit, dominus sit, quia sine materia nulla species effici possit, veluti si ex auro, vel argento, vel ære tuo vas aliquod fecero, vel ex tabulis tuis navem, aut armarium, aut subsellia fecero, vel ex lana tua vestimentum, vel ex vino et melle tuo mulsum, vel ex medicamentis tuis emplastrum aut collyrium, vel ex uvis, aut spicis tuis vinum, vel oleum, vel frumentum. Est tamen etiam media sententia recte existimantium, si species ad materiam reverti possit, verius esse, quod et Sabinus et Cassius senserunt; si non possit reverti, verius esse, quod Nervæ et Proculo placuit. Ut ecce vas conflatum ad rudem massam auri, vel argenti, vel æris reverti potest, vinum vero, vel oleum, vel frumentum ad uvas, et olivas, et spicas reverti non potest, ac ne mulsum quidem ad mel et vinum, vel emplastrum aut collyria ad medicamenta reverti possunt. Videatur tamen mihi recte quidam dixisse, non debere dubitari, quin alienis spicis excussum frumentum ejus sit, cujus et spicæ fuerunt; quum enim grana, quæ spicis conti-

Google

23. Quod si naturali alveo in universum derelicto, alia parte fluere cœperit, prior quidem alveus eorum est qui prope ripam ejus prædia possident, pro modo scilicet latitudinis cujusque agri, quæ latitudo prope ripam sit; novus autem alveus ejus juris esse incipit, cujus et ipsum flumen, id est publicus. Quod si post aliquod tempus ad priorem alveum reversum fuerit flumen, rursus novus alveus eorum esse incipit qui prope ripam ejus prædia possident.

24. Alia sane causa est, si cujus totus ager inundatus fuerit : neque enim inundatio fundi speciem commutat; et ob id, si recesserit aqua, palam est eum fundum ejus manere cujus et fuit.

25. Cum ex aliena materia species aliqua facta sit ab aliquo, quæri solet quis eorum naturali ratione dominus sit, utrum is qui fecerit, an ille potius qui materiæ dominus fuerit : ut ecce, si quis ex alienis uvis aut olivis aut spicis vinum aut oleum aut frumentum fecerit, aut ex alieno auro vel argento vel ære vas aliquod fecerit, vel ex alieno vino et melle mulsum miscuerit, vel ex medicamentis alienis emplastrum aut collyrium composuerit, vel ex aliena lana vestimentum fecerit, vel ex alienis tabulis navem vel armarium vel subsellium fabricaverit. Et post multas Sabinianorum et Proculeianorum ambiguitates placuit media sententia existimantium, si ea species ad materiam reduci possit, eum videri dominum esse, qui materiæ dominus fuerit; si non possit reduci, eum potius intelligi dominum, qui fecerit : ut ecce, vas conflatum potest ad rudem massam æris vel argenti vel auri reduci; vinum autem aut oleum aut frumentum ad uvas et olivas et spicas reverti non potest, ac ne mulsum quidem ad

Digitized by Google

nentur, perfectam habeant suam speciem, qui excutit spicas, non novam speciem facit, sed eam, quæ est, detegit.

FLORENTINUS, *lib. XI Institutionum* (1).

Si quando alterius generis materia auro argentove injecta sit; si factum aurum vel argentum legetur, et id quod injectum est, debetur. — Utrum autem utrius materiæ sit accessio, visu atque usu rei, consuetudine patrisfamilias æstimandum est.

(*Conf.* GAI., II, § 79, *infra.*)

GAIUS, *lib. II Rerum quotidianarum* (2).

Voluntas duorum dominorum miscentium materias commune totum corpus efficit, sive ejusdem generis sint materiæ, veluti si vina miscuerunt vel argentum conflaverunt, sive diversæ, veluti si alius vinum contulerit, alius mel, vel alius aurum, alius argentum, quamvis mulsum et electrum novi corporis sit species. — Sed et si sine voluntate dominorum casu confusæ sint duorum materiæ, vel ejusdem generis vel diversæ, idem juris est.

(1) *L.* 29, *pr.*, § 1, *D.*, *De auro, argento legato* (XXXIV, 2). — (2) *L.* 7, §§ 8-13, *D.*, *De adquir. rer. domin.*

Google

vinum et mel resolvi potest. Quod si partim ex sua materia partim ex aliena speciem aliquam fecerit quis, veluti ex suo vino et alieno melle mulsum miscuerit, aut ex suis et alienis medicamentis emplastrum aut collyrium, aut ex sua lana et aliena vestimentum fecerit, dubitandum non est hoc casu eum esse dominum qui fecerit, cum non solum operam suam dedit, sed et partem ejusdem materiæ præstavit.

26. Si tamen alienam purpuram vestimento suo quis intexuit, licet pretiosior est purpura, accessionis vice cedit vestimento. Et qui dominus fuit purpuræ, adversus eum qui subripuit, habet furti actionem et condictionem, sive ipse sit qui vestimentum fecit, sive alius; nam extinctæ res, licet vindicari non possint, condici tamen a furibus et quibusdam aliis possessoribus possunt.

27. Si duorum materiæ ex voluntate dominorum confusæ sint, totum id corpus quod ex confusione fit, utriusque commune est; veluti si qui vina sua confuderint, aut massas argenti vel auri conflaverint. Sed et si diversæ materiæ sint, et ob id propria species facta sit, forte ex vino et melle mulsum, aut ex auro et argento electrum, idem juris est : nam et eo casu communem esse speciem non dubitatur. Quod si fortuitu et non voluntate dominorum confusæ fuerint vel diversæ materiæ, vel quæ ejusdem generis sunt, idem juris esse placuit.

28. Quod si frumentum Titii frumento tuo mixtum fuerit, si quidem ex voluntate vestra, commune erit; quia singula corpora, id est, singula grana, quæ cujusque propria fuerunt, ex consensu vestro communicata sunt. Quod si casu id mixtum fuerit, vel Titius id miscuerit sine tua voluntate, non videtur commune esse, quia singula corpora in sua substantia durant; nec magis istis casibus commune fit frumentum, quam grex intelligitur esse communis, si pecora Titii tuis pecoribus mixta fuerint. Sed si ab

Google

Quum in suo solo aliquis ex aliena materia ædificaverit, ipse dominus intelligitur ædificii, quia omne, quod inædificatur, solo cedit. Nec tamen ideo is, qui materiæ dominus fuit, desiit ejus dominus esse, sed tantisper neque vindicare eam potest, neque ad exhibendum de ea agere, propter legem duodecim tabularum, qua cavetur, ne quis tignum alienum ædibus suis junctum eximere cogatur, sed duplum pro eo præstet. Appellatione autem tigni omnes materiæ significantur, ex quibus ædificia fiunt. Ergo si aliqua ex causa dirutum sit ædificium, poterit materiæ dominus tunc eam vindicare, et ad exhibendum agere. — Illud recte quæritur, an, si id ædificium vendiderit is qui ædificaverit, et ab emptore longo tempore captum postea dirutum sit, adhuc dominus materiæ vindicationem ejus habeat? causa dubitationis est, an eo ipso, quo universitas ædificii longo tempore capta est, singulæ quoque res, ex quibus constabat, captæ essent: quod non placuit.

Ex diverso, si quis in alieno solo sua materia ædificaverit, illius fit ædificium, cujus et solum est; et si scit alienum solum esse, sua voluntate amisisse proprietatem materiæ intelligitur: itaque neque diruto quidem ædificio vindicatio ejus materiæ competit. Certe si dominus soli petat ædificium, nec solvat pretium materiæ, et mercedes fabrorum, poterit per exceptionem doli mali repelli: utique si nescit, qui ædificavit, alienum esse solum, et tanquam in suo bona fide ædificavit: nam si scit, culpa ei objici potest, quod temere ædificavit in eo solo, quod intelligeret alienum.

Si alienam plantam in meo solo posuero, mea erit: ex diverso, si meam plantam in alieno solo posuero, illius erit: si modo utroque casu radices egerit; antequam enim radices ageret, illius per-

Digitized by Google

alterutro vestrum totum id frumentum retineatur, in rem quidem actio pro modo frumenti cujusque competit; arbitrio autem judicis continetur, ut ipse æstimet quale cujusque frumentum fuerit.

29. Cum in suo solo aliquis ex aliena materia ædificaverit, ipse intelligitur dominus ædificii; quia omne quod inædificatur, solo cedit. Nec tamen ideo is qui materiæ dominus fuerat, desinit dominus ejus esse; sed tantisper neque vindicare eam potest, neque ad exhibendum de ea re agere, propter legem duodecim tabularum, qua cavetur ne quis tignum alienum ædibus suis junctum eximere cogatur, sed duplum pro eo præstet per actionem quæ vocatur de tigno injuncto. Appellatione autem tigni omnis materia significatur, ex qua ædificia fiunt. Quod ideo provisum est, ne ædificia rescindi necesse sit; sed si aliqua ex causa dirutum sit ædificium, poterit materiæ dominus, si non fuerit duplum jam persecutus, tunc eam vindicare et ad exhibendum de ea re agere.

30. Ex diverso, si quis in alieno solo sua materia domum ædificaverit, illius fit domus cujus et solum est. Sed hoc casu materiæ dominus proprietatem ejus amittit, quia voluntate ejus intelligitur alienata, utique si non ignorabat se in alieno solo ædificare; et ideo, licet diruta sit domus, materiam tamen vindicare non potest. Certe illud constat, si in possessione constituto ædificatore, soli dominus petat domum suam esse, nec solvat pretium materiæ et mercedes fabrorum, posse eum per exceptionem doli mali repelli, utique si bonæ fidei possessor fuerit qui ædificavit; nam scienti alienum solum esse potest objici culpa, quod ædificaverit temere in eo solo quod intelligeret alienum esse.

31. Si Titius alienam plantam in solo suo posuerit, ipsius erit; et ex diverso si Titius suam plantam in Mævii solo posuerit, Mævii planta erit : si modo utroque casu

Google

manet, cujus et fuit. His conveniens est, quod si vicini arbore ita terra presserim, ut in meum fundum radices egerit, mea effici arborem : rationem enim non permittere, ut alterius arbo intelligatur, quam cujus fundo radices egisset. Et ideo prope coi finium arbor posita, si etiam in vicinum fundum radices egeri communis est.

MARCIANUS, *lib. III Institutionum* (1).

Pro regione cujusque prædii. — Sed et si in confinio lapis nasca tur, et sint pro indiviso (diviso) communia predia, tunc erit lap pro indiviso communis, si terra exemptus sit.

GAIUS, *lib. II Rerum quotidianarum sive Aureorum* (2).

Qua ratione autem plantæ, quæ terra coalescunt, solo cedunt eadem ratione frumenta quoque, quæ sata sunt, solo cedere in telliguntur. Ceterum sicut is, qui in alieno solo ædificavit, si al eo dominus soli petat ædificium, defendi potest per exceptionem doli mali, ita ejusdem exceptionis auxilio tutus esse poterit, qu in alienum fundum sua impensa consevit.

Litteræ quoque, licet aureæ sint, perinde chartis membranisque cedunt, ac solo cedere solent ea, quæ ædificantur, aut seruntur. Ideoque, si in chartis membranisve tuis carmen, vel historiam, vel orationem scripsero, hujus corporis, non ego, sed tu dominus esse intelligeris. Sed si a me petas tuos libros, tuasve membranas, nec impensas scripturæ solvere velis, potero me defendere per exceptionem doli mali : utique si bona fide eorum possessionem nanctus sim.

Sed non, uti litteræ chartis membranisve cedunt, ita solent picturæ tabulis cedere : sed ex diverso placuit, tabulas picturæ cedere. Utique tamen conveniens est, domino tabularum adversus

(1) *L.* 8, *pr.*, § 1, *D.*, *De adq. rer. dom.* (XLI, 1). — (2) *L.* 9, *pr.*, §§ 1, 2, *D.*, *De adq. rer. dom.*

Digitized by Google

radices egerit; ante enim quam radices egerit, ejus permanet cujus et fuerat. Adeo autem ex eo tempore quo radices agit planta, proprietas ejus commutatur, ut si vicini arbor ita terram Titii presserit ut in ejus fundum radices egerit, Titii effici arborem dicamus; rationem enim non permittere ut alterius arbor esse intelligatur, quam cujus in fundum radices egisset. Et ideo prope cónfinium arbor posita, si etiam in vicini fundum radices egerit, communis fit.

32. Qua ratione autem plantæ quæ terra coalescunt, solo cedunt, eadem ratione frumenta quoque quæ sata sunt, solo cedere intelliguntur. Ceterum sicut is qui in alieno solo ædificaverit, si ab eo dominus petat ædificium, defendi potest per exceptionem doli mali, secundum ea quæ diximus, ita ejusdem exceptionis auxilio tutus esse potest is qui alienum fundum sua impensa bona fide conseruit.

33. Literæ quoque, licet aureæ sint, perinde chartis membranisque cedunt, ac solo cedere solent ea quæ inædificantur aut inseruntur; ideoque si in chartis membranisve tuis carmen vel historiam vel orationem Titius scripserit, hujus corporis non Titius, sed tu dominus esse videris. Sed si a Titio petas tuos libros tuasve membranas, nec impensas scripturæ solvere paratus sis, poterit se Titius defendere per exceptionem doli mali, utique si earum chartarum membranarumve possessionem bona fide nactus est.

34. Si quis in aliena tabula pinxerit, quidam putant tabulam picturæ cedere; aliis videtur picturam, qualiscumque sit, tabulæ cedere. Sed nobis videtur melius esse tabulam picturæ cedere : ridiculum est enim picturam Apellis vel Parrhasii in accessionem vilissimæ tabulæ ce-

eum, qui pinxerit, si is tabulas possidebat, utilem actionem dari qua ita efficaciter experiri poterit, si picturæ impensam exsolvat; alioquin nocebit ei doli mali exceptio : utique si bona fide possessor fuerit, cui solverit. Adversus dominum vero tabularum ei, qui pinxerit, rectam vindicationem competere dicimus : ut tamen pretium tabularum inferat; alioquin nocebit ei doli mali exceptio.

GAIUS, *lib. II Rerum quotidianarum sive Aureorum* (1).

In pecudum fructu etiam fetus est, sicut lac, et pilus, et lana. Itaque agni, et hædi, et vituli statim pleno jure sunt bonæ fidei possessoris et fructuarii. — Partus vero ancillæ in fructu non est, itaque ad dominum proprietatis pertinet : absurdum enim videbatur, hominem in fructu esse, quum omnes fructus rerum natura hominum gratia comparaverit.

(1) *L.* 28, *pr.*, § 1, *D.*, *De usuris et fructibus* (XXII, I).

Digitized by Google

dere. Unde si a domino tabulæ imaginem possidente, is qui pinxit eam petat, nec solvat pretium tabulæ, poterit per exceptionem doli mali submoveri. At si is qui pinxit possideat, consequens est ut utilis actio domino tabulæ adversus eum detur : quo casu, si non solvat impensam picturæ, poterit per exceptionem doli mali repelli, utique si bona fide possessor fuerit ille qui picturam imposuit. Illud enim palam est quod, sive is qui pinxit subripuit tabulas, sive alius, competit domino tabularum furti actio.

35. Si quis a non domino, quem dominum esse crediderit, bona fide fundum emerit, vel ex donatione aliave qualibet justa causa æque bona fide acceperit, naturali ratione placuit fructus quos percepit, ejus esse pro cultura et cura; et ideo, si postea dominus supervenerit, et fundum vindicet, de fructibus ab eo consumptis agere non potest. Ei vero qui alienum fundum sciens possederit, non idem concessum est : itaque cum fundo etiam fructus, licet consumpti sint, cogitur restituere.

36. Is ad quem ususfructus fundi pertinet, non aliter fructuum dominus efficitur, quam si ipse eos perceperit; et ideo, licet maturis fructibus, nondum tamen perceptis, decesserit, ad heredem ejus non pertinent, sed domino proprietatis adquiruntur. Eadem fere et de colono dicuntur.

37. In pecudum fructu etiam fœtus est, sicut lac, pili et lana. Itaque agni, hædi, et vituli, et equuli, et suculi statim naturali jure dominii fructuarii sunt. Partus vero ancillæ in fructu non est; itaque ad dominum proprietatis pertinet : absurdum enim videbatur hominem in fructu esse, cum omnes fructus rerum natura gratia hominis comparaverit.

38. Sed si gregis usumfructum quis habeat, in locum demortuorum capitum ex fœtu fructuarius summittere debet, ut Juliano visum est; et in vinearum demortuarum

Digitized by Google

ff 41. 14. 3 § 10, 11
Cod. 10. 15
Constitutio 51

GAIUS, *lib. II Rerum quotidianarum sive Aureorum* (1).

Hæ quoque res, quæ traditione nostræ fiunt, jure gentium nobis adquiruntur: nihil enim tam conveniens est naturali æquitati, quam voluntatem domini, volentis rem suam in alium transferre, ratam haberi.

(*Conf.* GAI. INST. II, 20, 21, *infra.*)

(1) *L.* 9, §§ 3-8 *D., De adq. rer. dom.* (XLI, I).

Digitized by Google

vel arborum locum alias debet substituere : recte eni colere debet et quasi bonus paterfamilias.

39. Thesauros quos quis in loco suo invenerit, divus Hadrianus, naturalem æquitatem secutus, ei concessit qui invenerit; idemque statuit, si quis in sacro aut religioso loco fortuito casu invenerit. At si quis in alieno loco, non data ad hoc opera, sed fortuito invenerit, dimidium inventori, dimidium domino soli concessit. Et convenienter, si quis in Cæsaris loco invenerit, dimidium inventoris, dimidium Cæsaris esse statuit. Cui conveniens est, ut, si quis in fiscali loco vel publico invenerit, dimidium ipsius esse, dimidium fisci vel civitatis.

40. Per traditionem quoque jure naturali res nobis adquiruntur : nihil enim tam conveniens est naturali æquitati, quam voluntatem domini, volentis rem suam in alium transferre, ratam haberi.

Et ideo cujuscumque generis sit corporalis res, tradi potest et a domino tradita alienatur. Itaque stipendiaria quoque et tributaria prædia eodem modo alienantur : vocantur autem stipendiaria et tributaria prædia, quæ in provinciis sunt : inter quæ nec non et italica prædia ex nostra constitutione (1) nulla est differentia; sed, si quidem ex causa donationis aut dotis aut qualibet alia ex causa tradantur, sine dubio transferuntur.

41. Venditæ vero res et traditæ non aliter emptori adquiruntur, quam si is venditori pretium solverit, vel alio modo ei satisfecerit, veluti expromissore aut pignore dato. Quod cavetur quidem etiam lege duodecim tabularum, tamen recte dicitur et jure gentium, id est, jure naturali id effici. Sed, si is qui vendidit, fidem emptoris secutus est, dicendum est statim rem emptoris fieri.

---

(1) *L. un., C., De nudo jure Quirit. tollendo* (VII, 25).

Google

Nihil autem interest, utrum ipse dominus per se tradat alicui rem, an voluntate ejus aliquis.

Qua ratione si cui libera negotiorum administratio ab eo, qui peregre proficiscitur, permissa fuerit, et is ex negotiis rem vendiderit et tradiderit, facit eam accipientis.

Interdum etiam sine traditione nuda voluntas domini sufficit ad rem transferendam : veluti si rem, quam commodavi, aut locavi tibi, aut apud te deposui, vendidero tibi; licet enim ex ea causa tibi eam non tradiderim, eo tamen, quod patior eam ex causa emptionis apud te esse, tuam efficio.

Item si quis merces in horreo repositas vendiderit, simul atque claves horrei tradiderit emptori, transfert proprietatem mercium ad emptorem.

Hoc amplius, interdum et in incertam personam collocata voluntas domini, transfert rei proprietatem : ut ecce, qui missilia jactat in vulgus; ignorat enim, quid eorum quisque excepturus sit, et tamen, quia vult, quod quisque exceperit, ejus esse, statim eum dominum efficit.

§ 5 Alia causa est earum rerum, quæ in tempestate maris, levandæ navis causa, ejiciuntur : hæ enim dominorum permanent, quia non eo animo ejiciuntur, quod quis eas habere non vult, sed quod magis cum ipsa nave periculum maris effugiat : qua de causa si quis eas fluctibus expulsas, vel etiam in ipso mari nanctus, lucrandi animo abstulerit, furtum committit.

Google

42. Nihil autem interest, utrum ipse dominus tradat alicui rem, an voluntate ejus alius.

43. Qua ratione, si cui libera universorum negotiorum administratio a domino permissa fuerit, isque ex his negotiis rem vendiderit et tradiderit, facit eam accipientis.

44. Interdum etiam sine traditione nuda voluntas domini sufficit ad rem transferendam, veluti si rem quam tibi aliquis commodavit aut locavit aut apud te deposuit, vendiderit tibi aut donaverit; quamvis enim ex ea causa tibi eam non tradiderit, eo tamen ipso quod patitur tuam esse, statim tibi adquiritur proprietas, perinde ac si eo nomine tradita fuisset.

45. Item si quis merces in horreo depositas vendiderit, simul atque claves horrei tradiderit emptori, transfert proprietatem mercium ad emptorem.

46. Hoc amplius, interdum et in incertam personam collata voluntas domini transfert rei proprietatem : ut ecce prætores et consules, qui missilia jactant in vulgus, ignorant quid eorum quisque sit excepturus, et tamen quia volunt quod quisque exceperit ejus esse, statim eum dominum efficiunt.

47. Qua ratione verius esse videtur, si rem pro derelicto a domino habitam occupaverit quis, statim eum dominum effici. Pro derelicto autem habetur, quod dominus ea mente abjecerit, ut id rerum suarum esse nollet, ideoque statim dominus esse desinit.

48. Alia causa est earum rerum quæ in tempestate maris, levandæ navis causa, ejiciuntur; hæ enim dominorum permanent, quia palam est eas non eo animo ejici quod quis eas habere non vult, sed quo magis cum ipsa navi maris periculum effugiat. Qua de causa, si quis eas fluctibus expulsas, vel etiam in ipso mari nactus, lucrandi animo abstulerit, furtum committit; nec longe discedere videntur ab his quæ de rheda currente, non intelligentibus dominis, cadunt.

Digitized by Google

12. *Quædam præterea res corporales sunt, quædam i corporales.*

13. *Corporales hæ sunt quæ tangi possunt, velut* fundus, homo, vestis, *aurum, argentum, et denique* al res *innumerabiles.*

14. *Incorporales sunt quæ tangi non possunt : quali sunt ea quæ in jure consistunt, sicut hereditas, ususfru tus, obligationes quoquo modo contractæ. Nec ad rem pe tinet, quod in hereditate res corporales continentur : na et fructus, qui ex fundo percipiuntur, corporales sunt et id quod ex aliqua obligatione nobis debetur, plerumqu corporale est, veluti fundus, homo, pecunia; nam ipsu jus successionis, et ipsum jus utendi* fruendi, *et ipsum ju obligationis incorporale est.*

Eodem numero sunt et jura prædiorum urbanorum e rusticorum, quæ etiam servitutes vocantur.

. . . . . item . . . . . .

ULPIANUS, *lib. II Institutionum* (1).

Servitutes rusticorum prædiorum sunt hæ : iter, actus, via aquæductus. Iter est jus eundi ambulandi homini, non etian jumentum agendi. Actus est jus agendi vel jumentum vel vehiculum. Itaque qui iter habet, actum non habet, qui actum habet, et iter habet, etiam sine jumento. Via est jus eundi, et agendi, et ambulandi ; nam et iter, et actum in se via continet. Aquæductus est jus aquam ducendi per fundum alienum.

(1) *L.* 1, *pr.*, *D.*, *De servitutibus prædiorum rusticorum* (VIII, 3). —

Google

Tit. II. De rebus incorporalibus.

Quædam præterea res corporales sunt, quædam incorporales.

1. Corporales hæ sunt, quæ sui natura tangi possunt : veluti fundus, homo, vestis, aurum, argentum et denique aliæ res innumerabiles.

2. Incorporales autem sunt, quæ tangi non possunt : qualia sunt ea quæ in jure consistunt, sicut hereditas, ususfructus, usus, obligationes quoquo modo contractæ. Nec ad rem pertinet, quod in hereditate res corporales continentur; nam et fructus qui ex fundo percipiuntur corporales sunt, et id quod ex aliqua obligatione nobis debetur, plerumque corporale est, veluti fundus, homo, pecunia : nam ipsum jus hereditatis, et ipsum jus utendi fruendi, et ipsum jus obligationis incorporale est.

3. Eodem numero sunt jura prædiorum urbanorum et rusticorum, quæ etiam servitutes vocantur.

Tit. III. De servitutibus.

Rusticorum prædiorum jura sunt hæc : iter, actus, via, aquæductus. Iter est jus eundi, ambulandi hominis, non etiam jumentum agendi vel vehiculum. Actus est jus agendi vel jumentum vel vehiculum : itaque qui habet iter, actum non habet; qui actum habet, et iter habet, eoque uti potest etiam sine jumento. Via est jus eundi et agendi et ambulandi : nam et iter et actum in se continet via. Aquæductus est jus aquæ ducendæ per fundum alienum.

1. Prædiorum urbanorum servitutes sunt quæ ædificiis inhærent : ideo urbanorum prædiorum dictæ, quoniam ædificia omnia urbana prædia appellamus, etsi in villa ædificata sint.

Google

PAULUS, *lib. II Institutionum* (1).

Luminum servitute constituta id acquisitum videtur, ut vicin lumina nostra excipiat. Cum autem servitus imponitur, ne lum nibus officiatur, hoc maxime adepti videmur, ne jus sit vicin invitis nobis, altius ædificare, atque ita minuere lumina nostr rum ædificiorum.

ULPIANUS, *lib. II Institutionum* (2).

In rusticis computanda etiam sunt aquæhaustus, pecoris aquam adpulsus, jus pascendi, calcis coquendæ, arenæ fodiendi

ULPIANUS, *lib. II Institutionum* (3).

Ædificia urbana quidem prædia appellamus; ceterum etsi villa ædificia sint, æque servitutes urbanorum prædiorum const tui possunt.

Ideo autem hæ servitutes prediorum appellantur, quoniam sin prædiis constitui non possunt; nemo enim potest servitutem ac quirere vel urbani, vel rustici prædii, nisi qui habet prædium

(*Conf.* GAI. INST., II, § 31, *infra.*)

GAIUS, *lib. II Rerum quotidianarum sive Aureorum* (4).

Potest etiam in testamento heredem suum quis damnare, n altius ædes suas tollat, ne luminibus ædium vicinarum officiat vel ut patiatur eum tignum in parietem immittere, vel stillicidi adversus eum habere, vel ut patiatur vicinum per fundum suum vel heredis ire, agere, aquamve ex eo ducere.

ULPIANUS, *lib. II Institutionum* (5).

Traditio plane et patienta servitutum inducit officium prætoris.

PAULUS, *lib. III ad Vitellium* (6).

Ususfructus ut jus alienis rebus utendi fruendi, salva rerum substantia.

---

(1) *L.* 4, *D.*, *De servitutibus prædiorum urbanorum* (VIII, 2). — (2) *L.* 1, § 1, *D.*, *De serv. pr. rust.* — (3) *L.* 1, *pr.*, § 1, *D.*, *Communia prædiorum tam urbanorum quam rusticorum* (VIII, 4). — (4) *L.* 16, *D.*, *Communia prædiorum.* — (5) *L.* 1, § 2, *D.*, *De serv. pr. rust.* — (6) *L.* 1, *D.*, *De usufructu* (VII, 1).

Google

Item urbanorum prædiorum servitutes sunt hæ : ut vicinus onera vicini sustineat, ut in parietem ejus liceat vicino tignum immittere, ut stillicidium vel flumen recipiat quis in ædes suas vel in aream vel in cloacam, vel non recipiat, et ne altius tollat quis ædes suas ne luminibus vicini officiatur.

2. In rusticorum prædiorum servitutes quidam computari recte putant aquæ haustum, pecoris ad aquam adpulsum, jus pascendi, calcis coquendæ, arenæ fodiendæ

3. Ideo autem hæ servitutes prædiorum appellantur, quoniam sine prædiis constitui non possunt : nemo enim potest servitutem adquirere urbani vel rustici prædii, nisi qui habet prædium; nec quisquam debere, nisi qui habet prædium.

4. Si quis velit vicino aliquod jus constituere, pactionibus atque stipulationibus id efficere debet.

Potest etiam in testamento quis heredem suum damnare, ne altius tollat ædes suas ne luminibus ædium vicini officiat, vel ut patiatur eum tignum in parietem immittere vel stillicidium habere, vel ut patiatur eum per fundum ire, agere, aquamve ex eo ducere.

Tit. IV. De usufructu.

Ususfructus est jus alienis rebus utendi fruendi, salva rerum substantia :

ıt,
ıpite
ıerint
rerum

Google

CELSUS, *lib. XVI Digestorum* (1).

Est enim ususfructus jus in corpora; quo sublato et ipsum tol necesse est.

GAIUS, *lib. II Rerum quotidianarum sive Aureorum* (2).

Omnium prædiorum, jure legati potest constitui ususfructus, ut heres jubeatur dare alicui usumfructum. Dare autem intelli gitur, si induxerit in fundum legatarium, eumve patiatur u frui. Et sine testamento autem si quis velit usumfructum cons tuere, pactionibus et stipulationibus id efficere potest.

Constituitur autem ususfructus non tantum in fundo, et æd bus, verum etiam in servis, et jumentis, ceterisque rebus.

Ne tamen in universum inutiles essent proprietates, semp abscedente usufructu, placuit certis modis extingui usumfructu et (ad) proprietatem reverti.

FLORENTINUS, *lib. XI Institutionum* (3).

Rerum an æstimationis ususfructus tibi legetur, interest. Nam si quidem rerum legetur, deducto eo quod præterea tibi legatum est, ex reliquis bonis usumfructum feres. Sin autem æstimationis ususfructus legatus est, id quoque æstimabitur quod præterea tibi legatum est. Nam sæpius idem legando non ampliat testator lega tum; re autem legata, etiam æstimationem ejus legando ampliare nm possumus.

(1) *L*
1, § 1, *L*
rum tam 2, *D.*, *De usufructu* (VII, 1). — (2) *L.* 3, *pr.* §§ 1, 2, *D.*, *eod*
munia præ 42, § 1, *D.*, *eod.*
De usufruct

Google

Est enim jus in corpore, quo sublato et ipsum tolli necesse est.

1. Ususfructus a proprietate separationem recipit, idque pluribus modis accidit: ut ecce, si quis usumfructum alicui legaverit, nam heres nudam habet proprietatem, legatarius usumfructum; et contra, si fundum legaverit deducto usufructu, legatarius nudam habet proprietatem, heres vero usumfructum. Item alii usumfructum, alii deducto eo fundum legare potest. Sine testamento vero si quis velit usumfructum alii constituere, pactionibus et stipulationibus id efficere debet.

Ne tamen in universum inutiles essent proprietates semper abscedente usufructu, placuit certis modis extingui usumfructum et ad proprietatem reverti.

2. Constituitur autem ususfructus non tantum in fundo et ædibus, verum etiam in servis et jumentis ceterisque rebus, exceptis iis quæ ipso usu consumuntur; nam hæ res neque naturali ratione neque civili recipiunt usumfructum. Quo numero sunt vinum, oleum, frumentum, vestimenta: quibus proxima est pecunia numerata, namque ipso usu assidua permutatione quodammodo extinguitur. Sed utilitatis causa senatus censuit posse etiam earum rerum usumfructum constitui, ut tamen eo nomine heredi utiliter cautetur. Itaque si pecuniæ ususfructus legatus sit, ita datur legatario ut ejus fiat, et legatarius satisdet heredi de tanta pecunia restituenda, si morietur aut capite minuetur. Ceteræ quoque res ita traduntur legatario ut ejus fiant, sed æstimatis his satisdatur, ut, si morietur aut capite minuetur, tanta pecunia restituatur quanti hæ fuerint æstimatæ. Ergo senatus non fecit quidem earum rerum

Google

MARCIANUS, *lib. III Institutionum* (1).

Non utitur usufructuarius, si nec ipse utatur, nec nomine alius, puta qui emit, vel qui conduxit, vel cui donatus est, qui negotium ejus gerit. Plane illud interest, quod, si vendid usumfructum, etiamsi emptor non utatur, videor usumfruct retinere.

Quod si donavero, non alias retineo, nisi ille utatur.

Si legatum usumfructum legatarius alii restituere rogatus e id agere prætor debet, ut ex fideicommissarii persona ma quam ex legatarii pereat ususfructus.

(*Conf.* GAI. INST. II, § 30, *infra.*)

GAIUS, *lib. II Rerum quotidianarum sive Aureorum* (2).

Quibus autem modis ususfructus et constituitur, et finitu iisdem modis etiam nudus usus solet et constitui, et finiri.

GAIUS, *ibid.* (3).

Inque eo fundo hactenus ei morari licet, ut neque domino fun

(1) *L.* 38 *L.* 40, *D.*, *eod.*; *L.* 4, *D.*, *Quibus modis ususfructus ami titur* (VII, 4). — (2) *L.* 3, § 3, *D.*, *De usufructu* (VII, 1). — (3) *L.* 1 *D.*, *De usu et habitatione* (VII, 8).

Google

usumfructum, nec enim poterat, sed per cautionem quasi usumfructum constituit.

3. Finitur autem ususfructus morte fructuarii, et duabus capitis deminutionibus, maxima et media, et non utendo per modum et tempus : quæ omnia nostra statuit constitutio (1).

Item finitur ususfructus, si domino proprietatis ab usufructuario cedatur, nam cedendo extraneo nihil agit; vel ex contrario si fructuarius proprietatem rei adquisierit, quæ res consolidatio appellatur. Eo amplius constat, si ædes incendio consumptæ fuerint, vel etiam terræ motu aut vitio suo corruerint, extingui usumfructum, et ne areæ quidem usumfructum deberi.

4. Cum autem finitus fuerit ususfructus, revertitur scilicet ad proprietatem, et ex eo tempore nudæ proprietatis dominus incipit plenam in re habere potestatem.

Tit. V. De usu et habitatione.

Iisdem istis modis quibus ususfructus constituitur, etiam nudus usus constitui solet; iisdemque illis modis finitur, quibus et ususfructus desinit.

1. Minus autem scilicet juris est in usu quam in usufructu. Namque is qui fundi nudum habet usum, nihil ulterius habere intelligitur quam ut oleribus, pomis, floribus, fœno, stramentis et lignis ad usum quotidianum utatur.

In eo quoque fundo hactenus ei morari licet, ut neque

(1) *L.* 16, *pr.*, §§ 1, 2, *C. De usufr. et habitat.* (III, 33).

Google

molestus sit, neque his, per quos opera rustica fiunt, imped mento sit : nec ulli alii jus, quod habet, aut vendere, aut locare aut gratis concedere potest.

FLORENTINUS, *lib. X Institutionum* (1).

Si alii usus, alii fructus ejusdem rei legetur, id percipiet fruc tuarius quod usuario supererit; nec minus et ipse fruendi caus et usum habebit.

(1) *L. 42, pr., D., De usufructu* (VII, I).

Google

domino fundi molestus sit, neque iis per quos opera rustica fiunt, impedimento : nec ulli alii jus quod habet aut locare aut vendere aut gratis concedere potest; cum is qui usumfructum habet, potest hæc omnia facere.

2. Item is qui ædium usum habet, hactenus jus habere intelligitur, ut ipse tantum habitet; nec hoc jus ad alium transferre potest, et vix receptum esse videtur ut hospitem ei recipere liceat; sed cum uxore sua liberisque suis, item libertis, nec non aliis liberis personis quibus non minus quam servis utitur, habitandi jus habet; et convenienter, si ad mulierem usus ædium pertineat, cum marito ei habitare licet.

3. Item is ad quem servi usus pertinet, ipse tantummodo operis atque ministerio ejus uti potest : ad alium vero nullo modo jus suum transferre ei concessum est. Idem scilicet juris est et in jumentis.

4. Sed si pecorum, veluti ovium, usus legatus sit, neque lacte neque agnis neque lana utetur usuarius, quia ea in fructu sunt. Plane ad stercorandum agrum suum pecoribus uti potest.

5. Sed si cui habitatio legata sive aliquo modo constituta sit, neque usus videtur, neque ususfructus, sed quasi proprium aliquod jus.

Quam habitationem habentibus, propter rerum utilitatem, secundum Marcelli sententiam nostra decisione (1) promulgata, permisimus non solum in ea degere, sed etiam aliis locare.

6. Hæc de servitutibus, et usufructu, et usu, et habitatione dixisse sufficiat; de hereditate autem, et obligationibus, suis locis proponemus.

Exposuimus summatim quibus modis jure gentium res nobis adquiruntur : modo videamus quibus modis legitimo et civili jure adquiruntur.

---

(1) *L.* 13, *C*, *De usufr. et habitat.* (III, 33).

15. *Omnes res aut mancipi sunt aut nec mancipi. Mancipi sunt prædia in Italico solo, tam rustica, qualis est fundus, quam urbana, qualis domus;* item *servi, et quadrupedes quæ dorso collove domantur, veluti boves, muli, equi, asini. Sed hæc animalia nostri quidem præceptores* statim ut nata sunt, mancipi esse putant : *Nerva vero Proculus* et ceteri diversæ scholæ auctores non aliter ea mancipi esse putant, quam si domita sunt; et si propter nimiam feritatem domari non possunt, tunc videri mancipi esse, *cum ad eam ætatem pervenerint, cujus ætatis domari solent.* 16. Nec mancipi sunt, velut ursi, leones; item ea animalia quæ fera*rum* bestiarum numero sunt, velut elephantes et cameli; et ideo ad rem non pertinet, quod hæc animalia etiam c*ollo dorsove domantur*..... ..... quorum..... mancipi esse, quædam non mancipi sunt. 17. Item fere omnia *quæ incorpo*ralia sunt, nec mancipi sunt, exceptis servi*tutibus* prædiorum rustic*orum; nam hæ quidem mancipi res* sunt, quamvis sint ex numero rerum incorpo*ralium.*

18. Magna autem differentia est mancipi rerum et nec mancipi. 19. Nam res nec *mancipi nuda traditione abalienari possunt*, si modo corporales sunt et ob id recipiunt traditionem. 20. Itaque si tibi vestem, vel aurum, vel argentum tradidero, sive ex venditionis causa, sive *ex donationis,* sive quavis alia ex causa, *tua* fit ea res si..... ..... 21. *In eadem* causa sunt *provincialia* prædia, quorum *alia stipen*diaria, alia tributaria vocamus. Stipendiaria sunt ea, quæ in iis provinciis sunt quæ propriæ populi Romani esse intelliguntur. Tributaria sunt ea, quæ in his provinciis sunt quæ propriæ *Cæsaris esse cre*duntur. 22. Mancipi vero res *sunt*, quæ per mancipationem ad alium transferuntur; unde *quidem* mancipi res sunt dictæ. Quod autem valet manci(*patio, idem valet et in jure cessio.* 23. *Et manci*)patio quidem quemadmo-

Digitized by Google

Google

dum fiat, superiore commentario tradidimus. **24.** In jur cessio autem hoc modo fit. Apud ma*gistratum* populi Ro mani, velut prætorem, vel apud præsidem provinciæ, i cui res in jure ceditur, rem tenens ita dicit : HUNC EGO HO MINEM EX JURE QUIRITIUM MEUM ESSE AIO; deinde, postquan hic vindicave*rit*, *prætor interro*gat eum qui cedit, a contra vindicet; quo negante aut tacente, tunc ei qui vin dicaverit eam rem addicit. Idque legis actio vocatur; qu fieri potest etiam in provinciis a*pud præsides earum* **25.** *Pler*um*que tamen* et fere semper mancipationibu utimur: quod enim ipsi per nos præsentibus amicis ager possumus, hoc non est necesse cum majore difficultat apud prætorem aut apud præsidem provinciæ quærere **26.** (*At si*) neque mancipata, neque in jure cessa sit re mancipi . . . . . .

. . . . . .

unicam . . . . . .

. . . . . prædium. . . . . .

. . . . . ulla libera . . . . . .

27. *In summa admo*nendi sumus *nexum Italici soli proprium jus* esse, provincialis soli nexum non *esse : recipit enim nexus* significationem solum non aliter *quam si* mancipi *est ;* provinciale *vero* nec mancipi *est ;* enim vero provincia..... de mancipa.....

28. Incorporales (*res*) traditionem non recipere manifestum est. **29.** Sed jura prædiorum urbanorum in jure tantum cedi possunt; rusticorum vero etiam mancipari possunt. **30.** Ususfructus in jure cessionem tantum recipit. Nam dominus proprietatis alii usumfructum in jure cedere potest, ut ille usumfructum habeat, et ipse nudam proprietatem *retineat*. Ipse usufructuarius, in jure cedendo domino proprietatis usumfructum, *efficit* ut a se discedat et convertatur in proprietatem : alii vero in jure cedendo nihilominus jus suum retinet; creditur enim ea cessione nihil agi.

Digitized by Google

Digitized by Google

31. Sed hæc scilicet in Italicis prædiis ita sunt, quia ipsa prædia mancipationem et in jure cessionem recipiu alioquin in provincialibus prædiis, sive quis usumfructu sive jus eundi, agendi, aquamve ducendi, vel altius t lendi ædes, aut non tollendi, ne luminibus vicini officiat ceteraque similia jura constituere velit, pactionibus et s pulationibus id efficere potest; quia ne ipsa quidem præd mancipationem aut (*in*) jure cessionnem recipiunt. **32**. I cum ususfructus et*iam* hominum et ceterorum animaliu constitui possit, intelligere debemus horum usumfructu etiam in provinciis per in jure cessionem constitui posse **33**. Quod autem diximus, usumfructum in jure cessionen tantum recipere, non est temere dictum, quamvis etian per mancipationem constitui possit, eo quod in mancipanda proprietate detrahi potest; non enim ipse ususfructus mancipatur, sed cum in mancipanda proprietat deducatur, eo fit ut apud alium ususfructus, apud alium proprietas sit.

34. Hereditas quoque in jure cessionem tantum recipit. **35**. Nam si is ad quem ab intestato legitimo jure pertinet hereditas, in jure eam alii ante aditionem cedat, id est antequam heres extiterit, perinde fit heres is cui in jure cesserit, ac si ipse per legem ad hereditatem vocatus esset: post obligationem vero si cesserit, nihilominus ipse heres permanet, et ob id [a] creditoribus tenebitur; debita vero pereunt, eoque modo debitores hereditarii lucrum faciunt; corpora vero ejus hereditatis perinde transeunt ad eum cui cessa est hereditas, ac si ei singula in jure cessa fuissent. **36**. Testamento autem scriptus heres, ante aditam quidem hereditatem, in jure cedendo eam alii nihil agit; postea vero quam adierit si cedat, ea accidunt quæ proxime diximus de eo ad quem ab intestato legitimo jure pertinet hereditas, si post obligationem (*in*) jure cedat.

37. Idem et de necessariis heredibus diversæ scholæ

Google

Digitized by Google

auctores existimant, quod nihil videtur interesse utru (*quis*) adeundo hereditatem fiat heres, an invitus existi quod quale sit suo loco apparebit. Sed nostri præcepto putant nihil agere necessarium heredem, cum in jure ce hereditatem.

38. Obligationes, quoquo modo contractæ, nihil eoru recipiunt. Nam quod mihi ab aliquo debetur, id si vel tibi deberi, nullo eorum modo quibus res corporales alium transferuntur, id efficere possum; sed opus est u jubente me, tu ab eo stipuleris : quæ res efficit ut a r liberetur et incipiat tibi teneri; quæ dicitur novatio oblig tionis. **39.** Sine hac vero novatione non poteris tuo n mine agere; sed debes ex persona mea, quasi cognit aut procurator meus, experiri.

40. Sequitur ut admoneamus, apud peregrinos quide unum esse dominium : ita*que a*ut dominus quisque es aut dominus non intelligitur. Quo jure etiam populus R manus olim utebatur : aut enim ex jure Quiritium unu quisque dominus erat, aut non intelligebatur dominu sed postea divisionem accepit dominium, ut alius pos esse ex jure Quiritium dominus, alius in bonis haber **41.** Nam si tibi rem mancipi neque mancipavero, neq in jure cessero, sed tantum tradidero, in bonis quide tuis ea res efficietur, ex jure Quiritium vero mea perm nebit, donec tu eam possidendo usucapias : semel eni impleta usucapione, proinde pleno jure incipit, id est, in bonis et ex jure Quiritium tua res esse, ac si ea manc pata vel in jure cessa (*esset.* **42.** *Usucapio autem*) mob lium quidem rerum anno completur, fundi vero et ædiu biennio : et ita lege XII tabularum cautum est.

43. Ceterum etiam earum rerum usucapio nobis con petit, quæ non a domino nobis traditæ fuerint, sive ma cipi sint eæ res, sive nec mancipi, si modo eas bona fi acceperimus, cum crederemus eum qui tradiderit domin

Google

Tit. VI. De usucapionibus, et longi temporis possessionibus.

Jure civili constitutum fuerat, ut qui bona fide ab eo qui dominus non erat, cum crediderit eum dominum esse, rem emerit vel ex donatione aliave quavis justa causa acceperit, is eam rem, si mobilis erat, anno ubique, si im-

Google

esse. **44.** Quod ideo receptum videtur, ne rerum domi diutius in incerto essent, cum sufficeret domino ad inq rendam rem suam anni aut biennii spatium, quod tem ad usucapionem possessori tributum est.

45. Sed aliquando, etiamsi maxime quis bona fi alienam rem possideat, nunquam tamen illi usuca procedit,

(*Conf.* GAI. INST. II, 48, *infra.*)

Velut si quis rem furtivam aut vi possessam posside nam furtivam lex XII tabularum usucapi prohibet, vi po sessam lex Julia et Plautia.

46. Item provincialia prædia usucapionem (*non*) rec piunt.

47. *Item* mulieris, quæ in agnatorum tutela erat, r mancipi usucapi non poterant, præterquam si ab ipso t tore (*auctore*) traditæ essent : id*que* ita lege XII tabul rum caut*um erat*.

48. *Item* liberos hòmines et res sacras et religios usucapi non posse manifestum est.

49. Quod ergo vulgo dicitur, furtivarum rerum et possessarum usucapionem per legem XII tabularum pro hibitam esse, non eo pertinet ut (*ne ipse*) fur, '*quive po* vim *possidet*, usucapere possit, nam huic alia ration usucapio non competit, quia scilicet mala fide possidet

Digitized by Google

nobilis erat, biennio tantum in italico solo usucapiat, ne rerum dominia in incerto essent.

Et cum hoc placitum erat putantibus antiquioribus dominis sufficere ad inquirendas res suas præfata tempora, nobis melior sententia sedit, ne domini maturius suis rebus defraudentur, neque certo loco beneficium hoc concludatur. Et ideo constitutionem (1) super hoc promulgavimus, qua cautum est ut res quidem mobiles per triennium, immobiles vero per longi temporis possessionem, id est, inter præsentes decennio, inter absentes viginti annis, usucapiantur; et his modis non solum in Italia, sed in omni terra quæ nostro imperio gubernatur, dominia rerum, justa causa possessionis præcedente, adquirantur.

1. Sed aliquando, etiamsi maxime quis bona fide rem possederit, non tamen illi usucapio ullo tempore procedit, veluti si quis liberum hominem, vel rem sacram vel religiosam, vel servum fugitivum possideat.

2. Furtivæ quoque res, et quæ vi possessæ sunt, nec si prædicto longo tempore bona fide possessæ fuerint, usucapi possunt : nam furtivarum rerum lex duodecim tabularum et lex Atinia inhibent usucapionem; vi possessarum, lex Julia et Plautia.

3. Quod autem dictum est, furtivarum et vi possessarum rerum usucapionem per leges prohibitam esse, non eo pertinet ut ne ipse fur, quive per vim possidet, usucapere

(1) *L. un., C., De usucap. transf.* (VII, 31).

Google

sed nec ullus alius, quamquam ab eo bona fide eme usucapiendi jus habeat. 50. Unde in rebus mobilibus i facile *procedit*, *ut bonæ fidei possessori usucapio co* petat, quia qui alienam rem vendidit et tradidit, furt committit; idemque accidit, etiamsi ex alia causa tradat

Sed tamen hoc aliquando aliter se habet. Nam si he rem defuncto commodatam aut locatam, vel apud e depositam, existimans eam esse hereditariam, vendide aut donaverit, furtum non committit.

Item si is ad quem ancillæ ususfructus pertinet, partu etiam suum esse credens, vendiderit aut donaverit, furtu non committit; furtum enim sine affectu furandi non cor mittitur.

Aliis quoque modis accidere potest, ut quis sine vi furti rem alienam ad aliquem transferat, et efficiat ut possessore usucapiatur.

GAIUS, *lib. II Rerum quotidianarum sive Aureorum* (1).

Potest pluribus modis accidere, ut quis rem alienam aliq errore deceptus tanquam suam vendat forte aut donet, et ob id bonæ fidei possessore res usucapi possit : veluti si heres rem d functo commodatam aut locatam, vel apud eum depositam, exist mans hereditariam esse, alienaverit.—Item si quis aliqua exist matione deceptus, crediderit ad se hereditatem pertinere, qu ad eum non pertineat, et rem hereditariam alienaverit; aut is, ad quem ususfructus ancillæ pertinet, partum ejus existima suum esse, quia et fetus pecudum ad fructuarium pertinet, ali naverit.

(1) *L.* 36, *pr.*, § 1 *D.*, *De usurpationibus et usucapionibus* (XLI, 3

Google

possit, nam his alia ratione usucapio non competit, quia scilicet mala fide possident, sed ne ullus alius, quamvis ab eis bona fide emerit vel ex alia causa acceperit, usucapiendi jus habeat. Unde in rebus mobilibus non facile procedit ut bonæ fidei possessori usucapio competat : nam qui alienam rem vendit vel ex alia causa tradit, furtum ejus committit.

4. Sed tamen id aliquando aliter se habet. Nam si heres rem defuncto commodatam aut locatam, vel apud eum depositam, existimans hereditariam esse, bona fide accipienti vendiderit aut donaverit aut dotis nomine dederit, quin is qui acceperit usucapere possit, dubium non est; quippe ea res in furti vitium non ceciderit, cum utique heres, qui bona fide tamquam suam alienaverit, furtum non committit.

5. Item si is ad quem ancillæ ususfructus pertinet, partum suum esse credens vendiderit aut donaverit, furtum non committit; furtum enim sine affectu furandi non committitur.

6. Aliis quoque modis accidere potest, ut quis sine vitio furti rem alienam ad aliquem transferat, et efficiat ut a possessore usucapiatur.

Digitized by Google

51. Fundi quoque alieni potest aliquis sine vi possessi nem nancisci, quæ vel ex negligentia domini vacet, v quia dominus sine successore decesserit, vel longo tempo afuerit: nam si ad alium bona fide accipientem transt lerit, poterit usucapere possessor; et quamvis ipse q vacantem possessionem nactus est, intelligat alienum es fundum, *tamen* nihil hoc *bonæ fidei* possessori ad usuc pionem nocet, *cum* improbata sit eorum sententia, q putaverint furtivum fundum fieri posse.

GAIUS, *lib. I Rerum quotidianarum sive Aureorum* (1).

Quam rem ipse quidem non potest usucapere; quia intellig alienum se possidere, et ob id mala fide possidet; sed si alii bon fide accipienti tradiderit, poterit is usucapere: quia neque possessum, neque furtivum possidet: abolita est enim quorum dam veterum sententia existimantium, etiam fundi locive *furtu* fieri.

MARCIANUS, *lib. III Institutionum* (2).

Si solum usucapi non poterit, nec superficies usucapietur.

(1) *L.* 38, *D., eod.* — (2) *L.* 39, *D., De usurp. et usucap.*

Google

7. Quod autem ad eas res quæ solo continentur, expeditius procedit, ut quis loci vacantis possessionem, propter absentiam aut negligentiam domini, aut quia sine successore decesserit, sine vi nanciscatur : qui, quamvis ipse mala fide possidet, quia intelligit se alienum fundum occupasse, tamen si alii bona fide accipienti, tradiderit, poterit ei longa possessione res adquiri (1), quia neque furtivum neque vi possessum acceperit. Abolita est enim quorumdam veterum sententia, existimantium etiam fundi locive furtum fieri.

Et eorum utilitati qui res soli possederint, principalibus constitutionibus (2) prospicitur, ne cui longa et indubitata possessio auferri debeat.

8. Aliquando etiam furtiva vel vi possessa res usucapi potest, veluti si in domini potestatem reversa fuerit; tunc enim, vitio rei purgato, procedit ejus usucapio.

9. Res fisci nostri usucapi non potest; sed Papinianus scripsit, bonis vacantibus fisco nondum nuntiatis, bona fide emptorem traditam sibi rem ex his bonis usucapere posse; et ita divus Pius, et divi Severus et Antoninus rescripserunt.

10. Novissime sciendum est, rem talem esse debere ut in se non habeat vitium, ut a bonæ fidei emptore usucapi possit, vel qui ex alia justa causa possidet.

11. Error autem falsæ causæ usucapionem non parit : veluti si quis, cum non emerit, emisse se existimans, possideat; vel cum ei donatum non fuerit, quasi ex donatione possideat.

---

(1) « Si quis mala fide rem possidens... hanc rem alienet... si autem ignorat vetus alienatarum rerum dominus et quia res ei competunt et quia alienatio facta est, non aliter hunc excludi nisi per tricennalem præscriptionem, non valente dicere eo qui res hoc modo possidet, quia bona fide ipse possidet, quando ipse a mala fide possidente hoc accepit. » *Nov.* 119, *cap.* 7.

(2) *V. Sever. et Ant., Diocl. et Max., LL.* 1 *et* 2, *C. De præscr. longi temp.* (VII, 33).

Google

52. Rursus ex contrario accidit ut, qui sciat alienam rem se possidere, usucapiat : velut si rem hereditariam, cujus possessionem heres nundum nactus est, aliquis possederit, nam ei concessum (*est usu*) capere, si modo ea res est quæ recipit usucapionem. Quæ species possessionis et usucapionis pro herede vocatur. 53. Et in tantum hæc usucapio concessa est, ut et res quæ solo continentur, anno usucapiantur. 54. Quare autem etiam hoc casu soli rerum annua constituta sit usucapio, illa ratio est, quod

Google

12. Diutina possessio, quæ prodesse cœperat defuncto, et heredi et bonorum possessori continuatur, licet ipse sciat prædium alienum. Quod si ille initium justum non habuit, heredi et bonorum possessori, licet ignoranti, possessio non prodest.

Quod nostra constitutio (1) similiter et in usucapionibus observari constituit, ut tempora continuentur.

13. Inter venditorem quoque et emptorem conjungi tempora divi Severus et Antoninus recripserunt.

14. Edicto divi Marci cavetur, eum qui a fisco rem alienam emit, si post venditionem quinquennium præterierit, posse dominum rei per exceptionem repellere.

Constitutio autem divæ memoriæ Zenonis (2) bene prospexit iis qui a fisco per venditionem aut donationem vel alium titulum aliquid accipiunt, ut ipsi quidem securi statim fiant, et victores existant, sive experiantur, sive conveniantur; adversus autem sacratissimum ærarium usque ad quadriennium liceat intendere iis qui, pro dominio vel hypotheca earum rerum quæ alienatæ sunt, putaverint sibi quasdam competere actiones.

Nostra autem divina constitutio (3), quam nuper promulgavimus, etiam de iis qui a nostra vel venerabilis Augustæ domo aliquid acceperint, hæc statuit quæ in fiscalibus alienationibus præfata Zenoniana constitutione continentur.

---

(1) *L. un., C., De usucap. transf.* — (2) *L. 2. C. De quadr. præscr.* (VII, 37). — (3) *L. 3, eod.*

Google

*ol*im rerum hereditariarum possessione *vel*ut ipsæ heredi tates usucapi credebantur, scilicet anno. Lex enim XII ta bularum soli quidem res biennio usucapi jussit, cetera vero anno. Ergo hereditas in ceteris rebus videbatur esse quia soli non est, quia neque corporalis est; (*et*) quamvi postea creditum sit ipsas hereditates usucapi non posse tamen in omnibus rebus hereditariis, etiam quæ solo teneantur, annua usucapio remansit. **55**. Quare autem om nino tam improba possessio et usucapio concessa sit, ill ratio est, quod voluerunt veteres maturius hereditate adiri, ut essent qui sacra facerent, quorum illis tempo ribus summa observatio fuit, et ut creditores haberent, a quo suum consequerentur. **56**. Hæc autem species posses sionis et usucapionis etiam lucrativa vocatur; nam scien quisque rem alienam lucrifacit. **57**. Sed hoc tempor etiam non est lucrativa; nam ex auctoritate Hadriani senatusconsultum factum est, ut tales usucapiones revocarentur : et ideo potest heres, ab eo qui rem usucepit hereditatem petendo, perinde eam rem consequi atque si usucapta non esset. **58**. Et necessario tamen herede extante ipso jure, pro herede usucapi potest.

59. Adhuc etiam ex aliis causis sciens quisque rem alienam usucapit; nam qui rem alicui fiduciæ causa mancipio dederit vel in jure cesserit, si eamdem ipse possederit, potest usucapere, anno scilicet, *et*si soli sit : quæ species usucapionis dicitur usureceptio, quia id quod aliquando habuimus, recipimus per usucapionem. **60**. Sed cum fiducia contrahitur, aut cum creditore pignoris jure, aut cum amico, quod tutius nostræ res apud eum essent : siquidem cum amico contracta sit fiducia, sane omnimodo competit usureceptio : si vero cum creditore, soluta quidem pecunia omnimodo competit; nondum vero soluta ita demum competit, si neque conduxerit eam rem a creditore debitor, neque precario rogaverit ut eam rem possidere

Digitized by Google

Digitized by Google

liceret; quo casu lucrativa usucapio competit. **64**. Ite si rem obligatam sibi populus vendiderit, *eamque* dom nus possederit, concessa est usureceptio : sed hoc ca prædium biennio usurecipitur. Et hoc est quod vulgo d citur, ex prædiatura possessionem usurecipi; nam q mercatur a populo, prædiator appellatur (1).

65. Ergo ex his quæ diximus adparet quædam natu rali jure alienari, qualia sunt ea quæ traditione alienar tur; quædam civili, nam mancipationis et in jure cession et usucapionis jus proprium est civium Romanorum.

66. Nec tamen ea tantum quæ traditione nostra fiunt naturali nobis ratione adquiruntur, sed etiam *quæ* occu pando ideo *nostra fecerimus*, quia antea nullius essent: qua lia sunt omnia quæ terra, mari, cœlo capiuntur. **67**. Ita que si *feram* bestiam, aut volucrem, aut piscem *ceperimus jure gentium id quod ita* captum *fuerit, statim nostrum fit et eous*que nostrum esse intelligitur, donec nostra custodi coerceatur; cum vero custodiam nostram evaserit et in naturalem libertatem se receperit, rursus occupantis fit, quia nostr*um* esse desinit. Naturalem autem libertatem recipere videtur, cum aut oculos nostros evaserit, aut licet in conspectu sit nostro, difficilis tamen ej*us* rei persecutio sit. **68**. In iis autem animalibus, quæ ex consuetudine abire et redire solent, veluti columbis et apibus, item cervis qui in silvas ire et redire solent, talem habemus regulam traditam, ut si revertendi animum habere desierint, etiam nostra esse desinant, et fiant occupantium. Revertendi autem animum videntur desinere habere, cum revertendi consuetudinem deseruerint. **69**. Ea quoque quæ ex hostibus capiuntur, naturali ratione nostra fiunt.

(1) Ad hunc locum valde probabiliter retrahendos esse §§ 65-79, qui, per transpositionem unius folii in codice unde Veronensis descriptus est, inferius collocati sunt, non nulli editores putaverunt, quorum sententiam secutus, hanc ego restitutionem in textum recepi, §§ 62-64 infra reponendo, non mutatis numeris.

Google

Digitized by Google

70. Sed et id quod per alluvionem nobis adjicitur, eodem jure nostrum fit. Per alluvionem autem ita videtur adjici, quod ita paulatim flumen agro nostro adjicit, ut æstimare non possimus quantum quoquo momento temporis adjiciatur. Hoc est quod vulgo dicitur, per alluvionem id adjici videri, quod ita paulatim adjicitur ut oculos nostros fallat. 71. Quod si flumen partem aliquam ex tuo prædio de(*traxe*)rit et ad meum prædium attulerit, hæc pars tua manet. 72. At si in medio flumine insula nata sit, hæc eorum omnium communis est, qui ab utraque parte fluminis prope ripam prædia possident. Si vero non sit in medio flumine, ad eos pertinet qui, ab ea parte quæ proxuma est, juxta ripam prædia habent. 73. Præterea id quod in solo nostro ab aliquo ædificatum est, quamvis ille suo nomine ædificaverit, jure naturali nostrum fit; quia superficies solo cedit. 74. Multoque magis id accidit et in planta quam quis in solo nostro posuerit, si modo radicibus terram complexa fuerit. 75. Idem contingit et in *fr*umento, quod in solo nostro ab aliquo satum fuerit. 76. Sed si ab eo petamus *fund*um, vel ædificium, et impensas in ædificium, vel in seminaria, vel in sementem factas ei solvere nolimus, poterit nos per exceptionem doli mali repellere, utique si bonæ fidei possessor fuerit. 77. Eadem ratione probatum est, quod in chartulis sive membranis meis aliquis scripserit, licet aureis literis, meum esse, quia literæ chartulis sive membranis cedunt. Itaque si ego eos libros easque membranas petam, nec impensam scripturæ solvam, per exceptionem doli mali summoveri potero. 78. Sed si in tabula mea aliquis pinxerit velut imaginem, contra probatur : magis enim dicitur tabulam picturæ cedere. Cujus diversitatis vix idonea ratio redditur. Certe secundum hanc regulam, si me possidente petas imaginem tuam esse, nec solvas pretium tabulæ, poteris per exceptionem doli mali summoveri. At si tu

Digitized by Google

Google

possideas, consequens est ut utilis mihi actio adversum t dari debeat : quo casu, nisi solvam impensam picturæ poteris me per exceptionem doli mali repellere, utique s bona fide possessor fueris. Illud palam est, quod sive t subripuisses tabulam, sive alius, competit mihi furti actio

79. In aliis quoque speciebus naturalis ratio requiri tur. Proinde si ex uvis, (*aut olivis, aut spicis*) meis vi num, aut oleum, aut frumentum feceris, quæritur utrum meum sit id vinum aut oleum aut frumentum, an tuum Item si ex auro aut argento meo vas aliquod feceris, au ex meis tabulis navem, aut armarium, aut subsellium fa- bricaveris; item si ex lana mea vestimentum feceris, ve si ex vino et melle meo mulsum feceris, sive ex medica- mentis meis emplastrum aut collyrium feceris, (*quæritur utrum tuum sit id quod ex meo effeceris*,) an meum. Qui- dam materiam et substantiam spectandam esse putant, id est, ut cujus materia sit, illius et res quæ facta sit videa- tur esse; idque maxime placuit Sabino et Cassio. Alii vero *ejus rem* esse putant qui fecerit; idque maxime diversæ scholæ auctoribus visum est : sed eum quoque cujus ma- teria et substantia fuerit, furti adversus eum qui subri- puerit habere actionem; nec minus adversus eumdem con- dictionem ei competere, quia extinctæ res, licet vindicari non possint, condici tamen furibus et quibusdam aliis possessoribus possunt.

Digitized by Google

Tit. VII. De donationibus.

Est et aliud genus adquisitionis, donatio. Donationum autem duo sunt genera, mortis causa, et non mortis causa.

1. Mortis causa donatio est, quæ propter mortis fit suspicionem : cum quis ita donat ut, si quid humanitus ei contigisset, haberet is qui accipit; sin autem supervixisset is qui donavit, reciperet, vel si eum donationis pœnituisset, aut prior decesserit is cui donatum sit.

Hæ mortis causa donationes ad exemplum legatorum redactæ sunt per omnia. Nam, cum prudentibus ambi-

Google

MARCIANUS, *lib. IX Institutionum* (1).

Mortis causa donatio est, cum quis habere se vult magis, qua eum, cui donat, magisque eum, cui donat, quam heredem suun — Sic et apud Homerum Telemachus donat Piræo.

Tam is, qui testamentum facit, quam qui non facit, mort causa donare potest.

Filiusfamilias, qui non potest facere testamentum, nec volu tate patris, tamen mortis causa donare patre permittente potest

(1) *L.* 1, *pr.*, § 1; *L.* 25, *pr.*, § 1, *D*, *De mortis causa donationibus* (XXXIX, 6.)

Google

guum fuerat, utrum donationis an legati instar eam obtinere oportèret, et utriusque causæ quædam habebat insignia, et alii ad aliud genus eam retrahebant, a nobis constitutum est (1) ut per omnia fere legatis connumeretur, et sic procedat quemadmodum nostra constitutio eam formavit.

Et in summa mortis causa donatio est, cum magis se quis velit habere quam eum cui donat, magisque eum cui donat quam heredem suum. Sic et apud Homerum Telemachus donat Piræo.

Πείραι', οὐ γὰρ τ' ἴδμεν ὅπως ἔσται τάδε ἔργα,
Εἴ κεν ἐμὲ μνηστῆρες ἀγήνορες ἐν μεγάροισι
Λάθρη κτείναντες, πατρώϊα πάντα δάσονται,
Αὐτὸν ἔχοντά σε βούλομ' ἐπαυρέμεν, ἤ τινα τῶνδε·
Εἰ δέ κ' ἐγὼ τούτοισι φόνον καὶ κῆρα φυτεύσω,
Δὴ τότε μοι χαίροντι φέρειν πρὸς δώματα χαίρων.

2. Aliæ autem donationes sunt, quæ sine ulla mortis cogitatione fiunt, quas inter vivos appellamus, quæ non omnino (2) comparantur legatis : quæ, si fuerint perfectæ, temere revocari non possunt.

Perficiuntur autem, cum donator suam voluntatem scriptis aut sine scriptis manifestaverit; et, ad exemplum venditionis, nostra constitutio (3) eas etiam in se habere necessitatem traditionis voluit, ut, etiam si non tradantur, habeant plenissimum et perfectum robur, et traditionis necessitas incumbat donatori. Et cum retro principum dispositiones insinuari eas actis intervenientibus volebant, si majores fuerant ducentorum solidorum, constitutio nostra eam quantitatem usque ad quingentos solidos ampliavit, quam stare etiam sine insinuatione statuit; sed et

(1) *L.* 4, *C.*, *De don. caus. mort.* (VIII, 57). — (2) Alias : *omnino non.* — (3) *L.* 35, § 5, *C.*, *De donat.* (VIII, 54).

Google

Digitized by Google

quasdam donationes invenit, quæ se penitus insinuationem fieri minime desiderant, sed in se ad plenissimam habent firmitatem. Alia insuper multa ad uberiorem exitum donationum invenimus: quæ omnia ex nostris constitutionibus (1), quas super his exposuimus, colligenda sunt. Sciendum est tamen quod, et si plenissimæ sint donationes, si tamen ingrati existant homines in quos beneficium collatum est, donatoribus per nostram constitutionem licentiam præstavimus certis ex causis eas revocare; ne qui suas res in alios contulerunt, ab his quamdam patiantur injuriam vel jacturam, secundum enumeratos in constitutione nostra (2) modos.

3. Est et aliud genus inter vivos donationum, quod veteribus quidem prudentibus penitus erat incognitum, postea autem a junioribus divis principibus introductum est: quod ante nuptias vocabatur, et tacitam in se conditionem habebat ut tunc ratum esset, cum matrimonium fuerit insecutum, ideoque ante nuptias appellabatur, quod ante matrimonium efficiebatur, et nunquam post nuptias celebratas talis donatio procedebat. Sed primus quidem divus Justinus pater noster, cum augeri dotes et post nuptias fuerat permissum, si quid tale eveniret, etiam ante nuptias augeri donationem constante matrimonio sua constitutione (3) permisit; sed tamen nomen inconveniens remanebat, cum ante nuptias quidem vocabatur, post nuptias autem tale accipiebat incrementum. Sed nos, plenissimo fini tradere sanctiones cupientes, et consequentia nomina rebus esse studentes, constituimus (4) ut tales donationes non augeantur tantum, sed et constante matrimonio initium accipiant, et non ante nuptias, sed propter nuptias vocentur; et dotibus in hoc exæquentur, ut, quemadmo-

(1) L. 34, *pr.* §§ 3 *et* 4; L. 36, *pr. et* § 3, *C., De don.* — (2) L. 10, *C., De revoc. donat.* (VIII, 56). — (3) L. 19. *C., De donat. ante nupt.* (V, 3). — (4) L. 20, *C., eod.*

Google

62. Accidit aliquando, ut qui dominus sit, alienandæ rei potestatem non habeat, et qui dominus non sit, alienare possit. 63. Nam dotale prædium maritus invita muliere per legem Juliam prohibetur alienare, quamvis ipsius sit, vel mancipatum ei dotis causa, vel in jure cessum, vel usucaptum. Quod quidem jus utrum ad Italica tantum prædia, an etiam ad provincialia pertineat, dubitatur.

Google

dum dotes constante matrimonio non solum augentur, sed etiam fiunt, ita et istæ donationes quæ propter nuptias introductæ sunt, non solum antecedant matrimonium, sed eo etiam contracto augeantur et constituantur.

4. Erat olim et alius modus civilis adquisitionis per jus adcrescendi, quod est tale : si communem servum habens aliquis cum Titio, solus libertatem ei imposuit vel vindicta vel testamento, eo casu pars ejus amittebatur et socio adcrescebat.

Sed cum pessimum fuerat exemplo, et libertate servum defraudari et ex ea humanioribus quidem dominis damnum inferri, severioribus autem dominis lucrum adcrescere, hoc, quasi invidia plenum, pio remedio per nostram constitutionem (1) mederi necessarium duximus; et invenimus viam per quam et manumissor, et socius ejus, et qui libertatem accepit, nostro beneficio fruantur, libertate cum effectu procedente, cujus favore et antiquos legislatores multa etiam contra communes regulas statuisse manifestum est, et eo qui eam imposuit suæ liberalitatis stabilitate gaudente, et socio indemni conservato, pretiumque servi, secundum partem dominii, quod nos definivimus, accipiente.

Tit. VIII. Quibus alienare licet, vel non.

Accidit aliquando ut qui dominus sit, alienare non possit, et contra, qui dominus non sit, alienandæ rei potestatem habeat. Nam dotale prædium maritus invita muliere per legem Juliam prohibetur alienare, quamvis ipsius sit, dotis causa ei datum.

Quod nos, legem Juliam corrigentes, in meliorem statum deduximus : cum enim lex in soli tantummodo rebus locum habebat quæ Italicæ fuerant, et alienationes inhi-

(1) *L.* 1, *pr.*, §§ 1, 5 *et* 7, *C.*, *De comm. serv. manum.* (VII, 7).

Google

64. Ex diverso agnatus furiosi curator rem furiosi alienare potest ex lege XII tabularum. Item procurator... (1). Item creditor pignus ex pactione, quamvis ejus ea res non sit; sed hoc forsitan ideo videatur fieri, quod voluntate debitoris intelligitur pignus alienari, qui olim pactus est ut liceret creditori pignus vendere, si pecunia non solvatur (2).

IIII. De pupillis; an aliquid a se alienare possunt.

80. Nunc admonendi sumus, neque feminam, neque pupillum sine tutoris auctoritate rem mancipi alienare posse; nec mancipi vero feminam quidem posse, pupillum non posse. **81.** Ideoque, si quando mulier mutuam pecuniam alicui sine tutoris auctoritate dederit, quia facit eam accipientis, cum scilicet ea pecunia res nec mancipi sit, contrahit obligationem. **82.** At si pupillus idem fecerit, quia *sine tutoris auctoritate pecuniam non facit accipientis*, nullam contrahit obligationem. Unde pupillus vindicare quidem nummos suos potest, sicubi extent, id

(1) Ita fere restituendum est : *id est, cui libera negotiorum administratio permissa est.* — (2) Paragraphi 65-79, qui paragraphorum in quibus tractatur, quibusnam alienare liceat vel non, seriem interrumpunt, reponendi mihi visi sunt supra post §61. Vid. quæ illic notata sunt.

Digitized by Google

invita muliere fiebant, hypothecas autem earum
m volente ea, utrique remedium imposui-
t et in eas res quæ in provinciali solo positæ
dicta sit alienatio vel obligatio, et neutrum
ne consentientibus mulieribus procedat, ne sexus
ragilitas in perniciem substantiæ earum con-

a autem creditor pignus ex pactione, quamvis
non sit, alienare potest. Sed hoc forsitan ideo
i quod voluntate debitoris intelligitur pignus
ui ab initio contractus pactus est ut liceret cre-
us vendere, si pecunia non solvatur.
reditores jus suum persequi impedirentur, ne-
res temere suarum rerum dominium amittere
nostra constitutione (2) consultum est, et certus
ositus est per quem pignorum distractio possit
cujus tenore utrique parti, creditorum et de-
atis abundeque provisum est.
admonendi sumus neque pupillum neque pu-
m rem sine tutoris auctoritate alienare posse.
mutuam pecuniam sine tutoris auctoritate ali-
, non contrahit obligationem, quia pecuniam
ccipientis. Ideoque nummi vindicari possunt,
nt. Sed si nummi, quos mutuos dedit, ab eo
, bona fide consumpti sunt, condici possunt; si
ad exhibendum de his agi potest.

---

§ 15, *C.*, *De rei uxor. act.* (v, 13). — (2) *L.* 3, *pr.*, §§ 1, 2
iur. dom. imp. (VIII, 34).

Google

est, *intendere* suos *ex jure Quiritium esse; mala vero fide consumptos ab eo qui accepit* repetere potest, *quasi possideat. Proinde* de pupillo quidem quæritur an nummos *quos* mutuos dedit, ab eo qui accepit *bona fide consumpt condicere* possit, quoniam. . . . . .

83. *At ex contrario res tam mancipi quam* nec mancipi mulieribus et pupillis sine tutoris auctoritate solv possunt, quoniam meliorem conditionem suam facere i etiam sine tutoris auctoritate concessum est. **84.** Itaqu si debitor pecuniam pupillo solvat, facit quidem pecuniar pupilli, sed ipse non liberatur, quia nullam obligationen pupillus sine tutoris auctoritate dissolvere potest, quia nul lius rei alienatio ei sine tutoris auctoritate concessa est Sed tamen, si ex ea pecunia locupletior factus sit, e adhuc petat, per exceptionem doli mali summoveri potest. **85.** Mulieri vero etiam sine tutoris auctoritat recte solvi potest; nam qui solvit liberatur obligatione quia res nec mancipi, ut proxume diximus, a se dimittere mulier et sine tutoris auctoritate potest: quamquam hoc ita est, si accipiat pecuniam; at si non accipiat, sed (*acceptam*) habere se dicat, et per acceptilationem veli debitorem sine tutoris auctoritate liberare, non potest.

86. Adquiritur autem nobis non solum per nosmetip-

Digitized by Google

contrario, omnes res pupillo et pupillæ sine tuto-
ritate recte dari possunt. Ideoque si debitor pu-
lvat, necessaria est debitori tutoris auctoritas;
non liberabitur.

oc etiam evidentissima ratione statutum est in
ione (1), quam ad Cæsarienses advocatos, ex sug-
Triboniani, viri eminentissimi, quæstoris sacri
ostri, promulgavimus : qua dispositum est, ita
tori vel curatori debitorem pupillarem solvere, ut
licialis sententia, sine omni damno celebrata, hoc
t; quo subsecuto, si et judex pronuntiaverit et de-
verit, sequatur hujusmodi solutionem plenissima
.

tem aliter quam disposuimus solutio facta fuerit,
n autem salvam habeat pupillus aut ex ea locu-
t, et adhuc eamdem pecuniæ summam petat, per
nem doli mali poterit submoveri. Quod si aut male
serit aut furto amiserit, nihil proderit debitori
exceptio, sed nihilominus damnabitur, quia te-
e tutoris auctoritate, et non secundum nostram
onem solverit.

diverso pupilli vel pupillæ solvere sine tutoris
te non possunt, quia id quod solvunt non fit ac-
, cum scilicet nullius rei alienatio eis sine tutoris
te concessa est.

IT. IX. PER QUAS PERSONAS NOBIS ADQUIRITUR.

ritur nobis non solum per nosmetipsos, sed etiam

5, *C.*, *De admin. tut.* (III, 37).

Digitized by Google

sos, sed etiam per eos quos in potestate, manu, mancipiove habemus; item per eos servos in quibus usumfructum habemus; item per homines liberos et servos alienos quos bona fide possidemus : de quibus singulis diligenter dispiciamus.

87. Igitur (*quod*) liberi nostri quos in potestate habemus,

Google

uos in potestate habemus; item per servos in
sumfructum habemus; item per homines liberos
alienos quos bona fide possidemus : de quibus
iligentius dispiciamus.

ar liberi nostri utriusque sexus, quos in potestate
olim quidem quidquid ad eos pervenerat, excep-
et castrensibus peculiis, hoc parentibus suis ad-
sine ulla distinctione. Et hoc ita parentum fie-
uet eis licentia, quod per unum vel unam eorum
n est, alii filio vel extraneo donare vel vendere
mque modo, adplicare.
obis inhumanum visum est et, generali constitu-
emissa, et liberis pepercimus, et patribus debi-
vavimus. Sancitum etenim a nobis est, ut, si
e patris ei obveniat, hoc secundum antiquam
nem totum parenti adquirat : quæ enim invidia
ex patris occasione profectum est, hoc ad eum
uod autem ex alia causa sibi filiusfamilias ad-
ujus usumfructum quidem patri adquirat, do-
utem apud eum remaneat, ne quod ei suis
vel prospera fortuna accessit, hoc ad alium per-
ctuosum ei procedat.
quoque a nobis dispositum est et in ea specie
s, emancipando liberum ex rebus quæ adquisi-
ugiunt, sibi tertiam partem, retinere, si voluc-
iam ex anterioribus constitutionibus habebat,
pretio quodammodo emancipationis; et inhu-
iddam accidebat, ut filius rerum suarum, ex
ipatione, dominio pro parte tertia defraudetur,
onoris ei ex emancipatione additum est, quod
effectus est, hoc per rerum deminutionem de-

C., *De bon. quæ liber.* (VI, 61).

Digitized by Google

item quod servi (*nostr*)i mancipio accipiunt, vel ex traditione nanciscuntur, sive quid stipulentur, vel ex alia qualibet causa adquirunt, id nobis adquiritur : ipse enim qu in potestate nostra est, nihil suum habere potest. Et ide si heres institutus sit, nisi nostro jussu, hereditatem adir non potest; et, si jubentibus nobis adierit, hereditaten nobis adquirit, proinde atque si nos ipsi heredes institut essemus. Et convenienter scilicet legatum per eos nobi adquiritur. 88. Dum tamen sciamus, si alterius in boni sit servus, alterius ex jure Quiritium, ex omnibus causi ei soli per eam adquiri, cujus in bonis est.

89. Non solum autem proprietas per eos quos in potestate habemus, adquiritur nobis, sed etiam possessio cujus enim rei possessionem adepti fuerint, id nos possidere videmur; unde etiam per eos usucapio procedit.

90. Per eas vero personas quas in manu mancipiove habemus, proprietas quidem adquiritur nobis ex omnibus causis, sicut per eos qui in potestate nostra sunt : an autem possessio adquiratur quæri solet, quia ipsas non possidemus.

91. De his autem servis in quibus tantum usumfructum habemus, ita placuit, ut quidquid ex re nostra vel ex operis suis adquirunt, id nobis adquiratur; quod vero extra eas causas, id ad dominum proprietatis pertineat: itaque si iste servus heres institutus sit, legatumve quod ei datum fuerit, non mihi, sed domino proprietatis adquiritur. 92. Idem placet de eo qui a nobis bona fide posside-

Google

deoque statuimus (1) ut parens, pro tertia eorum
parte dominii quam retinere poterat, dimidiam,
inii rerum, sed ususfructus retineat : ita etenim
actæ apud filium remanebunt, et pater ampliore
ruetur, pro tertia dimidia potiturus.

n nobis adquiritur quod servi nostri ex traditione
ntur, sive quid stipulentur, vel ex qualibet alia
quirant : hoc enim nobis et ignorantibus et in-
enit; ipse enim servus qui in potestate alterius
suum habere potest. Sed si heres institutus sit,
nisi nostro jussu hereditatem adire potest; et,
jubentibus adierit, nobis hereditas adquiritur,
ac si nos ipsi heredes instituti essemus; et con-
scilicet nobis legatum per eos adquiritur.

olum autem proprietas per eos quos in potestate
, nobis adquiritur, sed etiam possessio; cujus-
enim rei possessionem adepti fuerint, id nos pos-
demur : unde etiam per eos usucapio vel longi
possessio nobis accedit.

iis autem servis in quibus tantum usumfructum
, ita placuit, ut quidquid ex re nostra vel ex ope-
uis adquirant, id nobis adjiciatur; quod vero ex-
ausas persecuti sunt, id ad dominum proprietatis
: itaque si is servus heres institutus sit, lega-
uid ei aut donatum fuerit, non usufructuario, sed
proprietatis adquiritur. Idem placet et de eo qui a

§ 3, *C.*, *De bon. quæ liber.* — (2) Vulgo : *operibus*, male.

Digitized by Google

tur, sive liber sit, sive alienus servus; quod enim placu de usufructuario, idem probatur etiam de bonæ fidei po sessore : itaque quod extra duas istas causas adquiritu id vel ad ipsum pertinet, si liber est, vel ad dominum, servus sit. **93**. Sed si bonæ fidei *possessor usuceperit ser vum*, quia eo modo dominus fit, *ex omni* causa per eu sibi adquirere potest : usufructuarius vero usucapere no potest, primum quia non possidet, sed habet jus utendi fruendi, deinde quia scit alienum esse. **94**. De illo quæ ritur, an per eum servum in quo usumfructum habemus possidere aliquam rem et usucapere possimus, quia ipsu non possidemus : per eum vero quem bona fide posside mus, sine dubio et possidere et usucapere possumus. Lo quimur autem in utriusque persona secundum distinctio nem quam proxume exposuimus, id est, si quid ex r nostra vel ex operis suis adquirant, id nobis adquiritur.

95. Ex his apparet, per liberos homines, quos nequ juri nostro subjectos habemus, neque bona fide posside mus, item per alienos servos in quibus neque usum fructum habemus, neque justam possessionem, nulla e causa nobis adquiri *posse*. *Et hoc est quod dici*tur, pe extraneam personam nihil adquiri *posse*, *excepta possessione : de ea enim* quæritur, anne *per liberam personam* nobis adquiratur.

96. In summa sciendum *est*, iis *qui in* potestate, manu mancipiove sunt, nihil in jure cedi posse; cum enim istarum personarum nihil suum esse possit, conveniens est scilicet ut nihil *suum esse* in jure vindicare possint.

97. (*Hactenus*) tantisper admonuisse sufficit, quemadmodum singulæ res nobis adquirantur; nam legatorum

Google

a fide possidetur, sive is liber sit, sive alienus
quod enim placuit de usufructuario, idem placet
a fide possessore : itaque quod extra istas duas
quiritur, id vel ad ipsum pertinet, si liber est, vel
um, si servus est. Sed bonæ fidei possessor, cum
t servum, quia eo modo dominus fit, ex omnibus
eum sibi adquirere potest; fructuarius vero usu-
n potest, primum quia non possidet, sed habet
i fruendi, deinde quia scit servum alienum esse.
m autem proprietas per eos servos in quibus
tum habemus, vel quos bona fide possidemus,
beram personam quæ bona fide nobis servit, no-
ritur, sed etiam possessio. Loquimur autem in
persona secundum definitionem quam proxime
us, id est, si quam possessionem ex re nostra vel
eris adepti fuerint.

is itaque apparet, per liberos homines quos ne-
o juri subjectos habemus, neque bona fide pos-
item per alienos servos in quibus neque usum-
abemus, neque possessionem justam, nulla ex
is adquiri posse. Et hoc est quod dicitur, per
n personam nihil adquiri posse, excepto eo quod
m personam, veluti per procuratorem, placet
n scientibus, sed et ignorantibus nobis adquiri
em, secundum divi Severi constitutionem, et per
essionem etiam dominium, si dominus fuit tra-
usucapionem aut longi temporis præscriptionem,
s non sit.

enus tantisper admonuisse sufficit, quemadmo-
læ res nobis adquirantur; nam legatorum jus,

Google

jus quo et ipso singulas res adquirimus, opportunius al loco referemus. Videamus itaque nunc, quibus modis p universitatem res nobis adquirantur. 98. Si cui hered facti sumus, sive cujus bonorum possessionem petierimu sive cujus bona emerimus, sive quem adrogaverimus, si quem in manum ut uxorem receperimus, ejus res ad n transeunt. 99. Ac prius de hereditatibus dispiciamu quarum duplex conditio est : nam vel ex testamento, v ab intestato ad nos pertinent. 100. Et prius est, ut de h dispiciamus quæ nobis ex testamento obveniunt.

ULPIANUS, *Fragment. XX*, 1.

Testamentum est mentis nostræ justa contestatio, in id solem niter facta, ut post mortem nostram valeat.

101. Testamentorum autem genera initio duo fuerun Nam aut calatis comitiis faciebant, quæ comitia bis i anno testamentis faciendis destinata erant; aut in pro cinctu, id est, cum belli causa ad pugnam ibant; procinc tus est enim expeditus et armatus exercitus. Alterum itaqu in pace et in otio faciebant, alterum in prælium exituri 102. Accessit deinde tertium genus testamenti, quod pe æs et libram agitur. Qui neque calatis comitiis, neque i procinctu testamentum fecerat, is, si subita morte urgue batur, amico familiam suam, id est, patrimonium suun mancipio dabat, eumque rogabat, quid cuique post mor tem suam dari vellet. Quod testamentum dicitur per æ et libram, scilicet quia per mancipationem peragitur 103. Sed illa quidem duo genera testamentorum in de suetudinem abierunt; hoc vero solum, quod per æs e libram fit, in usu retentum est. Sane nunc aliter ordi natur, atque olim solebat : namque olim familiæ emptor,

Google

quo et ipso jure singulæ res nobis adquiruntur, item fideicommissorum ubi singulæ res nobis relinquuntur, opportunius inferiore loco referemus. Videamus itaque nunc quibus modis per universitatem res adquiruntur : si cui ergo heredes facti sumus, sive cujus bonorum possessionem petierimus, vel si quem adrogaverimus, vel si cujus bona libertatum conservandarum causa nobis addicta fuerint, ejus res omnes ad nos transeunt. Ac prius de hereditatibus dispiciamus, quarum duplex conditio est : nam vel ex testamento, vel ab intestato ad nos pertinent. Et prius est, ut de his dispiciamus quæ ex testamento nobis obveniunt. Qua in re necessarium est initium de ordinandis testamentis exponere.

TIT. X. DE TESTAMENTIS ORDINANDIS.

Testamentum ex eo appellatur, quod testatio mentis est.

1. Sed ut nihil antiquitatis penitus ignoretur, sciendum est olim quidem duo genera testamentorum in usu fuisse : quorum altero in pace et in otio utebantur, quod CALATIS COMITIIS appellabant; altero, cum in prælium exituri essent, quod PROCINCTUM dicebatur. Accessit deinde tertium genus testamentorum, quod dicebatur PER ÆS ET LIBRAM, scilicet quia per mancipationem (1), id est, imaginariam quamdam venditionem agebatur, quinque testibus et libripende civibus Romanis puberibus præsentibus, et eo qui familiæ emptor dicebatur. Sed illa quidem priora duo genera testamentorum ex veteribus temporibus in desuetudinem abierunt; quod vero per æs et libram fiebat, licet diutius permansit, attamen partim et hoc in usu esse desiit.

2. Sed prædicta quidem nomina testamentorum ad jus

(1) Vulgo male : *emancipationem.*

Digitized by Google

id est, qui a testatore familiam accipiebat mancipio, heredis locum obtinebat, et ob id ei mandabat testator, quid cuique post mortem suam dari vellet; nunc vero alius heres testamento instituitur, a quo etiam legata relinquuntur, alius dicis gratia, propter veteris juris imitationem, familiæ emptor adhibetur. 104. Eaque res ita agitur. Qui facit, adhibitis, sicut in ceteris mancipationibus, V testibus civibus Romanis puberibus et libripende, postquam tabulas testamenti scripserit, mancipat alicui dicis gratia familiam suam. In qua re his verbis familiæ emptor utitur: FAMILIAM PECUNIAMQUE TUAM ENDO MANDATA (1) TUTELA CUSTODELAQUE MEA (2), QUO TU JURE TESTAMENTUM FACERE POSSIS SECUNDUM LEGEM PUBLICAM, HOC ÆRE, et ut quidam adjiciunt, ÆNEAQUE LIBRA, ESTO MIHI EMPTA. Deinde ære percutit libram, idque æs dat testatori, velut pretii loco. Deinde testator tabulas testamenti tenens ita dicit: HÆC ITA, UT IN HIS TABULIS CERISQUE SCRIPTA SUNT, ITA DO, ITA LEGO, ITA TESTOR, ITAQUE VOS, QUIRITES, TESTIMONIUM MIHI PERHIBETOTE; et hoc dicitur nuncupatio: nuncupare est enim palam nominare; et sane, quæ testator specialiter in tabulis testamenti scripserit, ea videtur generali sermone nominare atque confirmare.

---

(1) Mss.: MANDATELA.
(2) Quidam inserunt: (RECIPIO, EAQUE), vel: MEAM (ESSE AIO, EAQUE.)

Google

'erebantur. Postea vero ex edicto prætoris forma
ıdorum testamentorum introducta est : jure enim
o nulla mancipatio desiderabatur, sed septem tes-
ıa sufficiebant, cum jure civili signa testium non
cessaria.

l cum paulatim, tam ex usu hominum, quam ex
ionum emendationibus, cœpit in unam consonan-
civile et prætorium jungi, constitutum est ut
ımque tempore, quod jus civile quodammodo exi-
ptem testibus adhibitis, et subscriptione testium,
constitutionibus inventum est, et, ex edicto
signacula testamentis imponerentur (1) : ut hoc
rtitum esse videatur, ut testes quidem et eorum
ı uno contextu, testamenti celebrandi gratia, a
li descendant; subscriptiones autem testatoris et
ex sacrarum constitutionum observatione adhi-
signacula autem et testium numerus ex edicto

l his omnibus a nostra constitutione (2), propter
torum sinceritatem, ut nulla fraus adhibeatur,
tum est : ut per manum testatoris vel testium
eredis exprimatur (3), et omnia secundum illius
onis tenorem procedant.

ssunt autem omnes testes et uno anulo signare
um, quid enim si septem anuli una sculptura fue-
ındum quod Pomponio visum est. Sed et alieno
nulo licet signare.

---

d. et Valent. L. 21, *C., De testam.* (VI, 23).
, *C., eod.*
vero ante hanc legem protulimus, ut testator aut manu pro-
er testes, nomina heredum scribat in testamento, agnovimus
ıujusmodi subtilitate plurima testamenta destructa,.... jube-
am quidem esse volentibus hoc servare....; si enim hoc non
sed secundum priscam consuetudinem testentur, etiam sic
ıamentum esse sancimus. » *Nov.* 119, *cap.* 9.

Digitized by Google

ULPIANUS, *Fragment. XX*, 6.

Pater et qui in potestate ejus est constitutus, duo fratres qui i ejus*dem* patris potestate sunt, testes utrique, vel alter testis alte libripens fieri possunt, alio familiam emente; quoniam nihil noce ex una domo plures testes alieno negotio adhiberi.

105. In testibus autem non debet is esse, qui in potes tate est aut familiæ emptoris aut ipsius testatoris, quia propter veteris, juris imitationem, totum hoc negotium quod agitur tes*tamen*ti or*di*nandi gratia, creditur inte familiæ emptorem agi et testatorem : quippe olim, u proxime diximus, is qui familiam testatoris mancipio ac cipiebat, heredis loco erat; itaque reprobatum est in ea r domesticum testimonium. 106. Unde et si is qui in po testate patris est, familiæ emptor adhibitus sit, pater eju testis esse non potest; at ne is quidem qui in eadem potes tate est, velut frater ejus. Sed si filiusfamilias ex castrens peculio post missionem faciat testamentum, nec pater ejus recte testis adhibetur, nec is qui in potestate patris est. 107. De libripende eadem quæ et de testibus, dicta esse intelligemus; nam et is testium numero est.

108. Is vero qui in potestate heredis aut legatarii

Digitized by Google

es autem adhiberi possunt ii cum quibus testa-
io est. Sed neque mulier, neque impubes, neque
eque furiosus, neque mutus, neque surdus, nec
interdictum est, nec is quem leges jubent im-
ntestabilemque esse, possunt in numero testium

cum aliquis ex testibus testamenti quidem faciendi
ber existimabatur, postea vero servus apparuit,
s Hadrianus Catonio Vero, quam postea divi
. Antoninus rescripserunt, subvenire se ex sua
e testamento, ut sic habeatur atque si ut oportet
set; cum eo tempore quo testamentum signaretur,
consensu hic testis liberorum loco fuerit, neque
esset qui status ei quæstionem movisset.

r, nec non is qui in potestate ejus est, item duo
i in ejusdem patris potestate sunt, utrique testes
stamento fieri possunt; quia nihil nocet ex una
res testes alieno negotio adhiberi.

estibus autem non debet esse, qui in potestate
est.

si filiusfamilias de castrensi peculio post mis-
ciat testamentum, nec pater ejus recte adhibetur
c is qui in potestate ejusdem patris est; repro-
enim in ea re domesticum testimonium.

d neque heres scriptus, neque is qui in potestate

Digitized by Google

est, cujusve heres ipse aut legatarius in potestate est, qui que in ejusdem potestate est, adeo testis et libripens adhi beri potest, ut ipse quoque heres aut legatarius jure adhi beantur. Sed tamen, quod ad heredem pertinet, quique i ejus potestate est, cujusve is in potestate erit, minime ho jure uti debemus.

FLORENTINUS, *lib. X Institutionum* (1).

Unum testamentum pluribus exemplis consignare quis potest; idque interdum necessarium est, si forte navigaturus et secum ferre, et domi relinquere judiciorum suorum testationem velit.

(1) *L. 24, D., Qui testamenta facere possint* (XXVIII, 1).

Google

ejus est, neque pater ejus qui eum habet in potestate, neque fratres qui in ejusdem patris potestate sunt, testes adhiberi possunt, quia totum hoc negotium quod agitur testamenti ordinandi gratia, creditur hodie inter testatorem et heredem agi : licet enim totum jus tale conturbatum fuerat, et veteres, qui (1) familiæ emptorem, et eos qui per potestatem ei coadunati fuerant, testimoniis repellebant, heredi, et iis qui per potestatem ei conjuncti fuerant, concedebant testimonia in testamentis præstare, licet ii qui id permittebant, hoc jure minime abuti eos debere suadebant : tamen nos, eamdem observationem corrigentes, et quod ab illis suasum est in legis necessitatem transferentes, ad imitationem pristini familiæ emptoris, merito nec heredi qui imaginem vetustissimi familiæ emptoris obtinet, nec aliis personis quæ ei, ut dictum est, conjunctæ sunt, licentiam concedimus sibi quodammodo testimonia præstare; ideoque nec ejusmodi veteres constitutiones nostro Codici inseri permisimus.

11. Legatariis autem et fideicommissariis, quia non juris successores sunt, et aliis personis quæ eis conjunctæ sunt, testimonium non denegavimus, imo in quadam nostra constitutione et hoc specialiter concessimus, et multo magis iis qui in eorum potestate sunt, vel qui eos habent in potestate, hujusmodi licentiam damus.

12. Nihil autem interest, testamentum in tabulis, an in chartis membranisve, vel in alia materia fiat.

13. Sed et unum testamentum pluribus codicibus conficere quis potest; secundum obtinentem tamen observationem omnibus factis : quod interdum etiam necessarium est, veluti si quis navigaturus et secum ferre, et domi relinquere judiciorum suorum contestationem velit, vel

(1) Vulgo : *veteres quidem.*

Digitized by Google

DE TESTAMENTIS MILITUM.

109. Sed hæc diligens observatio in ordinandis te
mentis militibus, propter nimiam imperitiam, constitu
nibus principum remissa est; nam, quamvis neque le
mum numerum testium adhibuerint, neque vendide
familiam, neque nuncupaverint testamentum, recte n
lominus testantur.

110. Præterea permissum est iis et peregrinos et Lat
instituere heredes, vel iis legare; cum alioquin pere
quidem ratione civili prohibeantur capere hereditatem l
taque, Latini vero per legem Juniam.

111. Cœlibes quoque, qui lege Julia hereditatem l
taque capere vetantur, item orbi, id est, qui liberos
habent, quos lex *Papia plus quam dimidiam capere*
hibet. . . . . .
. . . . . .

Digitized by Google

lias innumerabiles causas quæ humanis necessi-
ıminent.

d hæc quidem de testamentis quæ in scriptis con-
Si quis autem sine scriptis voluerit ordinare jure
ımentum, septem testibus adhibitis et sua volun-
ı eis nuncupata, sciat hoc perfectissimum testa-
ure civili firmumque constitutum (1).

Tit. XI. De militari testamento.

icta diligens observatio, in ordinandis testa-
ıilitibus, propter nimiam imperitiam, constitu-
rincipalibus remissa est; nam, quamvis ii neque
ı numerum testium adhibuerint, neque aliam
orum solemnitatem observaverint, recte nihilo-
tantur, videlicet, cum in expeditionibus occupati
d merito nostra constitutio (2) introduxit. Quoquo
o voluntas ejus suprema inveniatur, sive scripta
scriptura, valet testamentum ex voluntate ejus.
ı temporibus per quæ, citra expeditionum neces-
n aliis locis vel in suis ædibus degunt, minime
ındum tale privilegium adjuvantur; sed testari
etsi filiifamiliarum sunt, propter militiam con-
jure tamen communi, eadem observatione et in
stamentis adhibenda, quam et in testamentis
n proxime exposuimus.

L. 2, *C.*, *De bon. poss. sec. tab.* (VI, 11). — (2) *L.* 17, *C.*, (VI, 21).

Digitized by Google

FLORENTINUS, *lib. X Institutionum* (1).

Divus Trajanus Statilio Severo ita rescripsit : Id privilegiun quod militantibus datum est, ut quoquo modo facta ab his test menta rata sint, sic intelligi debet, ut utique prius constare d beat, testamentum factum esse, quod et sine scriptura, et a nc militantibus fieri potest. Si ergo miles, de cujus bonis apud quæritur, convocatis ad hoc hominibus, ut voluntatem suam *te* taretur, ita locutus est, ut declararet, quem vellet sibi esse her dem, et cui libertatem tribuere, potest videri, sine scripto h modo esse testatus, et voluntas ejus rata habenda est. Ceteru si, ut plerumque sermonibus fieri solet, dixit alicui : EGO TE HI REDEM FACIO, aut : TIBI BONA MEA RELINQUO, non oportet *hoc pr* testamento observari. Nec ullorum magis interest, quam ipsorum quibus id privilegium datum est, ejusmodi exemplum non ad mitti; alioquin non difficulter post mortem alicujus militis teste exsisterent, qui adfirmarent, se audisse dicentem aliquem, relin quere se bona cui visum sit, et per hoc judicia vera *subver*tuntur.

(1) *L.* 24, *D.*, *De testamento militis* (XXIX, 1).

Digitized by Google

ne de testamentis militum divus Trajanus Statilio
a rescripsit : Id privilegium quod militantibus
t, ut quoquo modo facta ab iis testamenta rata
intelligi debet, ut utique prius constare debeat
um factum esse, quod et sine scriptura a non
ous quoque fieri potest. Is ergo miles de cujus
ad te quæritur, si, convocatis ad hoc hominibus,
ntem suam testaretur, ita locutus est ut declararet
let sibi heredem esse, et cui libertatem tribuere,
eri sine scripto hoc modo esse testatus, et voluntas
habenda est. Ceterum, si, ut plerumque sermo-
ri solet, dixit alicui : EGO TE HEREDEM FACIO, aut
TIBI RELINQUO, non oportet hoc pro testamento
: nec ullorum magis interest, quam ipsorum
privilegium datum est, ejusmodi exemplum non
alioquin non difficulter post mortem alicujus
tes existerent, qui affirmarent se audisse dicentem
relinquere se bona cui visum sit, et per hoc vera
bverterentur.

nimo et mutus et surdus miles testamentum facere

hactenus hoc illis a principalibus constitutionibus
r, quatenus militant et in castris degunt. Post
n vero veterani, vel extra castra si faciant adhuc
s testamentum, communi omnium civium Roma-
re facere debent. Et quod in castris fecerint tes-
n, non communi jure, sed quomodo voluerint,
ionem intra annum tantum valebit. Quid ergo si
num quidem decesserit, conditio autem heredi
post annum extiterit? an quasi militis testa-
valeat? Et placet valere quasi militis.

et si quis ante militiam non jure fecit testa-
et miles factus et in expeditione degens resignavit

Digitized by Google

112. . . . *testamentum* facere *permisit* . . . . . annorum XII tutore auctore, scilicet ut quæ tutela liberatæ non essent, ita testari deberent. **113.** Videntur ergo melioris conditionis esse feminæ, quam masculi nam masculus minor annorum XIV testamentum facere non potest, etiamsi tutore auctore testamentum facere velit; femina vero post XII. annum testamenti faciundi jus nanciscitur.

Digitized by Google

reliquerint. Si vero intestati decesserint, nullis
el fratribus superstitibus, ad parentes eorum jure
i pertinebit (1). Ex hoc intelligere possumus, quod
is adquisierit miles qui in potestate patris est,
sum patrem adimere posse, neque patris creditores
re vel aliter inquietare, neque patre mortuo cum
commune esse, sed scilicet proprium ejus esse qui
tris adquisierit, quamquam jure civili omnium qui
ate parentum sunt, peculia perinde in bonis pa-
computantur, ac si servorum peculia in bonis
um numerantur : exceptis videlicet iis quæ ex
nstitutionibus et præcipue nostris propter diversas
non adquiruntur. Præter hos igitur qui castrense
n vel quasi castrense habent, si quis alius filiusfa-
estamentum fecerit, inutile est, licet suæ potes-
tus decesserit.

æterea testamentum facere non possunt impuberes,
lum eorum animi judicium est; item furiosi, quia
arent; nec ad rem pertinet, si impubes, postea
ut furiosus, postea compos mentis factus fuerit et
it. Furiosi autem, si per id tempus fecerint testa-
quo furor eorum intermissus est; jure testati esse
: certe eo, quod ante furorem fecerint, testamento
nam neque testamenta recte facta, neque ullum
egotium recte gestum, postea furor interveniens

m prodigus, cui bonorum suorum administratio
a est, testamentum facere non potest; sed id quod
erit, quam interdictio suorum bonorum ei fiat,
t.

m surdus et mutus non semper testamentum facere

---

od et Valent., L. 3; Leo et Anth., L. 4, C., De bon. quæ
1).

Digitized by Google

114. Igitur si quæramus an valeat testamentum, inpri
mis advertere debemus, an is qui id fecerit, habuer
testamenti factionem; deinde, si habuerit, requiremus
an secundum juris civilis regulam testatus sit; excepti
militibus, quibus propter nimiam imperitiam, ut diximus
quomodo velint vel quomodo possint, permittitur testa
mentum facere.

115. Non tamen, ut jure civili *vale*at testamentum
sufficit ea observatio quam supra exposuimus, de famili
venditione et de testibus et de nuncupationis *verbis*.

116. Ante omnia requirendum est, an institutio heredi
solemni more facta sit; nam aliter facta institutione nih
proficit familiam testatoris ita venire, testesve ita adhiberi
aut nuncupari testamentum, ut supra diximus. **117.** So
lemnis autem institutio hæc est : TITIUS HERES ESTO. Sed
illa jam comprobata videtur : TITIUM HEREDEM ESSE JUBEO

Google

Utique autem de eo surdo loquimur qui omnino udit, non qui tarde exaudit; nam et mutus is ur qui eloqui nihil potest, non qui tarde loquitur. iam literati et eruditi homines variis causis et et loquendi facultatem amittunt. Unde nostra con- 1) etiam his subvenit, ut certis casibus et modis, n normam ejus, possint testari, aliaque facere permissa sunt. Sed si quis post testamentum fac- versa valetudine aut quolibet alio casu mutus aut esse cœperit, ratum nihilominus ejus permanet tum.

cus autem non potest facere testamentum, nisi rvationem quam lex divi Justini patris mei intro- .

s qui apud hostes est testamentum, quod ibi valet, quamvis redierit. Sed quod, dum in civi- t, fecit, sive redierit, valet jure postliminii, sive sserit, valet ex lege Cornelia.

TIT. XIII. DE EXHEREDATIONE LIBERORUM.

men, ut omnimodo valeat testamentum, sufficit rvatio quam supra exposuimus.

C., *Qui testam. fac. poss.* (VI, 22). — (2) *L.* 8, *C.*, *Qui test.*

Digitized by Google

At illa non est comprobata : TITIUM HEREDEM ESSE VOLO. Se et illæ a plerisque improbatæ sunt : HEREDEM INSTITUO item HEREDEM FACIO.

118. Observandum præterea est, ut, si mulier, quæ i tutela sit, faciat testamentum, tutore *auctore* facere debeat alioquin inutiliter jure civili testabitur. **119.** Præto tamen, si septem signis testium signatum sit testamentum scriptis heredibus secundum tabulas testamenti *bonorum possessionem* pollicetur; (*et*) si nemo sit ad quem ab in testato jure legitimo pertineat hereditas, velut frater eoden patre natus, aut patruus, aut fratris filius, ita poterun scripti heredes retinere hereditatem. Nam idem juris est et si alia ex causa testamentum non valeat, velut quod familia non venierit, aut nuncupationis verba testator locutus non sit. **120.** Sed videamus an, etiamsi frater aut patruus extent, potiores scriptis heredibus habeantur; rescripto enim imperatoris Antonini significatur, eos qui secundum tabulas testamenti non jure factas bonorum possessionem petierint, posse, adversus eos qui ab intestato vindicant hereditatem, defendere se per exceptionem doli mali. **121.** Quod sane quidem ad masculorum testamenta pertinere certum est, item ad feminarum quæ ideo non utiliter testatæ sunt, quod verbi gratia familiam non vendiderint, aut nuncupationis verba locutæ non sint. An autem et ad ea testamenta feminarum quæ sine tutoris auctoritate fecerint, hæc constitutio pertineat, videbimus. **122.** Loquimur autem de his scilicet feminis quæ non in legitima parentium aut patronorum tutela sunt, sed de his quæ alterius generis tutores habent, qui etiam inviti coguntur auctores fieri: alioquin parentem et patronum, sine auctoritate ejus facto testamento, non summoveri palam est.

123. Item, qui filium in potestate habet, curare debet ut eum vel heredem instituat, vel nominatim exheredet :

Google

Sed qui filium in potestate habet, curare debet ut eum heredem instituat, vel exheredem eum nominatim faciat.

Digitized by Google

alioquin, si eum silentio præterierit, inutiliter testabitur Adeo quidem ut nostri præceptores existiment, etiams vivo patre filius defunctus sit, neminem heredem ex e testamento existere posse, scilicet quia statim ab initio no constiterit institutio. Sed diversæ scholæ auctores, siqui dem filius mortis patris tempore vivat, sane impediment eum esse scriptis heredibus, et *su*um ab intestato hereden fieri confitentur : si vero ante mortem patris interceptu sit, posse ex testamento hereditatem adiri putant, null jam filio impedimento; quia scilicet existimant, (*non* statim ab initio inutiliter fieri testamentum filio præterito **124**. Ceteras vero liberorum personas si præterierit tes tator, valet testamentum. Præteritæ istæ personæ scripti heredibus in partem ad*crescunt : si sui instituti sint*, in virilem; si extranei, in dimidiam : id est, si quis tres verb gratia filios heredes instituerit, et filiam preterierit, filia adcrescendo pro quarta parte fit heres, *placuit enim eam* tuen*dam esse pro hac parte*, *quia ab intes*tato *eam* partem habitura esset; at si extraneos ille heredes instituerit, et filiam præterierit, filia adcrescendo ex dimidia parte fit heres. Quæ de filia diximus, eadem *et* de nepote deque omnibus liberorum personis, sive masculini *sive* feminini sexus, dicta intelligemus. **125**. Quid ergo est? licet *eæ*, secundum *ea quæ* diximus, scriptis heredibus dimidiam partem tan*tum* detrahant, tamen prætor eis contra tabulas bonorum possessionem promittit; qua ratione extranei heredes a tota hereditate repelluntur. **126**. Et efficeretur sane *per hanc* bonorum possessio*nem*, *ut* nihil inter feminas et masculos interesset : sed nuper imperator Antoninus significavit rescripto suo, non plus nancisci feminas per bonorum possessionem, quam quod jure adcrescendi consequerentur. Quod in emancipatis *feminis similiter obtinet*, *scilicet ut quod* adcrescendi jure habituræ essent, si suæ fuissent, id ipsum etiam per bonorum possessionem habeant.

Google

si eum silentio præterierit, inutiliter testabitur: dem ut, et si vivo patre filius mortuus sit, nemo eo testamento existere possit, quia scilicet ab ini- constiterit testamentum. Sed non ita de filiabus, per virilem sexum descendentibus liberis utrius- s, antiquitati fuerat observatum; sed si non fue- des scripti scriptæve, vel exheredati exheredatæve, tum quidem non infirmabatur, jus autem adcres- ad certam portionem præstabatur.

Digitized by Google

127. Sed si quidem filius a patre exheredetur, nominatim exheredandus est, *nam inter ceteros* non potest exheredari. Nominatim autem exheredari videtur, sive ita exheredetur : *TITIUS FILIUS MEUS EXHERES ESTO*, *sive ita : FILIUS MEUS* EXHERES ESTO, non adjecto proprio nomine. **128.** *Masculorum ceterorum* personæ, vel feminini sexus *liberi aut nominatim exheredandi sunt, aut inter ceteros, velut hoc modo : CETERI EXHEREDES SUNTO; quæ verba post* institutionem heredum adjici solent. Sed *hæc ita sunt jure civili.* **129.** Nam prætor omnes virilis sexus tam *filios quam ceteros*, id est, nepotes quoque et pronepotes, *nominatim exheredari jubet, feminini vero inter ceteros : qui nisi fuerint ita exheredati, promittit eis contra tabulas bonorum possessionem.*

130. Postumi quoque liberi *vel heredes institui debent, vel* exheredari. **131.** Et *in eo par omnium conditio est, quod et filio postumo et quolibet ex ceteris liberis, sive feminini sexus, sive masculini, præterito, valet quidem testamentum, sed postea agnatione postumi sive postumæ rumpitur, et ea ratione totum infirmatur. Ideoque, si mulier ex qua postumus aut postuma sperabatur, abortum fecerit, nihil impedimento est scriptis heredibus ad hereditatem adeundam.* **132.** *Sed feminini quidem sexus postumæ vel nominatim vel inter ceteros exheredari solent, dum tamen, si inter ceteros exheredentur, aliquid eis legetur, ne videantur per oblivionem præteritæ esse. Masculos vero postumos, id est, filium et deinceps, placuit non aliter recte exheredari, nisi nominatim exheredentur, hoc scilicet modo :* QUICUMQUE MIHI FILIUS GENITUS FUERIT, EXHERES ESTO.

133. *Postumorum loco sunt et hi qui, in sui heredis locum succedendo, quasi agnascendo fiunt parentibus sui heredes, ut ecce : si filium et ex eo nepotem neptemve in potestate habeam, quia filius gradu præcedit, is solus jura*

Digitized by Google

ec nominatim eas personas exheredare parentibus
erat, sed licebat inter ceteros hoc facere. Nomina-
em quis exheredari videtur, sive ita exheredetur :
LIUS MEUS EXHERES ESTO, sive ita : FILIUS MEUS EXHE-
, non adjecto proprio nomine, scilicet si alius filius
et.

stumi quoque liberi vel heredes institui debent vel
ri. Et in eo par omnium conditio est, quod et filio
et quolibet ex ceteris liberis, sive feminini sexus,
culini, præterito, valet quidem testamentum, sed
dgnatione postumi sive postumæ rumpitur, et ea ra-
um infirmatur. Ideoque, si mulier, ex qua postumus
uma sperebatur, abortum fecerit, nihil impedimento
tis heredibus ad hereditatem adeundam. Sed fe-
quidem sexus postumæ vel nominatim vel inter
exheredari solebant : dum tamen, si inter ceteros
entur, aliquid eis legetur, ne videantur præteritæ
oblivionem. Masculos vero postumos, id est filium
eps, placuit non aliter recte exheredari, nisi no-
exheredentur, hoc scilicet modo : QUICUMQUE MIHI
NITUS FUERIT, EXHERES ESTO.

stumorum autem loco sunt et hi, qui, in sui here-
n succedendo, quasi adgnascendo, fiunt parentibus
des. Ut ecce : si quis filium, et ex eo nepotem
e, in potestate habeat, quia filius gradu præcedit,

Digitized by Google

sui heredis habet, quamvis nepos quoque et neptis ex eo i eadem potestate sint; sed si filius meus me vivo moriatur aut qualibet ratione exeat de potestate mea, incipit nepo neptisve in ejus locum succedere, et eo modo jura suorum heredum quasi agnatione nanciscuntur. **134.** *Ne erg eo modo rumpatur mihi testamentum, sicut ipsum filium vel heredem instituere vel exheredare nominatim debeo, ne non jure faciam testamentum, ita et nepotem neptemv ex eo necesse est mihi vel heredem instituere vel exheredare, ne forte, me vivo filio mortuo, succedendo in locum ejus nepos neptisve*, quasi agnatione rumpat testamentum: *idque lege Junia Velleia provisum est, qua etiam cavetur ut ii liberi omnes* virilis sexus nominatim, feminini vel nominatim vel inter ceteros exheredentur, dum tamen iis qui inter ceteros exheredantur, *aliquid legetur.*

135. *E*mancipatos liberos *jure civili neque heredes instituere, neque exheredare necesse est, quia* non sunt sui heredes. Sed prætor omnes tam feminini, quam masculini sexus, si heredes non instituantur, exheredari jubet, virilis sexus *cujuscumque gradus liberos nominatim, feminini* vero inter ceteros. Quod si neque heredes instituti fuerint, neque *ita*, ut supra diximus, exheredati, prætor promittit eis contra tabulas bonorum possessionem. . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . differunt.....

136. *Adoptivi*, quamdiu tenentur in adoptione, naturalium loco sunt;

Emancipati vero (*a*) patre adoptivo neque jure civili, neque quod ad edictum prætoris pertinet, *inter liberos numerantur.*

137. Qua ratione accidit ut ex diverso, quod ad natu-

Google

ura sui heredis habet, quamvis nepos quoque et
eo in eadem potestate sint; sed si filius ejus vivo
tur, aut qualibet alia ratione exeat de potestate
pit nepos neptisve in ejus locum succedere, et eo
a suorum heredum quasi adgnatione nanciscun-
rgo eo modo rumpatur ejus testamentum, sicut
ium vel heredem instituere, vel nominatim exhe-
bet testator, ne non jure faciat testamentum, ita
m neptemve ex filio necesse est ei vel heredem
, vel exheredare, ne forte, eo vivo filio mortuo,
do in locum ejus nepos neptisve quasi adgnatione
estamentum; idque lege Junia Velleia provisum
ua simul exheredationis modus ad similitudinem
rum demonstratur.

ancipatos liberos jure civili neque heredes insti-
eque exheredare necesse est, quia non sunt sui
Sed prætor omnes, tam feminini sexus, quam
i, si heredes non instituantur, exheredari jubet,
xus nominatim, feminini vero et inter ceteros;
eque heredes instituti fuerint, neque ita, ut dixi-
eredati, promittit eis prætor contra tabulas testa-
onorum possessionem.

loptivi liberi, quamdiu sunt in potestate patris
, ejusdem juris habentur cujus sunt justis nuptiis
itaque heredes instituendi vel exheredandi sunt,
m ea quæ de naturalibus exposuimus.
cipati vero a patre adoptivo, neque jure civili,
nod ad edictum prætoris attinet, inter liberos nu-
r.
ratione accidit ut ex diverso, quod ad naturalem

Digitized by Google

ralem parentem pertinet, quamdiu quidem sint in adoptiv familia, extraneorum numero habeantur; *cum vero emanc*ipati fuerint *ab adoptivo patre, tunc incipiant* in e causa esse, qua futuri essent, si ab ipso naturali pati (*emancipati*) fuissent.

Google

attinet, quamdiu quidem sint in adoptiva fami-
eorum numero habeantur, ut eos neque heredes
neque exheredare necesse sit; cum vero eman-
int ab adoptivo patre, tunc incipiant in ea causa
a futuri essent, si ab ipso naturali patre eman-
sent.

hæc quidem vetustas introducebat. Nostra vero
(1), inter masculos et feminas in hoc jure nihil
existimans, quia utraque persona in hominum
ne similiter naturæ officio fungitur, et lege an-
decim tabularum omnes similiter ad successio-
intestato vocabantur, quod et prætores postea
videntur, ideo simplex ac simile jus et in filiis
us, et in ceteris descendentibus per virilem sexum
non solum natis sed etiam postumis, introduxit,
sive sui, sive emancipati sunt, vel heredes insti-
el nominatim exheredentur, et eumdem habeant
circa testamenta parentium suorum infirmanda
tem auferendam, quem filii sui vel emancipati
e jam nati sint, sive, adhuc in utero constituti,
i sint. Circa adoptivos autem filios certam in-
divisionem, quæ nostra constitutione (2), quam
otivis tulimus, continetur.

si in expeditione occupatus miles testamentum
iberos suos jam natos vel postumos nominatim
edaverit, sed silentio præterierit non ignorans
liberos, silentium ejus pro exheredatione no-
ncta valere constitutionibus principum (3), cau-

r vel avus maternus necesse non habent liberos

C., *De liber. præter.* (VI, 28). — (2) L. 10, *pr.*, *et* § 1, *C.*, III, 48). — (3) *Gord. L.* 9; *Philipp.*, *L.* 10 *C.*, *De test.*

Digitized by Google

(*Conf.* GAI. INST. II, 185, 186, 187, *infra.*)

FLORENTINUS, *lib. X Institutionum* (1).

Si alienum servum liberum et heredem esse jussi, et is poste meus effectus est, neutrum valet, quia libertas alieno servo inu tiliter data est.

MARCIANUS, *lib. IV Institutionum* (2).

Interdum nec eum libertate utiliter servus a domina heres in stituitur, ut constitutione divorum Severi et Antonini significatur cujus verba hæc sunt : Servum adulterii accusatum non jure tes tamento manumissum ante sententiam ab ea muliere videri, qua rea fuerit ejusdem criminis postulata, rationis est. Quare sequitur, ut in eumdem a domina collata institutio nihil momenti habeat.

(1) *L.* 49, *pr.*, *D.*, *De heredibus instituendis* (XXVIII, 5). — (2) *L.* 48, § 2, *D.*, *De her. inst.*

Google

eredes instituere aut exheredare, sed possunt eos
nam silentium matris, aut avi materni, et cete-
matrem ascendentium, tantum facit quantum
o patris. Nec enim matri filium filiamve, neque
no nepotem neptemve ex filia, si eum eamve
on instituat, exheredare necesse est, sive de jure
ramus, sive de edicto prætoris, quo præteritis
ntra tabulas bonorum possessionem promittit;
eis adminiculum servatur, quod paulo post vobis
n fiet.

TIT. XIV. DE HEREDIBUS INSTITUENDIS.

instituere permissum est tam liberos homines
os, et tam proprios quam alienos. Proprios au-
quidem, secundum plurium sententias, non aliter
libertate recte instituere licebat.
vero etiam sine libertate, ex nostra constitu-
heredes eos instituere permissum est. Quod non
ationem induximus, sed quoniam æquius erat,
placuisse Paulus suis libris, quos tam ad Mas-
binum quam ad Plautium scripsit, refert. Pro-
m servus etiam is intelligitur in quo nudam pro-
testator habet, alio usumfructum habente (2).
en casus in quo nec cum libertate utiliter servus
heres instituitur, ut constitutione divorum Se-
tonini cavetur, cujus verba hæc sunt : Servum
maculatum non jure testamento manumissum
ntiam ab ea muliere videri, quæ rea fuerat ejus-
inis postulata, rationis est; quare sequitur, ut
m a domina collata institutio nullius momenti

servus etiam is intelligitur, in quo usumfruc-
or habet (3).

C., *De necess. serv.* (VI, 27). — (2) *L.* 1, *C., Commun. de*
, 15). — (3) *L.* 1, *C., commun. de manum.*

Digitized by Google

(*Conf.* GAI. INST. II, 188, 189, *infra.*)

Digitized by Google

s autem a domino suo heres institutus, si qui-
em causa manserit, fit ex testamento liber he-
essarius; si vero a vivo testatore manumissus
arbitrio adire hereditatem potest, quia non fit
, cum utrumque ex domini testamento non
. Quod si alienatus fuerit, jussu novi domini
litatem debet, et ea ratione per eum dominus
am ipse alienatus neque liber neque heres esse
msi cum libertate heres institutus fuerit; des-
a libertatis datione videtur dominus, qui eum
Alienus quoque servus heres institutus, si in
sa duraverit, jussu ejus domini adire heredita-
: si vero alienatus fuerit ab eo, aut vivo testa-
ost mortem ejus antequam adeat, debet jussu
ni adire; at si manumissus est vivo testatore,
antequam adeat, suo arbitrio adire hereditatem

s autem alienus post domini mortem recte he-
tur, quia et cum hereditariis servis est testa-
o : nondum enim adita hereditas personæ vicem
on heredis futuri, sed defuncti; cum etiam ejus
o est servus recte heres instituitur.
us plurium cum quibus testamenti factio est,
o institutus heres, unicuique dominorum, cu-
adierit, pro portione dominii adquirit heredi-

num hominem, et plures in infinitum, quot quis
des facere licet.
ditas plerumque dividitur in duodecim uncias,
appellatione continentur. Habent autem et hæ
pria nomina ab uncia usque ad assem, ut puta
a, sextans, quadrans, triens, quincunx, semis,
oes, dodrans, dextans, deunx, as. Non autem
decim uncias esse oportet; nam tot unciæ assem

Digitized by Google

Digitized by Google

uot testator voluerit, et si unum tantum quis ex
erbi gratia, heredem scripserit, totus as in se-
: neque enim idem ex parte testatus et ex parte
decedere potest, nisi sit miles, cujus sola voluntas
spectatur. Et e contrario potest quis in quan-
voluerit plurimas uncias suam hereditatem di-

ores instituantur, ita demum partium distribu-
ria est, si nolit testator eos ex æquis partibus
e; satis enim constat, nullis partibus nominatis,
rtibus eos heredes esse. Partibus autem in quo-
ersonis expressis, si quis alius sine parte nomi-
si quidem aliqua pars assi deerit, ex ea parte
et si plures sine parte scripti sunt, omnes in
artem concurrent. Si vero totus as completus
idiam partem vocantur, et ille vel illi omnes in
nidiam : nec interest primus, an medius, an
sine parte heres scriptus sit; ea enim pars data
, quæ vacat.
mus, si pars aliqua vacet, nec tamen quisquam
sit heres institutus, quid juris sit, veluti si tres
partibus heredes scripti sunt? Et constat va-
tem singulis tacite pro hereditaria parte acce-
rinde haberi ac si ex tertiis partibus heredes
nt; et ex diverso, si plures in portionibus sint,
lis decrescere, ut, si verbi gratia quatuor ex
bus heredes scripti sint, perinde habeantur ac
que ex quarta parte scriptus fuisset.
plures unciæ quam duodecim distributæ sint,
parte institutus est, quod dupondio deest habe-
e erit, si dupondius expletus sit. Quæ omnes
ssem postea revocantur, quamvis sint plurium

Digitized by Google

MARCIANUS, *lib. IV Institutionum* (1).

His verbis : TITIUS HEREDITATIS MEÆ DOMINUS ESTO, recte institutio fit. — Illa institutio valet : FILIUS MEUS IMPIISSIMUS MALE DEMERITUS HERES ESTO ; pure enim heres instituitur cum maledict et omnes hujusmodi institutiones receptæ sunt.

Si in patre, vel patria, vel alia simili assumptione falsum scritum est, dum de eo, qui demonstratus sit, constet, institutio val

HERMOGENIANUS, *lib. III Juris Epitomarum* (2).

Verba hæc : PUBLIUS MÆVIUS, SI VOLET, HERES ESTO, in necessario conditionem faciunt, ut, si nolit, heres non exsistat. Nam voluntaria heredis persona frustra adduntur, quum, et si n fuerint addita, invitus non efficitur heres.

MARCIANUS, *lib. IV Institutionum* (3).

Conditiones contra edicta imperatorum, aut contra leges, a quæ legis vicem obtinent, scriptæ, vel, quæ contra bonos more vel derisoriæ sunt, aut hujusmodi, quas prætores improbaverun pro non scriptis habentur, et perinde, ac si conditio hereditatis sive legato adjecta non esset, capitur hereditas legatumve.

MARCIANUS, *lib. IV Institutionum* (4).

SI TITIUS HERES ERIT, SEIUS HERES ESTO ; SI SEIUS HERES ERIT TITIUS HERES ESTO. Julianus inutilem esse institutionem scribi quum conditio exsistere non possit.

FLORENTINUS, *lib. X Institutionum* (5).

Si plures institutiones ex eadem parte sub diversis conditionibus fuerint, conditio, quæ prior extiterit, occupabit institutionem.

MARCIANUS, *lib. VII Institutionum* (6).

Cum servus pure liber, et heres scriptus sub conditione sit, e si heres non exstiterit, legatum acceperit, in legato repetita videri conditionem (7), divus Pius rescripsit. — Hac ratione

(1) *L.* 48, *pr.*, §§ 1, 3, *D.*, *De heredibus instituendis* (XXVIII, 5). — (2) *L.* 12, *D.*, *De conditionibus institutionum* (XXVIII, 7). — (3) *L.* 1, *D.*, *eod.* — (4) *L.* 16, *D.*, *eod.* — (5) *L.* 17, *D.*, *eod.* — (6) *L.* 18, *pr* § 1, *D.*, *eod.* — (7) Lege *libertatem*, ut in responso ipso Papinian *L.* 77, *D.*, *De condit. et dem.* (XXXV, 1).

Google

res pure et sub conditione instituti potest. Ex
npore, aut ad certum tempus non potest, veluti :
QUENNIUM QUAM MORIAR, vel EX CALENDIS ILLIS, vel
CALENDAS ILLAS HERES ESTO. Denique diem adjectum
rvacuo haberi placet, et perinde esse ac si pure
titutus esset.
npossibilis conditio in institutionibus et legatis,
in fideicommissis et libertatibus, pro non scripta

i plures conditiones institutioni adscriptæ sunt,
conjunctim, ut puta SI ILLUD ET ILLUD FACTUM
nibus parendum est; si separatim, veluti si ILLUD
FACTUM ERIT, cuilibet obtemperare satis est.
quos numquam testator vidit, heredes institui
veluti si fratris filios peregri natos, ignorans qui
eredes instituerit; ignorantia enim testantis inu-
titutionem non facit.

Digitized by Google

Papinianus scribit, cum avia nepotem sub conditione emancip tionis pro parte heredem instituit, et postea codicillis scriptis h amplius ei legavit, quam quod heredem eum instituit, repetita videri conditionem emancipationis etiam in legato, quamvis legato nullam, ut in hereditate, substitutionem fecisset.

IDEM, *lib. VIII Institutionum* (1).

Si ita scriptum fuerit : TITIUS HERES ISTO; SI TITIUS HERES ERI MÆVIUS HERES ESTO, si Titius suspectam adierit hereditatem, pote Mævius suo arbitrio adire, et quartam retinere.

MARCIANUS, *lib. IV Institutionum* (2).

Potest quis in testamento plures gradus heredum facere, puta SI ILLE HERES NON ERIT, ILLE HERES ESTO, et deinceps plures, ut no vissimo loco in subsidium vel servum necessarium heredem in stituat.

Et vel plures in unius locum possunt substitui, vel unus i plurium, vel singulis singuli, vel invicem ipsi, qui heredes insti tuti sunt.

MARCIANUS, *lib. V Institutionum* (3).

Si ex pluribus legitimis hæredibus quidam omiserint adire hereditatem, vel morte, vel qua alia ratione impediti fuerint, quo minus adeant, reliquis, qui adierint, adcrescit illorum portio, et licet decesserint ante, quam adcresceret, hoc jus ad heredes eorum pertinet. Alia causa est instituti heredis et coheredis substituti; huic enim vivo defertur ex substitutione hereditas, non etiam, si decesserit, heredem ejus sequitur.

---

(1) *L.* 19, *D.*, *De condit. institut.* — (2) *L.* 36, *pr.*, § 1, *D.*, *De vulgari et pupillari substitutione* (XXVIII, 6). — (3) *L.* 9, *D.*, *De suis et legitimis heredibus* (XXXVIII, 16).

Google

TIT. XV. DE VULGARI SUBSTITUTIONE.

tem quis in testamento suo plures gradus here-
e, ut puta : SI ILLE HERES NON ERIT, ILLE HERES
einceps, in quantum velit testator, substituere
novissimo loco in subsidium vel servum necessa-
lem instituere.

ures in unius locum possunt substitui, vel unus
, vel singuli singulis, vel invicem ipsi qui he-
uti sunt.

ex disparibus partibus heredes scriptos invicem
, et nullam mentionem in substitutione par-
erit, eas videtur in substitutione partes dedisse,
stitutione expressit; et ita divus Pius rescripsit.
si instituto heredi, et coheredi suo substituto
substitutus fuerit, divi Severus et Antoninus
ctione rescripserunt ad utramque partem sub-
lmitti.

Digitized by Google

(*Conf.* GAI. INST. II, §§ 179, 180, *infra*).

Google

servum alienum quis patremfamilias arbitratus scripserit, et, si heres non esset, Mævium ei sub- isque servus jussu domini adierit hereditatem, a partem admittitur. Illa enim verba, si HERES NON eo quidem quem alieno juri subjectum esse testa- sic accipiuntur : si neque ipse heres erit, neque redem effecerit; in eo vero quem patremfamilias tratur, illud significant : si hereditatem sibi, eive i postea subjectus esse cœperit, non adquisierit. berius Cæsar in persona Parthenii servi sui con-

TIT. XVI. DE PUPILLARI SUBSTITUTIONE.

s suis impuberibus quos in potestate quis habet, m ita, ut supra diximus, substituere potest, id i heredes ei non extiterint, alius ei sit heres, sed us, ut, etsi heredes ei extiterint et adhuc impu- rtui fuerint, sit eis aliquis heres, veluti si quis c modo : TITIUS FILIUS MEUS HERES MIHI ESTO; SI US HERES MIHI NON ERIT, SIVE HERES ERIT, ET PRIUS QUAM IN SUAM TUTELAM VENERIT, TUNC SEIUS HERES casu, si quidem non extiterit heres filius, tunc s patri fit heres; si vero extiterit heres filius et ertatem decesserit, ipsi filio fit heres substitutus. ribus institutum est ut, cum ejus ætatis filii sint, si sibi testamentum facere non possunt, parentes t.

a ratione excitati, etiam constitutionem (1) po- n nostro codice, qua prospectum est, ut, si mente abeant filios vel nepotes, vel pronepotes cujus- sexus vel gradus, liceat eis, etsi puberes sint, ad n pupillaris substitutionis, certas personas subs-

---

C., *De impub. et al. subst.* (VI, 26).

Digitized by Google

(*Conf.* GAI. INST. II, § 180, *infra.*)

(*Conf.* GAI. INST. II, § 181, *infra.*)

(*Conf.* GAI. INST. II, §§ 182, 183, *infra.*)

Google

n autem resipuerint, eamdem substitutionem in-
et hoc ad exemplum pupillaris substitutionis,
quam pupillus adoleverit, infirmatur.

r in pupillari substitutione, secundum præfatum
rdinata, duo quodammodo sunt testamenta,
atris, alterum filii, tanquam si ipse filius sibi
instituisset; aut certe unum est testamentum
usarum, id est, duarum hereditatum.

autem quis ita formidolosus sit, ut timeret ne
, pupillus adhuc, ex eo quod palam substitu-
it, post obitum ejus periculo insidiarum subji-
ulgarem quidem substitutionem palam facere,
is testamenti partibus, debet; illam autem sub-
n per quam, etsi heres extiterit pupillus et intra
n decesserit, substitutus vocatur, separatim in
s partibus scribere, eamque partem proprio
iaque cera consignare, et in priore parte testa-
re, ne inferiores tabulæ vivo filio et adhuc impu-
antur. Illud palam est, non ideo minus valere
nem impuberis filii, quod in iisdem tabulis scrip-
bus sibi quisque heredem instituisset, quamvis
c periculosum sit.

solum autem heredibus institutis impuberibus
substituere parentes possunt, ut, etsi heredes
int et ante pubertatem mortui fuerint, sit eis
nem ipsi voluerint, sed etiam exheredatis : ita-
u, si quid pupillo ex hereditatibus legatisve aut
us propinquorum atque amicorum adquisitum
mne ad substitutum pertinebit. Quæcumque dixi-
bstitutione impuberum liberorum vel heredum
m vel exheredatorum, eadem etiam de postumis
s.

ris autem suis testamentum nemo facere potest,
faciat; nam pupillare testamentum pars et se-

Digitized by Google

FLORENTINUS, *lib. X Institutionum* (1).

Vel singulis liberis, vel qui eorum novissimus morietur, her substitui potest; singulis, si neminem eorum intestato decede velit, novissimo, si jus legitimarum hereditatum integrum int eos custodiri velit.

(*Conf.* GAI. INST. II, § 184, *infra.*)

(1) *L.* 37, *D.*, *De vulg. et pup. subst.* (XXVIII, 6).

Google

terni testamenti, adeo ut, si patris testamentum nec filii quidem valebit.

ngulis autem liberis, vel ei qui eorum novis-bes morietur, substitui potest: singulis quidem, eorum intestato decedere voluit; novissimo, si rum hereditatum integrum inter eos custodiri

ituitur autem impuberi aut nominatim, veluti eneraliter, ut QUISQUIS MIHI HERES ERIT: quibus ntur ex substitutione, impubere mortuo filio, ipti sunt heredes et extiterunt, et pro qua parte ti sunt.

lo igitur usque ad quatuordecim annos sub-, feminæ usque ad duodecim annos; et, si hoc esserint, substitutio evanescit.

neo vero vel filio puberi heredi instituto ita nemo potest, ut, si heres extiterit et intra ali-s decesserit, alius ei sit heres; sed hoc solum est, ut eum per fideicommissum testator obli-editatem ejus vel totam vel pro parte restituere: nale sit, suo loco trademus.

VII. QUIBUS MODIS TESTAMENTA INFIRMANTUR.

ntum jure factum usque adeo valet, donec rritumve fiat.

pitur autem testamentum, cum, in eodem nte testatore, ipsius testamenti jus vitiatur. Si post factum testamentum adoptaverit sibi filium torem, eum qui est sui juris, aut per prætorem, nostram constitutionem, eum qui in potestate erit, testamentum ejus rumpitur quasi adgna-eredis.

Digitized by Google

138. Si quis post factum testamentum adoptaverit si filium, aut per populum, eum qui sui juris est, aut p prætorem, eum qui in potestate parentis fuerit, omn mode testamentum ejus rumpitur quasi agnatione s heredis. **139.** Idem juris est si cui post factum test mentum uxor in manum conveniat, vel quæ in manu fu nubat : nam eo modo filiæ loco esse incipit, et quasi su est. **140.** Nec prodest, sive hæc, sive ille qui adoptat est, in eo testamento sit institutus institutave; nam exheredatione ejus supervacuum videtur quærere cum te tamenti faciundi tempore suorum heredum numero no fuerit. **141.** Filius quoque, qui ex prima secunda mancipatione manumittitur, quia revertitur in potestate patriam, rumpit ante factum testamentum; nec prodest, in eo testamento heres institutus vel exheredatus fueri **142.** Simile jus olim fuit in ejus persona cujus nomin ex senatusconsulto erroris causa probatur, quia forte e peregrina vel Latina, quæ per errorem quasi civis Roman uxor ducta esset, natus esset; nam sive heres institutu esset a parente, sive exheredatus, sive vivo patre caus probata, sive post mortem ejus, omnimodo quasi agnatione rumpebat testamentum. **143.** Nunc vero ex nov senatusconsulto quod auctore divo Hadriano factum est siquidem vivo patre causa probatur, æque ut olim omnimodo rumpit testamentum : si vero post mortem patris præteritus quidem rumpit testamentum; si vero heres in eo scriptus est vel exheredatus, non rumpit testamentum, ne scilicet diligenter facta testamenta rescinderentur *eo tempore quo* renovari non possent.

144. Posteriore quoque testamento, quod jure factum *est,* superius rumpitur. Nec interest an extiterit aliquis ex eo heres, an non extiterit; hoc enim solum spectatur, an existere potuerit. Ideoque si quis ex posteriore testamento, quod jure factum est, aut noluerit heres esse, aut vivo

Digitized by Google

2. Posteriore quoque testamento, quod jure perfectum est, superius rumpitur; nec interest extiterit aliquis heres ex eo, an non : hoc enim solum spectatur, an aliquo casu existere potuerit. Ideoque si quis aut noluerit heres esse, aut vivo testatore, aut post mortem ejus ante quam here-

Google

testatore, aut post mortem ejus, antequam hereditate adiret, decesserit, aut per cretionem exclusus fuerit, a conditione sub qua heres institutus est defectus sit, a propter cœlibatum ex lege Julia summotus fuerit ab here ditate, *in his* casibus paterfamilias intestatus moritur nam et prius testamentum non valet, ruptum a posteriore et posterius æque nullas vires habet, cum ex eo nem heres extiterit.

MARCIANUS, *lib. IV Institutionum* (1).

Si quis, priore facto testamento, posterius fecerit testamentum etiam si ex certis rebus in posterioribus tabulis heredes instituit superius tamen testamentum sublatum est, ut divi quoque Seve rus et Antoninus rescripserunt. Cujus constitutionis verba retul quum alia quoque præterea in constitutione expressa sint. Impe ratores Severus et Antoninus Cocceio Campano. Testamentun secundo loco factum, licet in eo certarum rerum heres scriptu sit, jure valere perinde, ac si rerum mentio facta non esset, se teneri heredem scriptum, ut, contentus rebus sibi datis, aut sup pleta quarta ex lege Falcidia, hereditatem restituat his, qui prior testamento scripti fuerant, propter inserta fideicommissaria verba quibus, ut valeret prius testamentum, expressum est, dubita non oportet. Et hoc ita intelligendum est, si non aliquid specialite contrarium in secundo testamento fuerit scriptum.

145. Alio quoque modo testamenta jure facta infirman tur, velut (*cum*) is qui fecerit testamentum, capite demi nutus sit; quod quibus modis accidat, primo commentari relatum est.

146. Hoc autem casu irrita fieri testamenta dicemus cum alioquin et quæ rumpuntur, *in*rita fiant, (*et quæ statim ab initio non jure fiunt, inrita sint; sed et ea quæ*

(1) *L.* 29, *D.*, *Ad senatusconsultum Trebellianum* (XXXVI, 1).

Google

ditatem adiret, decesserit, aut conditione sub qua heres institutus est defectus sit, in his casibus paterfamilias intestatus moritur : nam et prius testamentum non valet ruptum a posteriore, et posterius æque nullas habet vires, cum ex eo nemo heres extiterit.

3. Sed et si quis priore testamento jure perfecto, posterius æque jure fecerit, etiamsi ex certis rebus in eo heredem instituerit, superius testamentum sublatum esse divi Severus et Antoninus rescripserunt. Cujus constitutionis verba inseri jussimus, cum aliud quoque præterea in ea constitutione expressum est. « Imperatores Severus et Antoninus Cocceio Campano. Testamentum secundo loco factum, licet in eo certarum rerum heres scriptus sit, perinde jure valere ac si rerum mentio facta non esset; sed teneri heredem scriptum ut contentus rebus sibi datis, aut suppleta quarta ex lege Falcidia, hereditatem restituat his qui in priore testamento scripti fuerant, propter inserta verba secundo testamento, quibus ut valeret prius testamentum expressum est, dubitari non oportet. » Et ruptum quidem testamentum hoc modo efficitur.

4. Alio quoque modo testamenta jure facta infirmantur, veluti cum is qui fecit testamentum, capite deminutus sit. Quod quibus modis accidat, primo libro retulimus.

5. Hoc autem casu irrita fieri testamenta dicuntur, cum alioquin et quæ rumpantur irrita fiant, et quæ statim ab initio non jure fiunt, irrita sunt, et ea quæ jure facta sunt

Google

jure facta sunt, et postea propter capitis deminutionem inrita fiunt), possunt nihilominus rupta dici : sed qui sane commodius erat singulas causas singulis appellationibus distingui, ideo quædam non jure fieri dicantur quædam jure facta rumpi, vel inrita fieri.

147. Non tamen per omnia inutilia sunt ea testamenta quæ vel ab initio non jure facta sunt, vel jure facta postea inrita facta *aut* rupta sunt. Nam, si septem testium signis signata sint testamenta, potest scriptus heres secundum tabulas bonorum possessionem petere, si modo defunctus testator et civis Romanus et suæ potestatis mortis tempore fuerit; nam si ideo inritum fit testamentum, quod postea civitatem vel etiam libertatem testator amisit, aut is in adoptionem se dedit, *et* mortis tempore in adoptivi patris potestate fuit, non potest scriptus heres secundum tabulas bonorum possessionem petere.

148. (*Qui autem*) secundum tabulas testamenti, quæ aut statim ab initio non jure factæ sint, aut jure factæ postea ruptæ vel inritæ erunt, bonorum possessionem accipiunt, si modo possunt hereditatem obtinere, habebunt bonorum possessionem cum re; si vero ab iis avocari hereditas potest, habebunt bonorum possessionem sine re.

149. Nam si quis heres jure civili institutus sit vel ex primo vel ex posteriore testamento, vel ab intestato jure legitimo heres sit, is potest ab iis hereditatem avocare : si vero nemo sit alius jure civili heres, ipsi retinere hereditatem possunt; *nam heredes quidem* judicium adversus eos habent, *quo hereditatem petere possunt; sed ex rescripto Antonini, sive scriptus, sive* legitimus *heres petat, opposita doli exceptione potiores* habentur *ii qui bonorum possessionem acceperunt secundum tabulas testamenti quod inutiliter* (1) factum sit, aut quod familia non venierit,

(1) Sic ego hunc locum restitui posse censeo.

Digitized by Google

et postea propter capitis deminutionem irrita fiunt, possumus nihilominus rupta dicere; sed, quia sane commodius erat singulas causas singulis appellationibus distingui, ideo quædam non jure facta dicuntur, quædam jure facta rumpi, vel irrita fieri.

6. Non tamen per omnia inutilia sunt ea testamenta, quæ ab initio jure facta propter capitis deminutionem irrita facta sunt. Nam, si septem testium signis signata sunt, potest scriptus heres secundum tabulas testamenti bonorum possessionem agnoscere, si modo defunctus et civis Romanus et suæ potestatis mortis tempore fuerit: nam si ideo irritum factum sit testamentum, quia civitatem vel etiam libertatem testator amisit, aut quia in adoptionem se dedit, et mortis tempore in adoptivi patris potestate sit, non potest scriptus heres secundum tabulas bonorum possessionem petere.

Google

aut nuncupationis verba testator locutus non sit . . .
possessores tamen res olim . . . . . .

§ **150**. . . . *ea* lege bona caduca fiunt et ad popul
deferri jubentur, si defuncto nemo *successor extiterit*.

151. . . . potest ut jure facta testamenta . . . .
infirmentur : apparet . . . posse . . . . . .
testator . . . . . ejus . . .
. . . . . jure civili valeat qui . . . .
tabulas testamenti . . . . . quidem. . . . .
si quis ab intestato bonorum possessionem petierit . .
. . . . . perveniat hereditas; et hoc ita rescripto
peratoris Antonini significatur.

Digitized by Google

x eo autem solo non potest infirmari testamentum, ostea testator id noluit valere (1) : usque adeo ut, s post factum prius testamentum posterius facere , et aut mortalitate præventus, aut quia eum ejus ituit, non perfecerit, divi Pertinacis oratione cautum lias tabulæ priores jure factæ irritæ fiant, nisi se- jure ordinatæ et perfectæ fuerint; nam imperfectum ntum sine dubio nullum est.

adem oratione expressit, non admissurum se here- ejus qui litis causa principem reliquerit heredem, abulas non legitime factas, in quibus ipse ob eam heres institutus erat, probaturum, neque ex nuda redis nomen admissurum, neque ex ulla scriptura is auctoritas desit aliquid adepturum. Secundum i quoque Severus et Antoninus sæpissime rescrip-

---

i quis legitimo modo condidit testamentum et post ejus confec- ecennium profluxerit, siquidem nulla... contraria voluntas ap- hoc esse firmum...; sin autem in medio tempore contraria tes- luntas ostenditur..., et hoc vel per testes idoneos, non minus l inter acta manifestaverit, et decennium fuerit emensum, tunc st testamentum tam ex contraria voluntate quam ex cursu tem- *Justinianus*, *L.* 27, *C.*, *De test.* (VI, 23).

Digitized by Google

MARCIANUS, *lib. IV Institutionum* (1).

Hoc colore de inofficioso testamento agitur, quasi non sanæ mentis fuerint, ut testamentum ordinarent. Et hoc dicitur, non quasi vere furiosus vel demens testatus sit, sed recte quidem fecerit testamentum, sed non ex officio pietatis; nam si vere furiosus esset vel demens, nullum est testamentum.

(1) *L.* 2, *D.*, *De inofficioso testamento* (v, 2).

Digitized by Google

serunt : licet enim, inquiunt, legibus soluti simus, attamen legibus vivimus.

TIT. XVIII. DE INOFFICIOSO TESTAMENTO.

Quia plerumque parentes sine causa liberos suos exheredant vel omittunt (1), inductum est ut de inofficioso testamento agere possint liberi, qui queruntur aut inique se exheredatos, aut inique præteritos : hoc colore, quasi non sanæ mentis fuerint, cum testamentum ordinarent. Sed hoc dicitur non quasi vere furiosus sit, sed recte quidem fecerit testamentum, non autem ex officio pietatis; nam si vere furiosus sit, nullum testamentum est.

1. Non autem liberis tantum permissum est testamentum parentum inofficiosum accusare, verum etiam parentibus liberorum (2).

Soror autem et frater turpibus personis scriptis heredibus ex sacris constitutionibus (3) prælati sunt; non ergo contra omnes heredes agere possunt. Ultra fratres igitur et sorores, cognati nullo modo aut agere possunt, aut agentes vincere.

2. Tam autem naturales liberi, quam, secundum nostræ constitutionis divisionem, adoptati, ita demum de inoffi-

---

(1) « Sancimus... non licere penitus patri vel matri, avo vel aviæ, proavo vel proaviæ suum filium vel filiam vel ceteros liberos præterire aut exheredes in suo facere testamento..., nisi forsan probabuntur ingrati, et ipsas nominatim ingratitudinis causas parentes suo inseruerint testamento. . . . Causas autem justas ingratitudinis has esse decernimus. . . . . » *Nov.* 115, *cap.* 3.

(2) « Sancimus.... non licere liberis parentes suos præterire aut quolibet modo, a rebus propriis in quibus habent testandi licentiam, eos omnino alienare, nisi causas quas enumeravimus, in suis testamentis specialiter nominaverint. » *Nov.* 115, *cap.* 4.

(3) *Diocl. et Max.*, *L.* 21; *Constant.*, *L.* 27, *C.*, *De inoffic. testam.* (III, 28).

Digitized by Google

MARCIANUS, *lib. IV Institutionum* (1).

Adversus testamentum filii in adoptionem dati pater natu
recte de inofficioso testamento agere potest.

Tutores, pupilli nomine, sine periculo ejus, quod eis te
mento datum est, agere posse de inofficioso vel falso testame
divi Severus et Antoninus rescripserunt.

(1) L. 30, *pr.*, § 1, *D.*, *De inoff. test.*

Google

cioso testamento agere possunt, si nullo alio jure ad defuncti bona venire possunt; nam qui ad hereditatem totam vel partem ejus alio jure veniunt, de inofficioso agere non possunt. Postumi quoque qui nullo alio jure venire possunt, de inofficioso agere possunt.

3. Sed hæc ita accipienda sunt, si nihil eis penitus a testatoribus testamento relictum est : quod nostra constitutio (1) ad verecundiam naturæ introduxit. Sin vero quantacumque pars hereditatis vel res eis fuerit relicta, inofficiosi querela quiescente, id quod eis deest usque ad quartam legitimæ partis repleatur, licet non fuerit adjectum (2) boni viri arbitratu debere eam compleri.

4. Si tutor, nomine pupilli cujus tutelam gerebat, ex testamento patris sui legatum acceperit, cum nihil erat ipsi tutori relictum a patre suo, nihilominus poterit nomine suo de inofficioso patris testamento agere.

5. Sed et si e contrario, pupilli nomine, cui nihil relictum fuerit, de inofficioso egerit et superatus est, ipse tutor, quod sibi in eodem testamento legatum relictum est, non amittit.

6. Igitur quartam quis debet habere, ut de inofficioso testamento agere non possit, sive jure hereditario, sive jure legati vel fideicommissi, vel si mortis causa ei quarta donata fuerit (3), vel inter vivos, in iis tantummodo casi-

---

(1) *L.* 3, *pr.*, § 1, *C.*, *De inoff. test.*

(2) Cum scribit moriens, ut arbitratu boni viri, si quid minus filiis sit relictum quam modus quartæ, quæ per successionem bonis tantum liberis debetur, efflagitat, id ipsum ab herede eidem in pecunia compleatur, manifestum est nullam jam prorsus..., querelam remanere. » *Constantin.*, *L.* 4, *C.*, *Th.*, *De inoff. test.* (II, 19).

(3) *Zen.*, *L.* 29; *Justinian.*, *L.* 30, § 2, *C.*, *h. t.*

Digitized by Google

152. Heredes autem aut necessarii dicuntur, aut sui e necessarii, aut extranei.

153. Necessarius heres est servus cum libertate here institutus, ideo sic appellatus, quia sive velit, sive nolit omnimodo post mortem testatoris protinus liber et here est. **154.** Unde qui facultates suas suspectas habet, sol servum primo aut secundo vel etiam ulteriore gradu libe rum et heredem instituere, ut, si creditoribus satis no fiat, potius hujus heredis quam ipsius testatoris bon veneant, id est, ut ignominia, quæ accedit ex vendition bonorum, hunc potius heredem, quam ipsum testatorem contingat : quamquam apud Fufidium Sabino placeat ex mendum eum esse ignominia, quia non suo vitio, se necessitate juris bonorum venditionem pateretur; sed ali jure utimur. **155.** Pro hoc tamen incommodo illud commodum præstatur, ut ea quæ post mortem patroni sil adquisierit, sive ante bonorum venditionem sive postea ipsi reserventur. Et quamvis pro portione bona venierint iterum ex hereditaria causa bona ejus non venient, nisi s quid ei ex hereditaria causa fuerit adquisitum, velut s (*ex eo quod*) Latinus adquisierit, locupletior factus sit cum ceterorum hominum quorum bona venierint pro por tione, si quid postea adquirant, etiam sæpius eorum bon venire soleant.

Google

bus quorum mentionem facit nostra constitutio (1), vel aliis modis qui constitutionibus continentur (2).

7. Quod autem de quarta diximus, ita intelligendum est ut, sive unus fuerit, sive plures, quibus agere de inofficioso testamento permittitur, una quarta eis dari possit, ut pro rata eis distribuatur, id est, pro virili portione quarta (3).

Tit. XIX. De heredum qualitate et differentia.

Heredes autem aut necessarii dicuntur, aut sui et necessarii, aut extranei.

1. Necessarius heres est servus heres institutus; ideo sic appellatus quia, sive velit, sive nolit, omnimodo post mortem testatoris protinus liber et necessarius heres fit. Unde qui facultates suas suspectas habent, solent servum suum primo aut secundo aut etiam ulteriore gradu heredem instituere, ut, si creditoribus satis non fiat, potius ejus heredis bona, quam ipsius testatoris a creditoribus possideantur, vel distrahantur, vel inter eos dividantur. Pro hoc tamen incommodo illud ei commodum præstatur, ut ea quæ post mortem patroni sui sibi adquisierit, ipsi reserventur; et, quamvis bona defuncti non sufficerint creditoribus, iterum ex ea causa res ejus quas sibi adquisierit, non veneunt.

---

(1) *L.* 35, *C.*, *h. t.*

(2) « Sancimus.... non licere.... liberos præterire aut exheredes in eo facere testamento, nec si per quamlibet donationem vel legatum vel fideicommissum vel aliam quemcumque modum eis dederit legibus debitam portionem. » *Nov.* 115, *cap.* 3.

« Si hæc omnia... non fuerint observata, nullam vim hujusmodi testamentum, quantum ad institutionem heredum, habere sancimus... legatis videlicet vel fideicommissis et libertatibus et tutorum dationibus seu aliis capitulis suam obtinentibus firmitatem. » *Nov.* 115, *cap.* 4, § 9.

(3) « Si... unius est filii pater aut mater, aut duorum vel trium vel quatuor, non triuncium eis relinqui solum, sed... uncias quatuor... Si vero ultra quatuor habuerint filios, mediam eis totius substantiæ relinqui partem. » *Nov.* 18, *cap.* 1.

Digitized by Google

156. Sui autem et necessarii heredes sunt velut fi filiave, nepos neptisve ex filio, deinceps ceteri, qui m in potestate morientis fuerunt. Sed uti nepos neptisve s heres sit, non sufficit eum in potestate avi mortis temp fuisse, sed opus est ut pater quoque ejus, vivo patre s desierit suus heres esse, aut morte interceptus, aut q libet ratione liberatus potestate: tum enim nepos nept in locum sui patris succedunt. **157.** Sed sui quidem redes ideo appellantur, quia domestici heredes sunt, vivo quoque parente quodammodo domini existimant unde etiam, si quis intestatus mortuus sit, prima ca est in successione liberorum. Necessarii vero ideo dicunt quia omnimodo, (*sive*) velint, (*si*)ve (*nolint*, *tam*) intestato, quam ex testamento heredes fiunt. **158.** his prætor permittit abstinere se ab hereditate, ut po parentis bona veneant. **159.** Idem juris est et (*in*) ux persona quæ in manu est, quia filiæ loco est; et in nu quæ in manu filii est, quia neptis loco est. **160.** Q etiam similiter abstinendi potestatem facit prætor etiam qui in causa mancipii est, id est mancipato, cum liber heres institutus sit; cum necessarius, non etiam s heres sit, tamquam servus.

161. Ceteri qui testatoris juri subjecti non sunt, tranei heredes appellantur. Itaque liberi quoque nostri in potestate nostra non sunt, heredes a nobis institu sicut extranei videntur. Qua de causa et qui a matre h redes instituuntur, eodem numero sunt, quia feminæ libe in potestate non habent. Servi quoque, cui cum liberta heredes instituti sunt et postea a domino manumis eodem numero habentur.

Digitized by Google

2. Sui autem et necessarii heredes sunt, veluti filius filiave, nepos neptisve ex filio, et deinceps ceteri liberi, qui modo in potestate morientis fuerint. Sed ut nepos neptisve sui heredes sint, non sufficit eum eamve in potestate avi mortis tempore fuisse, sed opus est ut pater ejus vivo patre suo desierit suus heres esse, aut morte interceptus, aut qualibet alia ratione liberatus, potestate : tunc enim nepos neptisve in locum patris sui succedit. Sed sui quidem heredes ideo appellantur, quia domestici heredes sunt, et vivo quoque patre quodammodo domini existimantur : unde etiam, si quis intestatus mortuus sit, prima causa est in successione liberorum. Necessarii vero ideo dicuntur, quia omni modo, sive velint, sive nolint, tam ab intestato quam ex testamento heredes fiunt. Sed his prætor permittit volentibus abstinere se ab hereditate, ut potius parentis quam ipsorum bona similiter a creditoribus possideantur.

3. Ceteri qui testatoris juri subjecti non sunt, extranei heredes appellantur. Itaque liberi quoque nostri qui in potestate nostra non sunt, heredes a nobis instituti, extranei heredes videntur (1). Qua de causa et qui heredes a matre instituuntur, eodem numero sunt, quia feminæ in potestate liberos non habent. Servus quoque heres a

(1) « Jubemus... filios seu filias, nepotes aut neptes, pronepotes aut proneptes, a patre vel matre, avo vel avia, proavo vel proavia scriptos heredes, licet non sint invicem substituti, seu cum extraneis seu soli sint instituti, et ante apertas tabulas defuncti..., in liberos suos, cujuscumque sint sexus vel gradus, derelictam sibi hereditariam portionem posse transmittere. » *Theod. et Valent., L. un., C., De his qui ante apert. tab.* (VI, 52).

Google

FLORENTINUS, *lib. X Institutionum* (1).

In extraneis heredibus illa observantur, ut sit cum eis testamenti factio, sive ipsi heredes instituantur, sive hi, qui in potestate eorum sunt. Et id duobus temporibus inspicitur: testamenti facti, ut constiterit institutio, et mortis testatoris, ut effectum habeat. Hoc amplius, et quum adibit hereditatem, esse debet cum eo testamenti factio, sive pure, sive sub conditione heres institutus sit; nam jus heredis eo vel maxime tempore inspiciendum est, quo adquirit hereditatem. Medio autem tempore inter factum testamentum et mortem testatoris vel conditionem institutionis existentem, mutatio juris heredi non nocet, quia, ut dixi, tria tempora inspicimus.

162. Extraneis autem heredibus deliberandi potestas data est de adeunda hereditate, vel non adeunda. **163.** Sed sive is cui abstinendi potestas est, immiscuerit se bonis hereditariis, sive is cui de adeunda (*hereditate*) deliberare licet, adierit, postea relinquendæ hereditatis facultatem non habet, nisi si minor sit annorum XXV; nam hujus ætatis hominibus, sicut in ceteris omnibus causis deceptis, ita etiam si temere damnosam hereditatem susceperint, prætor succurrit.

Scio quidem divum Hadrianum etiam majori XXV anno-

(1) *L.* 49, § 1, *D., De heredibus instituendis* (XXVIII, 5).

Digitized by Google

domino institutus, et post testamentum factum ab eo manumissus, eodem numero habetur.

4. In extraneis heredibus illud observatur, ut sit cum eis testamenti factio, sive ipsi heredes instituantur, sive hi qui in potestate eorum sunt. Et id duobus temporibus inspicitur, testamenti quidem facti, ut constiterit institutio, mortis vero testatoris, ut effectum habeat. Hoc amplius, et cum adierit hereditatem, esse debet cum eo testamenti factio, sive pure, sive sub conditione heres institutus sit; nam jus heredis eo vel maxime tempore inspiciendum est, quo adquirit hereditatem. Medio autem tempore inter factum testamentum et mortem testatoris vel conditionem institutionis existentem, mutatio juris non nocet heredi; quia, ut diximus, tria tempora inspicimus. Testamenti autem factionem non solum is habere videtur qui testamentum facere potest, sed etiam qui ex alieno testamento vel ipse capere potest vel alii adquirere, licet non possit facere testamentum. Et ideo furiosus, et mutus, et postumus, et infans, et filiusfamilias, et servus alienus testamenti factionem habere dicuntur : licet enim testamentum facere non possint, attamen ex testamento vel sibi vel alii adquirere possunt.

5. Extraneis autem heredibus deliberandi potestas est de adeunda hereditate vel non adeunda. Sed sive is cui abstinendi potestas est, immiscuerit se bonis hereditatis, sive extraneus cui de adeunda hereditate deliberare licet, adierit, postea relinquendæ hereditatis facultatem non habet, nisi minor sit viginti quinque annis; nam hujus ætatis hominibus, sicut in ceteris omnibus causis deceptis, ita et, si temere damnosam hereditatem susceperint, prætor, succurrit.

6. Sciendum tamen est divum Hadrianum etiam ma-

Google

rum veniam dedisse, cum post aditam hereditatem grav æs alienum, quod aditæ hereditatis tempore latebat, app ruisset.

164. Extraneis heredibus solet cretio dari, id est, fir deliberandi, ut intra certum tempus vel adeant hered tatem, vel, si non adeant, temporis fine summoveantu Ideo autem cretio appellata est, quia cernere est qua decernere et constituere. **165.** Cum ergo ita scriptu sit : HERES TITIUS ESTO, adjicere debemus, CERNITOQUE CENTUM DIEBUS PROXUMIS QUIBUS SCIES POTERISQUE : QUODNI I CREVERIS, EXHERES ESTO. **166.** Et qui ita heres institut est, si velit heres esse, debebit intra diem cretionis ce nere, id est, hæc verba dicere : QUOD ME PUBLIUS MÆVI TESTAMENTO SUO HEREDEM INSTITUIT, EAM HEREDITATEM ADI CERNOQUE. Quod si ita non creverit, finito tempore cretioni excluditur; nec quicquam proficit, si pro herede gera id est, si rebus hereditariis tamquam heres utatur.

167. At is qui sine cretione heres institutus sit, aut q ab intestato legitimo jure ad hereditatem vocatur, pote aut cernendo, aut pro herede gerendo, vel etiam nud voluntate suscipiendæ hereditatis heres fieri; eique libe rum est, quocumque tempore voluerit, adire hereditatem

Digitized by Google

jori viginti quinque annis veniam dedisse, cum post aditam hereditatem grande æs alienum, quod aditæ hereditatis tempore latebat, emersisset. Sed hoc quidem divus Hadrianus cuidam speciali beneficio præstitit; divus autem Gordianus postea in militibus tantummodo hoc extendit.

Sed nostra benevolentia commune omnibus subjectis imperio nostro hoc beneficium præstitit, et constitutionem (1) tam æquissimam quam nobilem scripsit, cujus tenorem si observaverint homines, licet eis et adire hereditatem, et in tantum teneri quantum valere bona hereditatis contingit : ut ex hac causa neque deliberationis auxilium eis fiat necessarium, nisi, omissa observatione nostræ constitutionis, et deliberandum existimaverint, et sese veteri gravamini aditionis supponere maluerint.

7. Item extraneus heres, testamento institutus aut, ab intestato ad legitimam hereditatem vocatus, potest, aut pro herede gerendo, aut etiam nuda voluntate suscipiendæ

(1) *L.* 22, *C., De jur. deliber.* (VI, 30).

Google

(*sed*) solet prætor, postulantibus hereditariis creditorib tempus constituere, intra quod, si velit, adeat heredi tem; si minus, ut liceat creditoribus bona defuncti vende

168. Sicut autem cum cretione heres institutus, i creverit hereditatem, non fit heres, ita non aliter exc ditur, quam si non creverit intra id tempus quo cre finita sit; itaque, licet ante diem cretionis constituerit h reditatem non adire, tamen pœnitentia actus, superai die cretionis, cernendo heres esse potest.

169. At hic qui sine cretione heres institutus est, quiq ab intestato per legem vocatur, sicut voluntate nuda hei fit, ita et contraria destinatione statim ab hereditate r pellitur.

170. Omnis autem cretio certo tempore constringitu In quam rem tolerabile tempus visum est centum dierun Potest tamen nihilominus jure civili aut longius aut brevi tempus dari : longius tamen interdum prætor coarcta

171. Et quamvis omnis cretio certis diebus constringatu tamen alia cretio vulgaris vocatur, alia certorum dierum vulgaris illa, quam supra exposuimus, id est, in qu dicuntur hæc verba : QUIBUS SCIET POTERITQUE; certorui dierum, in qua, detractis his verbis, cetera scribuntu

172. Quarum cretionum magna differentia est. Nam vul gari cretione data, nulli dies computantur, nisi quibu scierit quisque se heredem esse institutum, et possit cer nere. Certorum vero dierum cretione data, etiam nescient se heredem institutum esse numerantur dies continui ítem ei quoque qui aliqua ex causa cernere prohibetur, e eo amplius ei qui sub conditione heres institutus est, tem- pus numeratur. Unde melius et aptius est vulgari cretione uti.

173. Continua hæc cretio vocatur, quia continui dies numerantur. Sed quia tamen dura est hæc cretio, altera magis in usu habetur : unde etiam vulgaris dicta est.

Google

hereditati, heres fieri. Pro herede autem gerere quis videtur, si rebus hereditariis tamquam heres utatur, vel vendendo res hereditarias, vel prædia colendo locandove, et quoquo modo, si voluntatem suam declaret, vel re vel verbis, de adeunda hereditate : dummodo sciat eum in cujus bonis pro herede gerit, testatum intestatumve obiisse, et se ei heredem esse. Pro herede enim gerere est pro domino gerere; veteres enim heredes pro dominis appellabant. Sicut autem nuda voluntate extraneus heres fit, ita et contraria destinatione statim ab hereditate repellitur. Eum qui surdus vel mutus natus est, vel postea factus, nihil prohibet pro herede gerere et adquirere sibi hereditatem, si tamen intelligit quod agitur.

Digitized by Google

De substitutionibus.

174. Interdum duos pluresve gradus heredum facimu hoc modo : Lucius Titius heres esto, cernitoque in diei (*centum*) proximis quibus scies poterisque : quodni ita cr veris, exheres esto; tum Mævius heres esto, cernitoque diebus centum, et reliqua; et deinceps, in quantum vel mus, substituere possumus.

175. Et licet nobis vel unum in unius locum subs tuere pluresve, et contra in plurium locum vel unum v plures substituere.

176. Primo itaque gradu scriptus heres hereditate cernendo fit heres, et substitutus excluditur; non cernen summovetur, etiamsi pro herede gerat, et in locum ej substitutus succedit. Et deinceps si plures gradus sint, singulis simili ratione idem contingit. **177.** Sed si cret sine exheredatione sit data, id est, *in* hæc verba : si n creveris, tum Publius Mævius heres esto, illud diversu invenitur, quia si prior omissa cretione pro herede gera substitutus in partem admittitur, et fiunt ambo æquis pa tibus heredes; *quod* si neque cernat neque pro here gerat, sane in universum summovetur, et substitutus i totam hereditatem succedit. **178.** Sed dudum quide placuit, quamdiu cernere et eo modo heres fieri poss prior, etiamsi pro herede gesserit, non tamen admit substitutum; cum vero cretio finita sit, tum pro hered gerentem admittere substitutum : *olim* vero placuit, etia superante cretione, posse eum pro herede gerendo i partem substitutum admittere, et amplius ad cretione reverti non posse.

179. Liberis nostris impuberibus quos in potestat habemus, non solum ita, ut supra diximus, substituer possumus, id est, ut *si* heredes non extiterint, alius nobi heres sit; sed eo amplius, ut, etiam si heredes nobis exti

Digitized by Google

Digitized by Google

terint et adhuc impuberes mortui fuerint, sit iis aliqu heres, velut hoc modo : TITIUS FILIUS MEUS MIHI HERES EST Si FILIUS MEUS MIHI (*HERES NON ERIT, SIVE HERES*) ERIT ET PRI MORIATUR QUAM IN SUAM TUTELAM VENERIT, SEIUS HERES EST

180. Quo casu, siquidem non extiterit heres filius, sub stitutus patri fit heres, *si vero* heres extiterit filius, et ant pubertatem decesserit, ipsi filio fit heres substitutus Quamobrem duo quodammodo sunt testamenta, aliu patris, aliud filii, tamquam si ipse filius sibi heredem instituisset; aut certe unum est testamentum duarum hereditatum.

181. Ceterum, ne post obitum parentis periculo insi diarum subjectus videatur pupillus, in usu est vulgarem quidem substitutionem palam facere, id est, eo loco qu pupillum heredem instituimus; (*nam*) vulgaris substituti ita vocat ad hereditatem substitutum, si omnino pupillu heres non extiterit, quod accidit cum vivo parente moritur quo casu nullum substituti maleficium suspicari possumus cum scilicet vivo testatore omnia quæ in testamento scripti sint, ignorentur : illam autem substitutionem per quam etiamsi heres extiterit pupillus et intra pubertatem decesserit, substitutum vocamus, separatim in inferioribu tabulis scribimus, easque tabulas proprio lino propriaque cera consignamus, et in prioribus tabulis cavemus ne inferiores tabulæ vivo filio et adhuc impubere aperiantur. Sed longe tutius est, utrumque genus substitutionis separatim in inferioribus tabulis consignari, quod, si ita consignatæ vel separatæ fuerint substitutiones, ut diximus, ex priore potest intelligi in altera quoque idem esse substitutus.

182. Non solum autem heredibus institutis impuberibus liberis ita substituere possumus, ut si ante pubertatem mortui fuerint, sit is heres quem nos voluerimus, sed etiam exheredatis. Itaque eo casu, si quid pupillo ex he-

Google

Digitized by Google

reditatibus legatisve aut donationibus propinquorum adq
situm fuerit, id omne ad substitutum pertinet.

183. Quæcumque diximus de substitutione impuberu liberorum vel heredum institutorum vel exheredatorur eadem etiam de postumis intelligemus.

184. Extraneo vero heredi instituto ita substituere n possumus, ut, si heres extiterit et intra aliquod temp decesserit, alius ei heres sit; sed hoc solum nobis permi sum est, ut eum per fideicommissum obligemus, ut her ditatem nostram vel totam vel (*pro*) parte restituat: quc jus quale sit, suo loco trademus.

185. Sicut autem liberi homines, ita et servi tam nost quam alieni heredes scribi possunt.

186. Sed noster servus simul et liber et heres esse j beri debet, id est, hoc modo: STICHUS SERVUS MEUS LIBE HERESQUE ESTO, vel HERES LIBERQUE ESTO. **187.** Nam sine libertate heres institutus sit, etiamsi postea manu missus fuerit a domino, heres esse non potest, quia in stitutio in persona ejus non constitit; ideoque, licet alie natus sit, non potest jussu domini cernere hereditatem **188.** Cum libertate vero heres institutus, si *quidem i eadem causa manserit*, *fit* ex testamento liber *atque* ne cessarius heres. Si vero ab ipso testatore manumissu fuerit, suo arbitrio hereditatem adire potest. Quod si alienatus sit, jussu novi domini *adire hereditatem debet*, *et ea* ratione per eum dominus fit heres; *nam ipse alienatu neque* heres neque liber esse potest.

189. Alienus quoque servus heres institutus, *si in* eadem causa duraverit, jussu domini hereditatem adire debet; si vero alienatus fuer*it ab eo*, *aut vivo* testatore, aut post mortem ejus ante*quam adeat*, *debet jussu novi* domini cernere. Si *manumissus est antequam adeat*, suo arbitrio adire hereditatem potest. **190.** *Si* autem servus alienus heres institutus est, vulgari cretione data, ita (*intell*)igitur

Google

Digitized by Google

dies cretionis cedere, si ipse servus scierit se herede institutum esse, nec ullum impedimentum sit quomin certiorem dominum faceret, ut illius jussu cernere possi

191. Post hæc videamus de legatis. Quæ pars juris ext propositam quidem materiam videtur : nam loquimur his juris figuris quibus per universitatem res nobis adqu runtur; sed, cum omnimodo de testamentis, deque her dibus qui testamento instituuntur, locuti sumus, non sir causa sequenti loco poterat hæc juris materia tractari.

MODESTINUS, *lib. III Pandectarum* (1).

Legatum est donatio testamento relicta.

FLORENTINUS, *lib. XI Institutionum* (2).

Legatum est delibatio hereditatis, qua testator ex eo, quo universum heredis foret, alicui quid collatum velit.

192. Legatorum utique genera *sunt* quatuor : aut enin per vindicationem legamus, aut per damnationem, au sinendi modo, aut per præceptionem.

193. Per vindicationem *hoc modo legamus : Lucio Titio*, verbi gratia, HOMINEM STICHUM DO LEGO; sed (*et*) si *alterutrum* verbum positum sit, velut : HOMINEM STICHUM DO, *vel* LEGO, *per vin*dicationem legatum est : si vero *etiam aliis verbis*, *velut* ita legatum fuerit : SUMITO, *vel ita :* SIBI HABETO, *vel* ita : CAPITO, æque per vindicationem *legatum est.* **194.** *Ideo au*tem per vindicationem legatum appe*llatur*, quia post aditam hereditatem statim ex jure Quiritium res legatarii fit; et si eam rem legatarius vel ab herede, vel ab alio quocumque qui eam possidet, petat, vindicare debet, id est, intendere *rem suam* ex jure Quiritium esse. **195.** In eo vero dissentiunt prud*entes*, *quod*

(1) *L.* 36, *D.*, *De legatis*, II (XXXI, 1). — (2) *L.* 116, *D.*, *De legatis*, I (XXX, I).

Google

TIT. XX. DE LEGATIS.

Post hæc videamus de legatis. Quæ pars juris extra propositam quidem materiam videtur : nam loquimur de iis juris figuris quibus per universitatem res nobis adquiruntur; sed, cum omnino de testamentis, deque heredibus qui testamento instituuntur, locuti sumus, non sine causa sequenti loco potest hæc juris materia tractari.

1. Legatum itaque est donatio quædam a defuncto relicta (1).

2. Sed olim quidem erant legatorum genera quatuor : per vindicationem, per damnationem, sinendi modo, per præceptionem; et certa quædam verba cuique generi legatorum adsignata erant, per quæ singula genera legatorum significabantur.

Sed ex constitutionibus divorum principum (2) solemnitas hujusmodi verborum penitus sublata est. Nostra autem constitutio (3), quam cum magna fecimus lucubratione, defunctorum voluntates validiores esse cupientes, et non verbis sed voluntatibus eorum faventes, disposuit ut omnibus legatis una sit natura, et quibuscumque verbis aliquid derelictum sit, liceat legatariis id persequi, non solum per actiones personales, sed etiam per in rem et per hypothecariam. Cujus constitutionis perpensum modum ex ipsius tenore perfectissime accipere possibile est.

---

(1) *Vulgo :* a defuncto relicta, ab herede præstanda. — (2) *Constant., L.* 21, *C., De legatis* (VI, 37). — (3) *L.* 1, *C., Commun. de legat. et fideicommissis* (VI, 43).

Google

Sabinus quidem et Cassius ceterique nostri præceptores quod ita legatum sit, statim post aditam hereditatem pu tant fieri legatarii, etiamsi ignoret sibi legatum esse dimis sum; et posteaquam scierit et *repudiaverit*, tum perind esse atque si legatum non esset; Nerva vero et Proculus ceterique illius scholæ auctores, non aliter putant rei legatarii fieri quam si voluerit eam ad se pertinere. Se hodie ex divi Pii Antonini constitutione hoc magis jure ut videmur quod Proculo placuit; nam cum legatus fuisse Latinus per vindicationem coloniæ, Deliberent, inquit, decuriones an ad se velint pertineret, proinde ac si uni legatus esset.

196. *Eæ* autem solæ res per vindicationem legantur recte, quæ ex jure Quiritium ipsius testatoris sunt. *Sed* eas quidem quæ pondere, numero, mensura constant, placuit sufficere si mortis tempore sint ex jure Quiritium testatoris, veluti vinum, oleum, frumentum, pecuniam numeratam. Ceteras res vero placuit utroque tempore testatoris ex jure Quiritium esse debere, id est, et quo faceret testamentum, et quo moreretur : alioquin inutile est legatum. **197.** Sed sane hoc ita est jure civili. Postea vero auctore Nerone Cæsare senatusconsultum factum est, quo cautum est ut, si eam rem quisque legaverit quæ ejus nunquam fuerit, perinde utile sit legatum atque si optimo jure relictum esset : optumum autem jus est per damnationem legatum, quo genere etiam aliena res legari potest, sicut inferius apparebit. **198.** Sed si quis rem suam legaverit, deinde post testamentum factum eam alienaverit, plerique putant, non solum jure civili inutile esse legatum, sed nec ex senatusconsulto confirmari. Quod ideo dictum est, quia, etsi per damnationem aliquis rem suam legaverit

Google

3. Sed non usque ad eam constitutionem standum esse existimavimus. Cum enim antiquitatem invenimus legata quidem stricte concludentem, fideicommissis autem, quæ ex voluntate magis descendebant defunctorum, pinguiorem naturam indulgentem, necessarium esse duximus omnia legata fideicommissis exæquare (1), ut nulla sit inter ea differentia, sed, quod deest legatis, hoc repleatur ex natura fideicommissorum, et, si quid amplius est in legatis, per hoc crescat fideicommissorum natura. Sed, ne in primis legum cunabulis, permixte de his exponendo, studiosis adolescentibus quamdam introducamus difficultatem, operæ pretium esse duximus interim separatim prius de legatis, et postea de fideicommissis tractare, ut, natura utriusque juris cognita, facile possint permixtionem eorum eruditi subtilioribus auribus accipere.

4. Non solum autem testatoris vel heredis res, sed etiam aliena legari potest, ita ut heres cogatur redimere eam et præstare, vel, si non potest redimere, æstimationem ejus dare. Sed si talis res sit cujus non est commercium, nec æstimatio ejus debetur, sicuti si campum Martium, vel basilicas, vel templa, vel quæ publico usui destinata sunt, legaverit; nam nullius momenti legatum est. Quod autem diximus alienam rem posse legari, ita intelligendum est, si defunctus sciebat alienam rem esse, non et si ignorabat; forsitan enim, si scisset alienam, non legasset. Et ita divus Pius rescripsit.

(1) *L. 2, C., Commun. de legat.*

Digitized by Google

eamque postea alienaverit, plerique putant, licet ipso ju debeatur legatum, tamen legatarium petentem per exc tionem doli mali repelli, quasi contra voluntatem defun petat.

MARCIANUS, *lib. VI Institutionum* (1).

Verius esse existimo, ipsum qui agit, id est legatarium, p bare oportere, scisse alienam rem vel obligatam legare defunctu non heredem probare oportere, ignorasse alienam vel obligata quia semper necessitas probandi incumbit illi, qui agit.

(*Conf.* GAI. INST. II, § 203, *infra*.

(1) *L.* 21, *D.*, *De probationibus* (XXII, 3).

Google

Et verius est, ipsum qui agit, id est legatarium, probare oportere scisse alienam rem legare defunctum, non heredem probare oportere ignorasse alienam, quia semper necessitas probandi incumbit illi qui agit.

5. Sed et si rem obligatam creditori aliquis legaverit, necesse habet heres luere. Et hoc quoque casu idem placet quod in re aliena, ut ita demum luere necesse habeat heres, si sciebat defunctus rem obligatam esse; et ita divi Severus et Antoninus rescripserunt. Si tamen defunctus voluit legatarium luere, et hoc expressit, non debet heres eam luere.

6. Si res aliena legata fuerit, et ejus vivo testatore legatarius dominus factus fuerit, si quidem ex causa emptionis, ex testamento actione pretium consequi potest; si vero ex causa lucrativa, veluti ex causa donationis vel ex alia simili causa, agere non potest : nam traditum est, duas lucrativas causas in eumdem hominem et in eamdem rem concurrere non posse. Hac ratione, si ex duobus testamentis eadem res eidem debeatur, interest utrum rem an æstimationem ex testamento consecutus est : nam si rem, agere non potest, quia habet eam ex causa lucrativa : si æstimationem, agere potest.

7. Ea quoque res quæ in rerum natura non est, si modo futura est, recte legatur : veluti fructus qui in illo fundo nati erunt, aut quod ex illa ancilla natum erit.

Digitized by Google

199. Illud constat, si duobus pluribusve per vindic tionem eadem res legata sit, sive conjunctim, sive disjun tim, si omnes veniant ad legatum, partes ad singul pertinere, et deficientis portionem collegatario adcrescer Conjunctim autem ita legatur : TITIO ET SEIO HOMINI STICHUM DO LEGO; disjunctim ita : LUCIO TITIO HOMINI STICHUM DO LEGO, SEIO EUMDEM HOMINEM DO LEGO.

JULIANUS, *lib. XXXIII Digestorum* (1).

Fundus mihi legatus est; proprietatem ejus fundi redemi, d tracto usufructu; postea venditor capite minutus est, ususfru tus ad me pertinere cœpit : si ex testamento egero, judex tan litem æstimare debebit, quantum mihi aberit. — Marcellus : *Ide* erit, et si partem redemero, pars mihi legata aut donata sit; pe tem enim duntaxat petere debebo.

PAULUS, *lib. XXI ad Edictum* (2).

Recte dicimus eum fundum totum nostrum esse, etiam *cuju* ususfructus alienus est, quia ususfructus non dominii pars, se servitutis sit, ut via et iter; nec falso dicitur, totum meum esse cujus non potest ulla pars dici alterius esse; hoc et Julianus, e est verius.

(1) *L.* 82, §§ 2, 3, *D.*, *De legatis*, I (XXX, 1). — (2) *L.* 25, *pr. D.*, *De verborum significatione* (L, 16).

Digitized by Google

8. Si eadem res duobus legata sit, sive conjunctim, sive disjunctim, si ambo perveniant ad legatum, scinditur inter eos legatum; si alter deficiat, quia aut spreverit legatum, aut vivo testatore decesserit, vel alio quolibet modo defecerit, totum ad collegatarium pertinet. Conjunctim autem legatur, veluti si quis dicat : TITIO ET SEIO HOMINEM STICHUM DO LEGO; disjunctim ita : TITIO HOMINEM STICHUM DO LEGO, SEIO STICHUM DO LEGO. Sed et si expresserit EUMDEM HOMINEM STICHUM, æque disjunctim legatum intelligitur.

9. Si cui fundus alienus legatus fuerit, et emerit proprietatem deducto usufructu, et ususfructus ad eum pervenerit, et postea ex testamento agat, recte eum agere et fundum petere Julianus ait, quia ususfructus in petitione servitutis locum obtinet; sed officio judicis continetur, ut deducto usufructu jubeat æstimationem præstari.

10. Sed si rem legatarii quis ei legaverit, inutile est legatum, quia, quod proprium est ipsius, amplius ejus fieri non potest; et, licet alienaverit eam, non debetur nec ipsa, nec æstimatio ejus.

11. Si quis rem suam quasi alienam legaverit, valet legatum; nam plus valet quod in veritate est, quam quod in opinione. Sed et si legatarii putavit, valere constat, quia exitum voluntas defuncti potest habere.

12. Si rem suam legaverit testator, posteaque eam alienaverit, Celsus existimat, si non adimendi animo vendidit, nihilominus deberi; idemque divi Severus et Antoninus rescripserunt. Iidem rescripserunt eum qui, post

Digitized by Google

200. Illud quæritur, quod sub conditione per vindicationem legatum est, pendente conditione cujus esset Nostri præceptores heredis esse putant exemplo statu liberi, id est, ejus servi qui testamento sub aliqua conditione liber esse jussus est, quem constat interea heredis servum esse. Sed diversæ scholæ auctores putant nullius interim eam rem esse : quod multo magis dicunt de eo quod sine conditione pure legatum est, antequam legatarius admittat legatum.

201. Per damnationem hoc modo legamus : HERES MEUS STICHUM SERVUM MEUM DARE DAMNAS ESTO; sed et si DATO scriptum sit, per damnationem legatum est. 202. Quo genere legati etiam aliena res legari potest, ita ut heres redimere et præstare, aut æstimationem ejus dare debeat. 203. Ea quoque res quæ in rerum natura non est, si modo futura est, per damnationem legari potest, velut fructus qui in illo fundo nati erunt, aut quod ex illa ancilla natum erit. 204. Quod autem ita legatum est, post aditam hereditatem, etiamsi pure legatum est, non, ut per vindicationem legatum, continuo legatario adquiritur, sed nihilominus heredis est. Ideo legatarius in personam agere debet, id est, intendere heredem sibi dare oportere : et tum heres (*rem*), si mancipi sit, mancipio dare, aut in jure cedere, possessionemque tradere debet; si nec mancipi sit, sufficit si tradiderit. Nam si mancipi rem tantum tradiderit, nec mancipaverit, usucapione *demum* pleno jure fit legatarii : *finitur* autem *usu*capio, *ut supra quoque* diximus, mobilium quidem rerum anno, earum vero quæ

Google

testamentum factum, prædia quæ legata erant pignori dedit, ademisse legatum non videri; et ideo legatarium cum herede agere posse, ut prædia a creditore luantur. Si vero quis partem rei legatæ alienaverit, pars quæ non est alienata omnimodo debetur; pars autem alienata ita debetur, si non adimendi animo alienata sit.

Digitized by Google

solo tenentur, biennio. 205. Est et *alia differentia inter legatum per vindicationem et per damnationem : nam si eadem res* duobus pluribusve per damnationem legata sit, si quidem conjunctim, plane singulis partes debentur, *sive omnes veniant ad legatum, sive non; si vero* disjunctim, singulis solida res debetur, ut scilicet heres alteri rem, alteri æstimationem ejus præstare debeat. Et in conjunctis, deficientis portio non ad collegatarium pertinet, sed in hereditate remanet.

206. Quod autem diximus, deficientis portionem (*in*) per damnationem quidem legato in hereditate retineri, in per vindicationem vero collegatario adcrescere, admonendi sumus ante legem Papiam jure civili ita fuisse; post legem vero Papiam deficientis portio caduca fit, et ad eos pertinet qui in eo testamento liberos habent. 207. Et quamvis prima causa sit, in caducis vindicandis, heredum liberos habentium, deinde, si heredes liberos non habeant, legatariorum liberos habentium, tamen ipsa lege Papia significatur ut collegatarius conjunctus, si liberos habeat, potior sit heredibus, etiamsi liberos habebunt. 208. Sed plerisque placuit, quantum ad hoc jus quod lege Papia conjunctis constituitur, nihil interesse, utrum per vindicationem, an per damnationem legatum sit.

209. Sinendi modo ita legamus : HERES MEUS DAMNAS ESTO SINERE LUCIUM TITIUM HOMINEM STICHUM SUMERE SIBIQUE HABERE. 210. Quod genus legati plus quidem habet (*quam*) per vindicationem legatum, minus autem quam per damnationem. Nam eo modo non solum suam rem testator utiliter legare potest, sed etiam heredis sui : cum alioquin per vindicationem nisi suam rem legare non potest; per damnationem autem cujuslibet extranei rem legare potest. 211. Sed si quidem mortis testatoris tempore res ipsius testatoris sit vel heredis, plane utile legatum est, etiamsi testamenti faciendi tempore neutrius fuerit. 212. Quod

Google

Digitized by Google

si post mortem testatoris ea res heredis esse cœperit, quæritur an utile sit legatum. Et plerique putant inutile esse. Quid ergo est? licet aliquis eam rem legaverit, quæ neque ejus unquam fuerit, neque postea heredis ejus unquam esse cœperit, ex senatusconsulto Neroniano proinde videtur ac si per damnationem relicta esset. 213. Sicut autem per damnationem legata res non statim post aditam hereditatem legatarii efficitur, sed manet heredis eousque donec is heres tradendo, vel mancipando, vel in jure cedendo legatarii eam fecerit, ita et in sinendi modo legato juris est; et ideo hujus quoque legati nomine in personam actio est, QUIQUID HEREDEM EX TESTAMENTO DARE FACERE OFORTET. 214. Sunt tamen qui putant, ex hoc legato non videri obligatum heredem ut mancipet, aut in jure cedat, aut tradat, sed sufficere ut legatarium rem sumere patiatur, quia nihil ultra ei testator imperavit quam ut sinat, id est patiatur, legatarium rem sibi habere. 215. Major illa dissensio in hoc legato intervenit, si eamdem rem duobus pluribusve disjunctim legasti. Quidam putant utrisque solidum deberi, sicut per *damn*ationem : nonnulli occupantis esse meliorem conditionem æstimant; quia, cum in eo genere legati damnetur heres patientiam præstare ut legatarius rem habeat, sequitur ut, si priori patientiam præstiterit, et is rem sumpserit, securus sit adversus eum qui postea legatum petierit, quia neque habet rem ut patiatur eam ab eo sumi, neque dolo malo fecit quominus eam rem haberet.

216. Per præceptionem hoc modo legamus : LUCIUS TITIUS HOMINEM STICHUM PRÆCIPITO. 217. Sed nostri quidem præceptores nulli alii eo modo legari posse putant, nisi ei qui aliqua ex parte heres scriptus esset : præcipere enim esse præcipuum sumere; quod tantum in ejus persona procedit, qui aliqua ex parte heres institutus est, quod is extra portionem hereditatis præcip*uum* legatum habiturus

Google

Digitized by Google

sit. 219. Ideoque si extraneo legatum fuerit, inutile es legatum, adeo ut Sabinus existimaverit, ne quidem ex *senatusconsulto* Neroniano posse convalescere : nam eo, inquit senatusconsulto ea tantum confirmantur, quæ verborum vitio jure civili non valent, non quæ propter ipsam personam legatarii non deberentur. Sed Juliano et Sexto placuit, etiam hoc casu ex senatusconsulto confirmari legatum; nam ex verbis etiam hoc casu accidere, ut jure civil inutile sit legatum, inde manifestum esse, quod eidem alii verbis recte legatur, velut per vindicationem, per damnationem, sinendi modo : tunc autem vitio personæ legatum non valere, cum ei legatum sit cui nullo modo legari possit, velut peregrino cum quo testamenti factio non sit, quo plane casu senatusconsulto locus non est. 219. Item nostri præceptores, quod ita legatum est, nulla (*alia*) ratione putant posse consequi eum cui ita fuerit legatum, quam judicio familiæ erciscundæ, quod inter heredes de hereditate erciscunda, id est, dividunda, accipi solet : officio enim judicis id contineri ut, et quod per præceptionem legatum est, adjudicetur. 220. Unde intelligimus, nihil aliud secundum nostrorum præceptorum opinionem per præceptionem legari posse, nisi quod testatoris sit; nulla enim alia res quam hereditaria deducitur in hoc judicium. Itaque, si non suam rem eo modo testator legaverit, jure quidem civili inutile erit legatum, sed ex senatusconsulto confirmabitur. Aliquo tamen casu etiam alienam rem (*per*) præceptionem legari posse fatentur, veluti si quis eam rem legaverit, quam creditori fiduciæ causa mancipio dederit; nam officio judicis coheredes cogi posse existimant, soluta pecunia luere eam rem, ut possit præcipere is cui ita legatum sit. 221. Sed diversæ scholæ auctores putant etiam extraneo per præceptionem legari posse, proinde ac si ita scribatur : TITIUS HOMINEM STICHUM CAPITO, supervacuo adjecta PRÆ syllaba; ideoque per *vindi-*

Digitized by Google

Google

cationem eam rem legatam videri : quæ sententia dicit divi Hadriani constitutione confirmata esse. 223. S cundum hanc igitur opinionem, si ea res (*ex*) jure Quir tium defuncti fuerit, potest a legatario vindicari, sive unus ex heredibus sit, sive extraneus; et si in bonis ta tum testatoris fuerit, extraneo quidem ex senatusconsul utile erit legatum, heredi vero familiæ erciscundæ judic officio præstabitur; quod, si nullo jure fuerit testatori tam heredi quam extraneo ex senatusconsulto utile eri 222. Sive tamen heredibus, secundum nostrorum opini nem, sive etiam extraneis, secundum illorum opinionem duobus pluribusve eadem res conjunctim aut disjunctir legata fuerit, singuli partes habere debent.

AD LEGEM FALCIDIAM.

224. Sed olim quidem licebat totum patrimonium le gatis atque libertatibus erogare, nec quicquam heredi relinquere præterquam inane nomen heredis; idque lex XII tabularum permittere videbatur, qua cavetur ut quod *quisque* de re sua testatus esset, id ratum haberetur, his verbis : UTI LEGASSIT SUÆ REI ITA JUS ESTO. Quare qui *scripti* heredes erant, ab hereditate se abstinebant, et idcirco plerique intestati moriebantur. 225. Itaque lata est lex Furia, qua, exceptis personis quibusdam, ceteris plus mille assibus legatorum nomine mortisve causa capere permissum non est. Sed et hæc lex non perfecit quod voluit : qui enim verbi gratia quinque millium æris patrimonium habebat, poterat quinque hominibus singulis millenos asses legando totum patrimonium erogare. 226. Ideo postea lata est lex Voconia, qua cautum est, ne cui plus legatorum nomine mortisve causa capere liceret, quam heredes caperent. Ex qua lege plane quidem aliquid utique heredes habere videbantur, sed tamen fere vitium simile nascebatur; nam, in multas legatariorum personas

Digitized by Google

Google

distributo patrimonio, poterat adeo heredi minimum re linquere (*testator*), ut non expediret heredi hujus luc gratia totius hereditatis onera sustinere. **227. Lata es** itaque lex Falcidia, qua cautum est, ne plus legare li ceat quam dodrantem : itaque necesse est ut heres quar tam partem hereditatis habeat; et hoc nunc jure utimur **228.** In libertatibus quoque dandis nimiam licentian compescuit lex Furia Caninia, sicut in primo commentari retulimus.

PAULUS, *lib. III, ad Sabinum* (1).

Si heres alienum hominem dare, damnatus sit, et hic a domino manumissus sit, nihil ex hoc legato debetur.

(1) *L.* 35, *D.*, *De legatis*, I (XXX, 1).

Digitized by Google

13. Si quis debitori suo liberationem legaverit, legatum utile est; et neque ab ipso debitore, neque ab herede ejus potest heres petere, nec ab alio qui heredis loco est; sed et potest a debitore conveniri, ut liberet eum. Potest autem quis vel ad tempus jubere ne heres petat.

14. Ex contrario si debitor creditori suo, quod debet legaverit, inutile est legatum, si nihil plus est in legato, quam in debito, quia nihil amplius habet per legatum. Quod si in diem vel sub conditione debitum ei pure legaverit, utile est legatum propter repræsentationem. Quod si vivo testatore dies venerit vel conditio extiterit, Papinianus scripsit utile esse nihilominus legatum, quia semel constitit: quod et verum est; non enim placuit sententia existimantium, extinctum esse legatum, quia in eam causam pervenit a qua incipere non potest.

15. Sed si uxori maritus dotem legaverit, valet legatum, quia plenius est legatum quam de dote actio. Sed si, quam non accepit, dotem legaverit, divi Severus et Antoninus rescripserunt, si quidem simpliciter legaverit, inutile esse legatum; si vero certa pecunia, vel certum corpus, aut instrumentum dotis in prælegando demonstrata sunt, valere legatum.

16. Si res legata sine facto heredis perierit, legatario decedit; et si servus alienus legatus sine facto heredis

Digitized by Google

MARCIANUS, *lib. VI Institutionum* (1).

Cum servum suum heres damnatus dare, eum manumiserit tenetur in ejus æstimationem, nec interest, scierit an ignoraverit legatum. Sed et si donaverit servum heres, et eum is, cui donatus est, manumiserit, tenetur heres, quamvis ignoraverit, a se eum legatum esse.

MARCIANUS, *lib. VIII Institutionum* (2).

Interdum etiam cum lucro heredis moritur servus legatus vel per fideicommissum relictus, veluti si alienus, vel, licet proprius, pluribus tamen separatim ita relictus, ut unusquisque in solidum capiat, scilicet si sine culpa heredis mortuus sit.

FLORENTINUS, *lib. XI Institutionum* (3).

Fundus legatus talis dari debet, qualis relictus est: itaque sive ipse fundo heredis servitutem debuit, sive ei fundus heredis, licet confusione dominii servitus extincta sit, pristinum jus restituendum est; et nisi legatarius imponi servitutem patiatur, petenti ei legatum exceptio doli mali opponetur; si vero fundo legato servitus non restituetur, actio ex testamento superest.

IDEM, *ibid.* (4).

Peculium et ex eo consistit, quod parcimonia sua quis paravit, vel officio meruerit a quolibet sibi donari, idque velut proprium patrimonium servum suum habere quis voluerit.

---

(1) *L.* 112, § 1, *D.*, *De legatis*, 1. — (2) *L.* 114, § 19, *D.*, *eod.* — (3) *L.* 116, § 4, *D.*, *eod.* — (4) *L.* 39, *D.*, *De peculio* (XV, I).

Digitized by Google

manumissus fuerit, non tenetur heres. Si vero heredis servus legatus fuerit, et ipse eum manumiserit, teneri eum Julianus scripsit, nec interesse utrum scierit an ignoraverit a se legatum esse; sed et si alii donaverit servum, et is cui donatus est eum manumiserit, tenetur heres, quamvis ignoraverit a se eum legatum esse.

17. Si quis ancillas cum suis natis legaverit, etiamsi ancillæ mortuæ fuerint, partus legato cedunt. Idem est, si ordinarii servi cum vicariis legati fuerint; et licet mortui sint ordinarii, tamen vicarii legato cedunt. Sed si servus cum peculio fuerit legatus, mortuo servo, vel manumisso, vel alienato, et peculii legatum extinguitur. Idem est, si fundus instructus vel cum instrumento legatus fuerit; nam fundo alienato et instrumenti legatum extinguitur.

18. Si grex legatus fuerit, posteaque ad unam ovem pervenerit, quod superfuerit vindicari potest. Grege autem legato, etiam eas oves quæ post testamentum factum gregi adjiciuntur, legato cedere Julianus ait; est enim gregis unum corpus ex distantibus capitibus, sicut ædium unum corpus est ex cohærentibus lapidibus.

19. Ædibus denique legatis, columnas et marmora quæ post testamentum factum adjecta sunt, legato dicimus cedere.

20. Si peculium legatum fuerit, sine dubio quidquid peculio accedit vel decedit, vivo testatore, legatarii lucro vel damno est. Quod si post mortem testatoris, ante aditam hereditatem, servus adquisierit, Julianus ait, siquidem ipsi manumisso peculium legatum fuerit, omne

Digitized by Google

MARCIANUS, *lib. VI Institutionum* (1).

Si servo manumisso peculium legatum fuerit, in eum sine dubio creditoribus peculiaris actiones non competunt, sed non aliter heres peculium præstare debet, nisi ei caveatur, defensu iri adversus creditores peculiarios.

MARCIANUS, *lib. VI Institutionum* (2).

Si cum præfinitione annorum legatum fuerit, velut : TITIO DENA USQUE AD ANNOS DECEM, Julianus libro trigesimo Digestorum scribit, interesse : et si quidem alimentorum nomine legatum fuerit, plura esse legata, et futurorum annorum legatum legatarium mortuum ad heredem non transmittere; si vero non pro alimentis legavit, sed in plures pensiones divisit exonerandi heredis gratia, hoc casu ait omnium annorum unum esse legatum, et intra decennium decedentem legatarium etiam futurorum annorum legatum ad heredem suum transmittere; quæ sententia vera est.

(1) *L.* 18, *D.*, *De peculio legato* (XXXIII, 8). — (2) *L.* 20, *D*, *Quando dies legatorum cedat* (XXXVI, 2).

Digitized by Google

quod ante aditam hereditatem adquisitum est, legatario cedere, quia hujus legati dies ab adita hereditate cedit; sed si extraneo peculium legatum fuerit, non cedere ea legato, nisi ex rebus peculiaribus auctum fuerit. Peculium autem, nisi legatum fuerit, manumisso non debetur; quamvis, si vivus manumiserit, sufficit si non adimatur, et ita divi Severus et Antoninus rescripserunt. Iidem rescripserunt, peculio legato, non videri id relictum, ut petitionem habeat pecuniæ quam in rationes dominicas impendit. Iidem rescripserunt peculium videri legatum, cum rationibus redditis liber esse jussus est, et ex eo reliqua inferre.

21. Tam autem corporales res legari possunt, quam incorporales; et ideo quod defuncto debetur, potest alicui legari, ut actiones suas heres legatario præstet, nisi exegerit vivus testator pecuniam; nam hoc casu legatum extinguitur. Sed et tale legatum valet : DAMNAS ESTO HERES DOMUM ILLIUS REFICERE, vel ILLUM ÆRE ALIENO LIBERARE.

20. Si generaliter servus vel res alia legetur, electio legatarii est, nisi aliud testator dixerit.

22. Optionis legatum, id est, ubi testator ex servis suis vel aliis rebus optare legatarium jusserat, habebat in se conditionem; et ideo, nisi ipse legatarius vivus optaverit, ad heredem legatum non transmittebat.

Google

(*Conf.* GAI. INST., II, 238-240, *infra.*)

Google

Sed ex constitutione nostra (1) et hoc ad meliorem statum reformatum est, et data est licentia heredi legatarii optare, licet vivus legatarius hoc non fecit. Et diligentiore tractatu habito, et hoc in nostra constitutione additum est, ut sive plures legatarii existant, quibus optio relicta est, et dissentiant in corpore eligendo, sive unius legatarii plures heredes, et inter se circa optandum dissentiant, alio aliud corpus eligere cupiente, ne pereat legatum, quod plerique prudentium contra benevolentiam introducebant, fortunam esse hujus optionis judicem, et sorte hoc esse dirimendum, ut ad quem sors veniat, illius sententia in optione præcellat.

24. Legari autem illis solis potest, cum quibus testamenti factio est.

25. Incertis vero personis neque legata, neque fideicommissa olim relinqui concessum erat; nam nec miles quidem incertæ personæ poterat relinquere, ut divus Hadrianus rescripsit. Incerta autem persona videbatur, quam incerta opinione animo suo testator subjiciebat, veluti si quis ita dicat : QUICUMQUE FILIO MEO FILIAM SUAM IN MATRIMONIUM DEDERIT, ET HERES MEUS ILLUM FUNDUM DATO. Illud quoque quod iis relinquebatur, qui post testamentum scriptum primi consules designati erunt, æque incertæ personæ legari videbatur, et denique multæ aliæ ejusmodi species sunt. Libertas quoque incertæ personæ non videbatur posse dari, quia placebat nominatim servos liberari. Tutor quoque certus dari debebat. Sub certa vero demonstratione, id est, ex certis personis incertæ personæ recte legabatur ; veluti : EX COGNATIS MEIS QUI NUNC SUNT, SI QUIS FILIAM MEAM UXOREM DUXERIT, EI HERES MEUS ILLAM REM DATO. Incertis autem personis legata vel fideicommissa relicta, et per errorem soluta, repeti non posse sacris constitutionibus cautum erat.

(1) *L.* 3, *C.*, *Commun. de legatis* (VI, 43).

Digitized by Google

(*Conf.* Gai. Inst., II, 241, *infra.*)

(*Conf.* Gai. Inst., II, 240, *infra.*)

(*Conf.* Gai. Inst., II, 242, 287, *infra.*)

Marcianus, *lib. VI Institutionum* (1).

Falsa demonstratio neque legatario, neque fideicommissa nocet, neque heredi instituto; veluti si fratrem dixerit, vel sor rem, vel nepotem, vel quodlibet aliud, et hoc ita juris civilis i tione, et constitutionibus divorum Severi et Antonini cautum e — Sed si controversia sit de nomine inter plures, qui probave sensisse de se defunctum, ille admittetur.

Florentinus, *lib. XI Institutionum* (2).

Nominatim alicui legetur ita, Lucio Titio, an per demonstr tionem corporis, vel artificii, vel officii, vel necessitudinis, v adfinitatis, nihil interest : nam demonstratio plerumque vice n minis fungitur; nec interest, falsa an vera sit, si certum sit, que testator demonstraverit.

Inter demonstrationem et conditionem hoc interest, quod d monstratio plerumque factam rem ostendit, conditio futuram.

(1) *L.* 33, *pr.*, § 1, *D.*, *De conditionibus et demonstrationibus* (xxxv, 1. — (2) *L.* 34, *pr.*, § 1, *D.*, *eod.*

Google

26. Postumo quoque alieno inutiliter legabatur. Est autem alienus postumus, qui natus inter suos heredes testatori futurus non est; ideoque ex emancipato filio conceptus nepos extraneus erat postumus avo.

27. Sed nec hujusmodi species penitus est sine justa emendatione relicta, cum in nostro codice constitutio posita est, per quam et huic parti medemur, non solum in hereditatibus, sed etiam in legatis et fideicommissis : quod evidenter ex ipsius constitutionis lectione clarescit.

Tutor autem nec per nostram constitutionem incertus dari debet, quia certo judicio debet quis pro tutela suæ posteritati cavere.

28. Postumus autem alienus heres institui et antea poterat, et nunc potest; nisi in utero ejus sit, quæ jure nostro uxor esse non potest.

29. Si quis in nomine, cognomine, prænomine legatarii erraverit, si de persona constat, nihilominus valet legatum; idemque in heredibus servatur, et recte : nomina enim significandorum hominum gratia reperta sunt, qui si alio quolibet modo intelligantur, nihil interest.

30. Huic proxima est illa juris regula, falsa demonstratione legatum non perimi, veluti si quis ita legaverit : STICHUM SERVUM MEUM VERNAM DO LEGO; licet enim non verna, sed emptus sit, si de servo tamen constat, utile est lega-

Google

(*Conf.* Gai. Inst., II, 244, *infra.*)

(*Conf.* Gai. Inst., II, 245, *infra.*)

Florentinus, *lib. XI Institutionum* (1).

Heredi a semetipso legatum dari non potest, a te coherede potest. Itaque si fundus legatus sit ei qui ex parte dimidia heres

(1) *L.* 116, §§ 1, 2, 3, *D.*, *De legatis*, 1 (xxx, I).

Google

tum. Et convenienter si ita demonstraverit : STICHUM SERVUM QUEM A SEIO EMI, sitque ab alio emptus, utile est legatum, si de servo constat.

31. Longe magis legato falsa causa non nocet, veluti cum quis ita dixerit : TITIO, QUIA ME ABSENTE NEGOTIA MEA CURAVIT, STICHUM DO LEGO; vel ita : TITIO, QUIA PATROCINIO EJUS CAPITALI CRIMINE LIBERATUS SUM, STICHUM DO LEGO ; licet enim neque negotia testatoris unquam gessit Titius, neque patrocinio ejus liberatus est, legatum tamen valet. Sed si conditionaliter enuntiata fuerit causa, aliud juris est, veluti hoc modo : TITIO, SI NEGOTIA MEA CURAVIT, FUNDUM DO LEGO.

32. An servo heredis recte legamus, quæritur. Et constat pure inutiliter legari, nec quidquam proficere, si vivo testatore de potestate heredis exierit; quia quod inutile foret legatum, si statim post factum testamentum decessisset testator, non hoc ideo debet valere, quia diutius testator vixerit. Sub conditione vero recte legatur, ut requiramus an, quo tempore dies legati cedit, in potestate heredis non sit.

33. Ex diverso, herede instituto servo, quin domino recte etiam sine conditione legetur, non dubitatur; nam, et si statim post factum testamentum decesserit testator, non tamen apud eum qui heres sit, dies legati cedere intelligitur; cum hereditas a legato separata sit, et possit per eum servum alius heres effici, si prius quam jussu domini adeat, in alterius potestatem translatus sit, vel manumissus ipse heres efficitur : quibus casibus utile est legatum. Quod si in eadem causa permanserit, et jussu legatarii adierit, evanescit legatum.

Digitized by Google

institutus est, et duobus extraneis, ad heredem, cui legatus est sexta pars fundi pertinet, quia a se vindicare non potest, a cohe rede vero semissario, duobus extraneis concurrentibus, non am plius tertia parte; extranei autem et ab ipso herede, cui legatun est, semissem, et ab alio herede trientem vindicabunt. — Alienu servus heres institutus legari ipse a se nec totus, nec pro part potest. — Servo hereditario recte legatur, licet ea adita non sit quia hereditas personæ defuncti, qui eam reliquit, vice fungitur

R. DE INUTILITER RELICTIS LEGATIS. R.

229. Ante heredis institutionem inutiliter legatur, sci licet quia testamenta vim ex institutione heredis accipiunt et ob id velut caput et fundamentum intelligitur totius tes tamenti heredis institutio. 230. Pari ratione nec liberta ante heredis institutionem dari potest. 231. Nostri præ ceptores nec tutorem eo loco dari posse existimant; se Labeo et Proculus tutorem posse dari (*putant*), quod nihi ex hereditate erogatur tutoris datione.

232. Post mortem quoque heredis inutiliter legatur id est hoc modo : CUM HERES MEUS MORTUUS ERIT, DO LEGO aut DATO. Ita autem recte legatur : CUM HERES MORIATUR quia non post mortem heredis relinquitur, sed ultimo vit ejus tempore. Rursum ita non potest legari : PRIDIE QUA HERES MEUS MORIETUR; quod non pretiosa ratione receptun videtur. 233. Eadem et de libertatibus dicta intelligi mus. 234. Tutor vero an post mortem heredis dari pos sit quærentibus eadem forsitan poterit esse quæstio, qu de (*eo*) agitatur qui ante heredum institutionem datur.

Google

34. Ante heredis institutionem inutiliter antea legabatur, scilicet quia testamenta vim ex institutione heredum accipiunt, et ob id veluti caput atque fundamentum intelligitur totius testamenti heredis institutio. Pari ratione nec libertas ante heredis institutionem dari poterat.

Sed quia incivile esse putavimus, ordinem quidem scripturæ sequi, quod et ipsi antiquitati vituperandum fuerat visum, sperni autem testatoris voluntatem, per nostram constitutionem (1) et hoc vitium emendavimus : ut liceat et ante heredis institutionem et inter medias heredum institutiones legatum relinquere, et multo magis libertatem, cujus usus favorabilior est.

35. Post mortem quoque heredis aut legatarii simili modo inutiliter legabatur, veluti si quis ita dicat : CUM HERES MEUS MORTUUS ERIT, DO LEGO; item, pridie quam heres aut legatarius morietur.

Sed simili modo et hoc correximus (2), firmitatem hujusmodi legatis ad fideicommissorum similitudinem præstantes, ne vel hoc casu deterior causa legatorum quam fideicommissorum inveniatur.

---

(1) *L.* 24, *C., De testam.* (VI, 23). — (2) *L.* 11, *C., De contrah. et committ. stip.* (VIII, 38); *L. un., C., Ut actiones et ab heredibus et contra heredes incipiant* (IV, 11).

Digitized by Google

(DE) PŒNÆ CAUSA RELICTIS LEGATIS.

235. Pœnæ quoque nomine inutiliter legatur. Pœna autem nomine legari videtur, quod coercendi heredis causa relinquitur, quo magis heres aliquid faciat aut non faciat velut quod ita legatur : SI HERES MEUS FILIAM SUAM TITIO IN MATRIMONIUM COLLOCAVERIT, X (MILLIA) SEIO DATO; vel ita : SI FILIAM TITIO IN MATRIMONIUM NON COLLOCAVERIT, X MILLIA TITIO DATO. Sed et (*cum quis*), si heres verbi gratia intra biennium monumentum sibi non fecerit, X Titio dari jusserit, pœnæ nomine legatum est. *Et* denique ex ipsa definitione multas similes species *proprias* fingere possumus. 236. Nec libertas quidem pœnæ nomine dari potest, quamvis de ea re fuerit quæsitum.

237. De tutore vero nihil possumus quærere, quia non potest datione tutoris heres compelli quidquam facere aut non facere : ideoque nec datur pœnæ nomine tutor; (*si vero ita tutor*) datus fuerit, magis sub conditione quam pœnæ nomine datus videbitur.

(*Conf.* GAI. INST., II, 243, *infra.*)

MARCIANUS, *lib. VI Institutionum* (1).

Pœnam a conditione voluntas testatoris separat, et an pœna, an conditio, an translatio sit, ex voluntate defuncti apparet; idque divi Severus et Antoninus rescripserunt.

(1) *L.* 2, *D.*, *De his quæ pœnæ causa relinquuntur* (XXXIV, 6).

Google

36. Pœnæ quoque nomine inutiliter legabatur, et adimebatur vel transferebatur. Pœnæ autem nomine legari videtur, quod coercendi heredis causa relinquitur, quo magis aliquid faciat aut non faciat, veluti si quis ita scripserit : HERES MEUS, SI FILIAM SUAM IN MATRIMONIUM TITIO COLLOCAVERIT, vel ex diverso : SI NON COLLOCAVERIT, DATO DECEM AUREOS SEIO; aut si ita scripserit : HERES MEUS, SI SERVUM STICHUM ALIENAVERIT, vel ex diverso : SI NON ALIENAVERIT, TITIO DECEM AUREOS DATO. Et in tantum hæc regula observabatur, ut quam pluribus principalibus constitutionibus significetur, nec principem quidem agnoscere quod ei pœnæ nomine legatum sit. Nec ex militis quidem testamento talia legata valebant, quamvis aliæ militum voluntates in ordinandis testamentis valde observabantur. Quin etiam nec libertatem pœnæ nomine dari posse placebat.

Eo amplius nec heredem pœnæ nomine adjici posse Sabinus existimabat, veluti si quis ita dicat : TITIUS HERES ESTO; SI TITIUS FILIAM SUAM SEIO IN MATRIMONIUM COLLOCAVERIT, SEIUS QUOQUE HERES ESTO; nihil enim intererat, qua ratione Titius coerceretur, utrum legati datione, an coheredis adjectione.

Sed hujusmodi scrupulositas nobis non placuit, et generaliter ea quæ relinquuntur, licet pœnæ nomine fuerint relicta, vel adempta, vel in alios translata, nihil distare a ceteris legatis constituimus (1) vel in dando, vel in adimendo, vel in transferendo; exceptis videlicet iis quæ impossibilia sunt, vel legibus interdicta, aut alias probrosa : hujusmodi enim testamentorum dispositiones valere, secta meorum temporum non patitur.

---

(1) *L. un., C., De his quæ pœnæ nom.* (VI, 41).

Digitized by Google

238. Incertæ personæ legatum inutiliter relinquitur Incerta autem videtur persona, quam per incertam opinionem animo suo testator subjicit, *velut si* ita legatum sit : QUI PRIMUS AD FUNUS MEUM VEN(*ER*)IT, (*EI HERES*) MEUS X (*MILLIA*) DATO. Idem juris est si generaliter omnibus legaverit : QUICUMQUE AD FUNUS MEUM VENERIT. *In* eadem causa est quod ita relinquitur : QUICUMQUE FILIO MEO IN MATRIMONIUM FILIAM SUAM COLLOCAVERIT, ET HERES MEUS X MILLIA DATO. Illud quoque in eadem causa est quod ita relinquitur : QUI POST TESTAMENTUM CONSULES DESIGNATI ERUNT : (*nam*) æque incertis personis legari videtur. Et denique aliæ multæ hujusmodi species sunt. Sub certa vero demonstratione incertæ personæ recte legatur, velut : EX COGNATIS MEIS QUI NUNC SUNT, QUI PRIMUS AD FUNUS MEUM VENERIT, EI X MILLIA HERES MEUS DATO. **239.** Libertas quoque non videtur incertæ personæ dari posse, quia lex Furia Caninia jubet nominatim servos liberari. **240.** Tutor quoque certus dari debet.

241. Postumo quoque alieno inutiliter legatur : *est autem* alienus postumus, qui natus inter suos heredes testatori futurus non est; ideoque ex emancipato *quo*que filio conceptus nepos extraneus *est postumus avo ; item qui in utero* est ejus *quæ jure nostro non potest esse* uxor, extraneus postumus patri contingit.

242. Ac ne heres quidem potest institui postumus alienus; est enim incerta persona.

243. Cetera vero quæ supra diximus, ad legata proprie pertinent : quamquam non immerito quibusdam placeat, pœnæ nomine heredem institui non posse; nihil enim intererit utrum legatum dare jubeatur heres, si fecerit aliquid aut non fecerit, an coheres ei adjiciatur; quia tam *co*heredis adjectione quam legati datione compellitur, ut aliquid contra propositum suum faciat.

244. An ei qui in potestate sit ejus quem heredem

Digitized by Google

Digitized by Google

instituimus, recte legemus, quæritur. Servius recte legari probat, sed evanescere legatum si, quo tempore dies legatorum cedere solet, adhuc in potestate sit; ideoque sive pure legatum sit et vivo testatore in potestate heredis esse desierit, sive sub conditione et ante conditionem id acciderit, deberi legatum. Sabinus et Cassius sub conditione recte legari, pure non recte, putant; licet enim vivo testatore possit desinere in potestate heredis esse, ideo tamen inutile legatum intelligi oportere, quia quod nullas vires habiturum foret, si statim post testamentum factum decessisset testator, hoc ideo valere, quia vitam longius traxerit, absurdum esset. Diversæ scholæ auctores nec sub conditione recte legari (*putant*), quia quos in potestate habemus, eis non magis sub conditione quam pure debere possumus.

245. Ex diverso constat, ab eo qui in potestate (*tua*) est herede instituto, recte tibi legari : sed si tu per eum heres extiteris, evanescere legatum, quia ipse tibi legatum debere non possis; si vero filius emancipatus, aut servus manumissus erit, vel in alium translatus, et ipse heres extiterit, aut alium fecerit, deberi legatum.

FLORENTINUS, *lib. XI Institutionum* (1).

Legata inutiliter data, ademptione non confirmantur, veluti si, domino herede instituto, servo pure legatum, sub conditione adimatur; nam pure legatum, si sub conditione adimatur, sub contraria conditione datum intelligitur, et ideo confirmatur; ademptio autem, quo minus, non quo magis legatum debeatur, intervenit.

Quibus ex causis datio legati inutilis est, ex iisdem causis etiam ademptio inefficax habetur, veluti si viam pro parte adimas, aut pro parte liberum esse vetes.

(1) *L.* 14, *pr.*, § 1, *D.*, *De adimendis et transferendis legatis* (XXXIV, 4).

Google

Tit. XXI. De ademptione et translatione legatorum.

Ademptio legatorum, sive eodem testamento adimantur legata, sive codicillis, firma est, sive contrariis verbis fiat ademptio, veluti si quod ita quis legaverit : DO LEGO, ita adimatur : NON DO NON LEGO; sive non contrariis, id est, aliis quibuscumque verbis.

Digitized by Google

(*Conf.* GAI. INST., II, 224-227, *supra*.)

GAIUS, *lib. XVIII, ad Edictum provinciale* (1).

In singulis heredibus rationem legis Falcidiæ componendam esse, non dubitatur; et ideo si, Titio et Seio heredibus institutis, semis hereditatis Titii exhaustus, Seio autem quadrans totorum bonorum relictus sit, competit Titio beneficium legis Falcidiæ.

(1) *L.* 77, *D.*, *Ad legem Falcidiam* (XXXV, 2).

Google

8. Transferri quoque legatum ab alio ad alium potest, veluti si quis ita dixerit : HOMINEM STICHUM, QUEM TITIO LEGAVI, SEIO DO LEGO, sive in eodem testamento, sive in codicillis hoc fecerit. Quo casu simul Titio adimi videtur, et Seio dari.

TIT. XXII. DE LEGE FALCIDIA.

Superest ut de lege Falcidia dispiciamus, qua modus novissime legatis impositus est. Cum enim olim lege duodecim tabularum libera erat legandi potestas, ut liceret vel totum patrimonium legatis erogare, quippe ea lege ita cautum esset : UTI LEGASSIT SUÆ REI, ITA JUS ESTO, visum est hanc legandi licentiam coarctare. Idque ipsorum testatorum gratia provisum est, ob id quod plerumque intestati moriebantur, recusantibus scriptis heredibus pro nullo aut minimo lucro hereditates adire. Et cum super hoc tam lex Furia, quam lex Voconia latæ sunt, quarum neutra sufficiens ad rei consummationem videbatur, novissime lata est lex Falcidia, qua cavetur ne plus legare liceat quam dodrantem totorum bonorum (1), id est, ut sive unus heres institutus esset, sive plures, apud eum eosve pars quarta remaneret.

1. Et cum quæsitum esset, duobus heredibus institutis, veluti Titio et Seio, si Titii pars aut tota exhausta sit legatis quæ nominatim ab eo data sunt, aut supra modum onerata, a Seio vero aut nulla relicta sint legata, aut quæ partem ejus dumtaxat in partem dimidiam minuant, an,

(1) « Si quis inventarium minime conscripserit..., legis Falcidiæ beneficio minime utatur. » *L.* 22, *C.*, *De jure delib.*

« Si expressim designaverit (testator) non velle heredem retinere Falcidiam, necessarium est testatoris valere sententiam. » *Nov.* 1, *cap.* 2, § 2.

« Si quando aliquis aliquam rem immobilem.... nomine legati reliquerit, et specialiter dixerit nullo tempore hanc rem alienari..., in hoc legato jubemus Falcidiam legem locum penitus non habere. » *Nov.* 119, *cap.* 11.

Digitized by Google

GAIUS, *lib. XVIII, ad Edictum provinciale* (1).

In quantitate patrimonii exquiranda visum est mortis tempus spectari. Qua de causa, si quis centum in bonis habuerit, et tota ea legaverit, nihil legatariis prodest, si ante aditam hereditatem per servos hereditarios, aut ex partu ancillarum hereditariarum, aut ex fetu pecorum tantum accesserit hereditati, ut, centum legatorum nomine erogatis, habiturus sit heres quartam partem, sed necesse est, ut nihilo minus quarta pars legatis detrahatur. Et ex diverso, si ex centum septuaginta quinque legaverit, et ante aditam hereditatem in tantum decreverint bona, incendiis forte, aut naufragiis, aut morte servorum, ut non plus, quam septuaginta quinque, vel etiam minus relinquatur, solida legata debentur. Nec ea res damnosa est heredi, cui liberum est non adire hereditatem; quæ res efficit, ut necesse sit legatariis, ne destituto testamento nihil consequantur, cum herede in portionem legatorum paciscì.

Magna dubitatio fuit de his, quorum conditio mortis tempore pendet, id est, an id, quod sub conditione debetur, in stipulatoris bonis annumeretur, et promissoris bonis detrahatur? Sed hoc jure utimur, ut, quanti ea spes obligationis venire possit, tantum stipulatoris quidem bonis accedere videatur, promissoris vero decedere; aut cautionibus res explicari potest, ut duorum alterum fiat : aut ita ratio habeatur, tanquam pure debeatur, aut ita, tanquam nihil debeatur, deinde heres et legatarii inter se caveant, ut existente conditione aut heres reddat, quanto minus solverit, aut legatarii restituant, quanto plus consecuti sint.

(1) *L.* 73, *pr.*, §§ 1-5, *D.*, *Ad leg. Falcid.*

Google

quia is quartam partem totius hereditatis aut amplius habet, Titio nihil ex legatis quæ ab eo relicta sunt, retinere liceret, placuit, ut quartam partem suæ partis salvam habeat, posse retinere; etenim in singulis heredibus ratio legis Falcidiæ ponenda est.

9. Quantitas autem patrimonii ad quam ratio legis Falcidiæ redigitur, mortis tempore spectatur. Itaque si, verbi gratia, is qui centum aureorum patrimonium in bonis habebat, centum aureos legaverit, nihil legatariis prodest, si ante aditam hereditatem per servos hereditarios, aut ex partu ancillarum hereditariarum, aut ex fœtu pecorum tantum accesserit hereditati, ut, centum aureis legatorum nomine erogatis, heres quartam partem hereditatis habiturus sit; sed necesse est ut nihilominus quarta pars legatis detrahatur. Ex diverso, si septuaginta quinque legaverit, et ante aditam hereditatem in tantum decreverint bona, incendiis forte, aut naufragiis, aut morte servorum, ut non amplius quam septuaginta quinque aureorum substantia, vel etiam minus, relinquatur, solida legata debentur. Nec ea res damnosa est heredi, cui liberum est non adire hereditatem: quæ res efficit ut sit necesse legatariis, ne destituto testamento nihil consequantur, cum herede in portionem pacisci.

Google

Sed et si legata quædam pure, quædam sub conditione relicta efficiant, ut, exsistente conditione, lex Falcidia locum habeat, pure legata cum cautione redduntur. Quo casu magis in usu est solvi quidem pure legata, perinde ac si nulla alia sub conditione legata fuissent, cavere autem legatarios debere, ex eventu conditionis quod amplius accepissent, redditu iri. — Cujus generis cautio necessaria videtur, et si quibusdam servis eodem testamento sub conditione libertas data sit, quorum pretia conditione exsistente bonis detrahuntur.

In diem relicta legata alterius esse juris, palam est, quum ea omnimodo tam ipsi legatario, quam heredibus ejus deberi certum sit; sed tanto minus erogari ex bonis intelligendum est, quantum interea, doneo dies obtigerit, heres lucraturus est ex fructibus vel usuris.

Ergo optimum quidem est, statim ab initio ita testatorem distribuere legata, ne ultra dodrantem relinquantur. Quod si excesserit quis dodrantem, pro rata portione per legem ipso jure minuuntur; verbi gratia si is, qui quadringenta in bonis habuit, tota ea quadringenta erogaverit, quarta pars legatariis detrahitur; si trecenta quinquaginta legaverit, octava; quod si quingenta legaverit habens quadringenta, initio quinta, deinde quarta pars detrahi debet; ante enim detrahendum est, quod extra bonorum quantitatem est, deinde quod ex bonis apud heredem remanere oportet.

246. Hinc transeamus ad fideicommissa. 247. Et prius de hereditatibus videamus.

Digitized by Google

3. Cum autem ratio legis Falcidiæ ponitur, ante deducitur æs alienum, item funeris impensa, et pretia servorum manumissorum : tunc deinde in reliquo ita ratio habetur, ut ex eo quarta pars apud heredes remaneat, tres vero partes inter legatarios distribuantur, pro rata scilicet portione ejus quod cuique eorum legatum fuerit. Itaque si fingamus quadringentos aureos legatos esse, et patrimonii quantitatem, ex qua legata erogari oportet, quadringentorum esse, quarta pars legatariis singulis debet detrahi. Quod si trecentos quinquaginta legatos fingamus, octava debet detrahi. Quod si quingentos legaverit, initio quinta, deinde quarta detrahi debet : ante enim detrahendum est, quod extra bonorum quantitatem est, deinde quod ex bonis apud heredem remanere oportet.

Tit. XXIII. De fideicommissariis hereditatibus.

Nunc videamus ad fideicommissa. Et prius est ut de hereditatibus fideicommissariis videamus.

1. Sciendum itaque et omnia fideicommissa primis temporibus infirma esse, quia nemo invitus cogebatur præstare id de quo rogatus erat. Quibus enim non poterant hereditatem vel legata relinquere, si relinquebant, fidei committebant eorum qui capere ex testamento poterant, et

248. Inprimis igitur sciendum est, opus esse ut aliqui heres recto jure instituatur, ejusque fidei committatur u eam hereditatem alii restituat : alioquin inutile est testa mentum in quo nemo recto jure heres instituitur.

249. Verba autem utilia fideicommissorum hæc *fer* maxime in usu esse videntur : PETO, ROGO, VOLO, FIDEICOM MITTO, quæ proinde firma singula sunt, atque si omnia i unum congesta sint.

250. Cum igitur scripserimus : (*Lucius*) TITIUS HERE ESTO, possumus adjicere : ROGO TE, LUCI TITI, PETOQUE A TE UT, CUM PRIMUM POSSIS HEREDITATEM MEAM ADIRE, GAIO SEI REDDAS RESTITUAS. Possumus autem et de parte restituend rogare; et liberam est vel sub conditione, vel pure relin quere fideicommissa, vel ex die certa.

251. Restituta autem hereditate, is qui restituit nihilo minus heres permanet; is vero qui recipit hereditatem aliquando heredis loco est, aliquando legatarii.

252. *Olim autem* nec heredis loco erat, nec legatarii sed potius emptoris. Tunc enim in usu erat, ei cui restitue batur hereditas, nummo uno eam hereditatem dicis caus venire, et quæ stipulationes (*inter venditorem hereditati et emptorem interponi solent, eædem interponebantur*

Google

ideo fideicommissa appellata sunt, quia nullo vinculo juris, sed tantum pudore eorum qui rogabantur, continebantur. Postea divus Augustus, semel iterumque gratia personarum motus, vel quia per ipsius salutem rogatus quis diceretur, aut ob insignem quorumdam perfidiam, jussit consulibus auctoritatem suam interponere. Quod, quia justum videbatur et populare erat, paulatim conversum est in assiduam jurisdictionem; tantusque eorum favor factus est, ut paulatim etiam prætor proprius crearetur, qui de fideicommissis jus diceret, quem fideicommissarium appellabant.

2. In primis igitur sciendum est, opus esse ut aliquis recto jure testamento heres instituatur, ejusque fidei committatur ut eam hereditatem alii restituat; alioquin inutile est testamentum, in quo nemo heres instituitur.

Cum igitur aliquis scripserit : LUCIUS TITIUS HERES ESTO, poterit adjicere : ROGO TE, LUCI TITI, UT, CUM PRIMUM POTERIS HEREDITATEM MEAM ADIRE, EAM GAIO SEIO REDDAS RESTITUAS. Potest autem quisque et de parte restituenda heredem rogare, et liberum est vel pure vel sub conditione relinquere fideicommissum, vel ex die certo.

3. Restituta autem hereditate, is quidem qui restituit, nihilominus heres permanet; is vero qui recipit hereditatem, aliquando heredis, aliquando legatarii loco habebatur.

Digitized by Google

inter heredem et eum cui restituebatur hereditas, id est, hoc modo : heres quidem stipulabatur ab eo cui restituebatur hereditas, ut quidquid hereditario nomine condemnatus fuisset, sive quid alias bona fide dedisset, eo nomine indemnis esset, et omnino si quis cum eo hereditario nomine ageret, ut recte defenderetur; ille vero qui recipiebat hereditatem, invicem stipulabatur, ut si quid ex hereditate ad heredem pervenisset, id sibi restitueretur, ut etiam pateretur eum hereditarias actiones procuratorio aut cognitorio nomine exequi.

253. Sed posterioribus temporibus, Trebellio Maximo et Annæo Seneca consulibus, senatusconsultum factum est, quo cautum est, ut, si cui hereditas ex fideicommissi causa restituta sit, actiones quæ jure civili heredi et in heredem competerent, (*ei*) et in eum darentur cui ex fideicommisso restituta esset hereditas. Post quod senatusconsultum desierunt illæ cautiones in usu haberi; prætor enim utiles actiones ei et in eum qui recepit hereditatem, quasi heredi et in heredem, dare cœpit, eæque in edicto proponuntur.

254. Sed rursus, quia heredes scripti, cum aut totam hereditatem, aut pene totam plerumque restituere rogabantur, adire hereditatem ob nullum aut minimum lucrum recusabant, atque ob id extinguebantur fideicommissa, Pegaso et Pusione (*consulibus*) senatus censuit, ut ei qui rogatus esset hereditatem restituere, perinde liceret quartam partem retinere, atque e lege Falcidia in legatis retinere conceditur. Ex singulis quoque rebus quæ per fideicommissum relinquuntur, eadem retentio permissa est. Per quod senatusconsultum ipse (*heres*) onera hereditaria sustinet; ille autem qui ex fideicommisso reliquam partem hereditatis recipit, legatarii partiarii loco est, id est, ejus legatarii cui pars bonorum legatur; quæ species legati partitio vocatur, quia cum herede legatarius partitur he-

Google

4. Et Neronis quidem temporibus, Trebellio Maximo et Annæo Seneca consulibus, senatusconsultum factum est: quo cautum est, ut, si hereditas ex fideicommissi causa restituta sit, omnes actiones quæ jure civili heredi et in heredem competerent, ei et in eum darentur cui ex fideicommisso restituta esset hereditas. Post quod senatusconsultum prætor utiles actiones ei et in eum qui recepit hereditatem, quasi heredi et in heredem dare cœpit.

5. Sed quia heredes scripti, cum aut totam hereditatem aut pene totam pleramque restituere rogabantur, adire hereditatem ob nullum vel minimum lucrum recusabant, atque ob id extinguebantur fideicommissa, postea Vespasiani Augusti temporibus, Pegaso et Pusione consulibus, senatus censuit ut ei qui rogatus esset hereditatem restituere, perinde liceret quartam partem retinere, atque ex lege Falcidia in legatis retinere conceditur. Ex singulis quoque rebus quæ per fideicommissum relinquuntur, eadem retentio permissa est. Post quod senatusconsultum ipse heres onera hereditaria sustinebat; ille autem qui ex fideicommisso recepit partem hereditatis, legatarii partiarii loco erat, id est, ejus legatarii cui pars bonorum legabatur: quæ species legati partitio vocabatur, quia cum

Digitized by Google

reditatem. Unde effectum est ut, quæ solent stipulatione inter heredem et partiarium legatarium interponi, eæden interponantur inter eum qui ex fideicommissi causa recipit hereditatem, et heredem, id est, ut et lucrum et damnum hereditarium pro rata parte inter eos commune sit.

255. Ergo si quidem non plus quam dodrantem hereditatis scriptus heres rogatus sit restituere, tum ex Trebelliano senatusconsulto restituitur hereditas, et in utrumque actiones hereditariæ pro rata parte dantur, in heredem quidem jure civili, in eum vero qui recepit hereditatem, ex senatusconsulto Trebelliano : quamquam heres etiam pro ea parte quam restituit, heres permanet, eique et in eum solidæ actiones competunt; sed non ulterius oneratur, nec ulterius illi dantur actiones, quam apud eum commodum hereditatis remanet.

256. At si quis plus quam dodrantem, vel etiam totam hereditatem restituere rogatus sit, locus est Pegasiano senatusconsulto. **257.** Sed is qui semel adierit hereditatem, si modo sua voluntate adierit, sive retinuerit quartam partem, sive noluerit retinere, ipse universa onera hereditaria sustinet : sed quarta quidem retenta, quasi partis et pro parte stipulationes interponi debent, tamquam inter partiarium legatarium et heredem; si vero totam hereditatem restituerit, ad exemplum emptæ et venditæ hereditatis stipulationes interponendæ sunt. **258.** Sed si recuset scriptus heres adire hereditatem ob id quod dicat eam sibi suspectam esse quasi damnosam, cavetur *Pegasiano* senatusconsulto, ut, desiderante eo cui restituere rogatus est, jussu prætoris adeat et restituat, perindeque ei et in eum qui receperit actiones dentur, ac juris est ex senatusconsulto Trebelliano. Quo casu nullis stipulationibus opus est, quia simul et huic qui restituit securitas datur, et actiones hereditariæ ei et in eum transferuntur qui receperit hereditatem.

Digitized by Google

herede legatarius partiebatur hereditatem. Unde quæ solebant stipulationes inter heredem et partiarium legatarium interponi, eædem interponebantur inter eum qui ex fideicommisso recepit hereditatem, et heredem, id est, ut et lucrum et damnum hereditarium pro rata parte inter eos commune esset.

6. Ergo si quidem non plus quam dodrantem hereditatis scriptus heres rogatus sit restituere, tunc ex Trebelliano senatusconsulto restituebatur hereditas, et in utrumque actiones hereditariæ pro rata parte dabantur, in heredem quidem jure civili, in eum vero qui recipiebat hereditatem, ex senatusconsulto Trebelliano, tamquam in heredem.

At si plus quam dodrantem vel etiam totam hereditatem restituere rogatus esset, locus erat Pegasiano senatusconsulto, et heres qui semel adierit hereditatem, si modo sua voluntate adierit, sive retinuerit quartam partem, sive retinere noluerit, ipse universa onera hereditaria sustinebat : sed quarta quidem retenta, quasi partis et pro parte stipulationes interponebantur, tamquam inter partiarium legatarium et heredem ; si vero totam hereditatem restitueret, emptæ et venditæ hereditatis stipulationes interponebantur. Sed si recuset scriptus heres adire hereditatem, ob id quod dicat eam sibi suspectam esse quasi damnosam, cavetur Pegasiano senatusconsulto ut, desiderante eo cui restituere rogatus est, jussu prætoris adeat et restituat hereditatem, perindeque ei et in eum qui recipit hereditatem actiones dareatur, ac juris est ex Trebelliano senatusconsulto. Quo casu nullis stipulationibus est opus; quia simul et huic qui restituit securitas datur, et actiones hereditariæ ei et in eum transferuntur qui recepit hereditatem, utroque senatusconsulto in hac specie concurrente.

Digitized by Google

259. Nihil autem interest utrum aliquis ex asse heres institutus aut totam hereditatem aut pro parte restituere rogetur, an ex parte heres institutus aut totam eam partem aut partis partem restituere rogetur; nam et hoc casu de quarta parte ejus partis ratio ex Pegasiano senatusconsulto haberi solet.

Digitized by Google

7. Sed quia stipulationes ex senatusconsulto Pegasiano descendentes et ipsi antiquitati displicuerunt, et quibusdam casibus captiosas eas homo excelsi ingenii Papinianus appellat, et nobis in legibus magis simplicitas quam difficultas placet, ideo omnibus nobis suggestis tam similitudinibus quam differentiis utriusque senatusconsulti, placuit, exploso senatusconsulto Pegasiano quod postea supervenit, omnem auctoritatem Trebelliano senatusconsulto præstare, ut ex eo fideicommissariæ hereditates restituantur, sive habeat heres ex voluntate testatoris quartam, sive plus, sive minus, sive nihil penitus: ut tunc, quando vel nihil, vel minus quarta apud eum remanet, liceat ei vel quartam, vel quod deest, ex nostra auctoritate retinere vel repetere solutum, quasi ex Trebelliano senatusconsulto, pro rata portione actionibus tam in heredem quam in fideicommissarium competentibus. Si vero totam hereditatem sponte restituerit, omnes hereditariæ actiones fideicommissario et adversus eum competunt. Sed etiam id quod præcipuum Pegasiani senatusconsulti fuerat, ut, quando recusabat heres scriptus sibi datam hereditatem adire, necessitas ei imponeretur totam hereditatem volenti fideicommissario restituere, et omnes ad eum et contra eum transire actiones, et hoc transponimus ad senatusconsultum Trebellanium: ut ex hoc solo et necessitas heredi imponatur, si, ipso nolente adire, fideicommissarius desiderat restitui sibi hereditatem, nullo nec damno nec commodo apud heredem remanente.

8. Nihil autem interest, utrum aliquis ex asse heres institutus aut totam hereditatem aut pro parte restituere, an ex parte heres institutus aut totam eam partem aut partem partis restituere rogatus sit; nam et hoc casu eadem observari præcipimus, quæ in totius hereditatis restitutione diximus.

9. Si quis, una aliqua re deducta sive præcepta quæ

MARCIANUS, *lib. VIII Institutionum* (1).

Multum interest, utrum qua pars jure hereditario retineatur, an vero in re vel pecunia. Nam superiore casu actiones dividuntur inter heredem et fideicommissarium, posteriore vero apud fideicommissarium sunt actiones.

Et heredem institutum, rogatumque hereditatem restituere præcepta aliqua summa vel re, etiam si in præceptione minus quam quarta pars esset, non amplius principem pati vindicaturum.

Sed et si sine ulla præceptione rogatus fuerit hereditatem restituere, plerumque quarta donata est a principibus. Et ita divus Trajanus et Hadrianus et Antoninus rescripserunt.

MARCIANUS, *lib. VIII Institutionum* (2).

Scribit Celsus libro vicesimo Digestorum : si is, qui quadringenta in bonis habebat, petiit ab herede suo, ut, si sine liberis moreretur, quanta pecunia ex hereditate sua ad eum pervenisset, Mævio restitueretur, si ex fructibus medio tempore quadringenta perceperit, et sine liberis decesserit, heredem ejus Mævio quadringenta debiturum. Et quum diu multumque tractavit, an, quum augmentum heres sensit, et periculum sustineat, an per contrarium, novissime ait, iniquum esse ad fideicommissarium damnum pertinere, ad quem augmentum non pertinet; et an ad supplendum, inquit, quodcunque ex quadringentis defuerit, etiam augmentum ad eum pertinebit, hoc est, ut usque ad summam quadringentorum damna et fructus computentur : quod verius esse arbitror.

MARCIANUS, *lib. IX Institutionum* (3).

Si cui pure libertas, et per fideicommissum sub conditione hereditas relicta est, cogitur heres adire hereditatem, si suspectam dicat, et restituere, et deficiente conditione libertas ei eripi non potest. — Si autem ei, qui in diem libertatem accepit, hereditas per fideicommissum relicta fuerit, suspectam eam interim non

(1) *L.* 30, §§ 3-5, *D.*, *Ad senatusconsultum Trebellianum* (XXXVI, 1). — (2) *L.* 33, *D.*, *eod.* — (3) *L.* 31, *pr.*, §§ 1, 2. *D.*, *eod.*

Google

quartam continet, veluti fundo vel alia re, rogatus sit restituere hereditatem, simili modo ex Trebelliano senatusconsulto restitutio fiat, perinde ac si, quarta parte retenta, rogatus esset reliquam hereditatem restituere. Sed illud interest, quod altero casu, id est, cum deducta sive præcepta aliqua re restituitur hereditas, in solidum ex eo senatusconsulto actiones transferuntur, et res quæ remanet apud heredem sine ullo onere hereditario apud eum remanet, quasi ex legato ei adquisita; altero vero casu, id est, cum, quarta parte retenta, rogatus est heres restituere hereditatem et restituit, scinduntur actiones, et pro dodrante quidem transferuntur ad fideicommissarium, pro quadrante remanent apud heredem. Quin etiam, licet una re aliqua deducta aut præcepta restituere aliquis hereditatem rogatus est, qua maxima pars hereditatis continetur, æque in solidum transferuntur actiones, et secum deliberare debet is cui restituitur hereditas, an expediat sibi restitui. Eadem scilicet interveniunt, et si, duabus pluribusve deductis præceptisve rebus, restituere hereditatem rogatus sit; sed et si, certa summa deducta præceptave, quæ quartam vel etiam maximam partem hereditatis continet, rogatus sit aliquis hereditatem restituere, idem juris est. Quæ autem diximus de eo qui ex asse heres institutus est, eadem transferemus et ad eum qui ex parte heres scriptus est.

Digitized by Google

posse adiri, divus Pius Cassio Hadriano rescripsit, quum non potest nondum libero hereditas restitui, nec rursus contra voluntatem defuncti libertatem esse præstandam. — Si sub conditione heres institutus, rogatusque hereditatem restituere, non vult conditioni parere et adire hereditatem, si facti est conditio, debet parere, et adire, et restituere; vel si in dando sit, offerente fideicommissario, recusante autem herede factum adimplere, licentia dabitur fideicommissario, secundum imitationem dationis factum implere, et tunc necessitas imponitur heredi hereditatem adire. Ceteræ conditiones, quæ non sunt in potestate heredis, ad officium prætoris non pertinent.

FLORENTINUS, *lib. XI Institutionum* (1).

Si heres, cujus fideicommissum est, ut accepta certa pecunia hereditatem restituat, a voluntate ejus, qui testamentum fecit, discedat, et postea legis Falcidiæ beneficio uti volet, etsi detur ei, quo accepto hereditatem restituere rogatus est, tamen fideicommissum restituere cogi debet; quoniam quod ei pecuniæ dari voluit, legis Falcidiæ commodum præstat.

(*Conf.* GAI. INST. II, 270, *infra*.)

(*Conf.* GAI. INST. II, 271, *infra*.)

(1) *L.* 90, *D.*, *Ad legem Falcidiam* (XXXV, 2).

Google

10. Præterea intestatus quoque moriturus potest rogare eum, ad quem bona sua vel legitimo jure vel honorario pertinere intelligit, ut hereditatem suam totam partemve ejus, aut rem aliquam, veluti fundum, hominem, pecuniam, alicui restituat; cum alioquin legata nisi ex testamento non valeant.

11. Eum quoque cui aliquid restituitur, potest rogare ut id rursum alii aut totum aut pro parte, vel etiam aliquid aliud restituat.

12. Et quia prima fideicommissorum cunabula a fide heredum pendent, et tam nomen quam substantiam acceperunt, et ideo divus Augustus ad necessitatem juris ea detraxit, nuper et nos, eumdem principem superare contendentes, ex facto quod Tribonianus, vir excelsus, quæstor sacri palatii suggessit, constitutionem (1) fecimus

(1) *L.* 32, *C.*, *De fideicomm.* (VI, 42).

Google

260. Potest autem quisque etiam res singulas per fideicommissum relinquere, velut fundum, hominem, vestem, argentum, pecuniam; et vel ipsum heredem rogare ut alicui restituat, vel legatarium, quamvis a legatario legari non possit.

261. Item potest non solum propria testatoris res per fideicommissum relinqui, sed etiam heredis, aut legatarii, aut cujuslibet alterius. Itaque et legatarius non solum de ea re rogari potest, ut eam alicui restituat, quæ ei legata sit, sed etiam de alia, sive ipsius legatarii, sive aliena sit. Sed hoc solum observandum est, ne plus quisquam rogetur alicui restituere quam ipse ex testamento ceperit; nam

Google

per quam disposuimus : si testator fidei heredis sui commisit ut vel hereditatem vel speciale fideicommissum restituat, et neque ex scriptura, neque ex quinque testium numero qui in fideicommissis legitimus esse noscitur, possit res manifestari, sed vel pauciores quam quinque, vel nemo penitus testis intervenerit, tunc, sive pater heredis sive alius quicumque sit, qui fidem heredis elegerit, et ab eo restitui aliquid voluerit, si heres perfidia tentus adimplere fidem recusat, negando rem ita esse subsecutam, si fideicommissarius jusjurandum ei detulerit, cum prius ipse de calumnia juraverit, necesse eum habere vel jusjurandum subire quod nihil tale a testatore audivit, vel recusantem ad fideicommissi vel universitatis vel specialis solutionem coarctari, ne pereat ultima voluntas testatoris fidei heredis commissa. Eadem observari censuimus, et si a legatario vel fideicommissario aliquid similiter relictum sit. Quod si is a quo relictum dicitur, confiteatur (1) quidem a se aliquid relictum esse, sed ad legis subtilitatem decurrat, omnimodo solvere cogendus est.

Tit. XXIV. De singulis rebus per fideicommissum relictis.

Potest autem quis etiam singulas res per fideicommissum relinquere, veluti fundum, hominem, vestem, aurum, argentum, pecuniam numeratam; et vel ipsum heredem rogare ut alicui restituat, vel legatarium, quamvis a legatario legari non possit.

1. Potest autem non solum proprias res testator per fideicommissum relinquere, sed et heredis, aut legatarii, aut fideicommissarii, aut cujuslibet alterius. Itaque et legatarius et fideicommissarius non solum de ea re rogari potest, ut eam alicui restituat quæ ei relicta sit, sed etiam de alia, sive ipsius, sive aliena sit : hoc solum observandum

(1) *Vulgo :* is a quo relictum dicitur, postquam negaverit, confiteatur, etc.

Google

quod amplius est, inutiliter relinquitur. 262. Cum autem aliena res per fideicommissum relinquitur, necesse est ei qui rogatus est, aut ipsam redimere et præstare, aut æstimationem *ejus* solvere, *sicut juris est si* per damnationem aliena res legata sit. Sunt tamen qui putant, si rem per fideicommissum relictam dominus non vendat, extingui fideicommissum, sed aliam esse causam per damnationem legati.

263. Libertas quoque servo per fideicommissum dari potest, ut vel heres rogetur manumittere, vel legatarius. 264. *Nec interest, utrum de suo proprio servo testator* roget, an de eo qui ipsius heredis, *aut legatarii*, vel etiam extranei sit. 265. Itaque et alienus servus redimi et manumitti debet. Quod *si dominus eum non vendat*, sane *extinguitur libertas*, *quia pro libertate pretii* computatio nulla intervenit.

266. Qui autem ex fideicommisso manumittitur, non testatoris fit *libertus, etiamsi testatoris servus sit, sed ejus qui manumittit*. 267. At qui directo testamento liber esse jubetur, *vel*ut hoc *modo:* STICHUS SERVUS MEUS LIBER ESTO, *vel:* STICHUM SERVUM MEUM LIBERUM ESSE JUBEO, *is ipsius testatoris* fit libertus. Nec alius directo ex testamento libertatem habere potest, quam qui utroque tempore testatoris *ex jure Quiritium fuerit, et quo faceret* testamentum, et quo moreretur.

(*Conf.* GAI. INST. II, 249, *supra.*)

ULPIANUS, *lib. II Institutionum* (1).

Etiam hoc modo : CUPIO DES, OPTO DES, CREDO TE DATURUM, fide commissum est.

(1) *L.* 115, *D.*, *De legatis et fideicommissis*, I (XXX, 1).

est, ne plus quisquam rogetur alicui restituere, quam ipse ex testamento ceperit; nam quod amplius est, inutiliter relinquitur. Cum autem aliena res per fideicommissum relinquitur, necesse est ei qui rogatus est, aut ipsam redimere et præstare, aut æstimationem ejus solvere.

3. Libertas quoque servo per fideicommissum dari potest, ut heres eum rogetur manumittere, vel legatarius, vel fideicommissarius; nec interest utrum de suo proprio servo testator roget, an de eo qui ipsius heredis aut legatarii, vel etiam extranei sit. Itaque et alienus servus redimi et manumitti debet. Quod si dominus eum non vendat, si modo nihil, ex judicio ejus qui reliquit libertatem, perceperit; non statim extinguitur fideicommissaria libertas, sed differtur; quia possit tempore procedente, ubicumque occasio servi redimendi fuerit, præstari libertas.

Qui autem ex fideicommissi causa manumittitur, non testatoris fit libertus, etiamsi testatoris servus sit, sed ejus qui manumittit. At is qui directo testamento liber esse jubetur, ipsius testatoris libertus fit, qui etiam orcinus appellatur. Nec alius ullus directo ex testamento libertatem habere potest, quam qui utroque tempore testatoris fuerit, et quo faceret testamentum, et quo moreretur : directo autem libertas tunc dari videtur; cum non ab alio servum manumitti rogat, sed velut ex suo testamento libertatem ei competere vult.

3. Verba autem fideicommissorum hæc maxime in usu habentur : PETO, ROGO, VOLO, MANDO, FIDEI TUÆ COMMITTO. Quæ perinde singula firma sunt, atque si omnia in unum congesta essent.

Google

MARCIANUS, *lib. VII Institutionum* (1).

Divi Severus et Antoninus rescripserunt, nihil egisse matrem, quæ, quum pure liberos suos heredes instituerit, conditionem

(1) *L.* 6, *pr.*, §§ 1-4, *D.*, *De jure codicillorum* (XXXIX, 7).

Google

Tit. XXV. De codicillis.

Ante Augusti tempora constat codicillorum jus in usu non fuisse, sed primus Lucius Lentulus, ex cujus persona etiam fideicommissa cœperunt, codicillos introduxit. Nam, cum decederet in Africa, scripsit codicillos testamento confirmatos, quibus ab Augusto petiit per fideicommissum ut faceret aliquid; et cum divus Augustus voluntatem ejus implesset, deinceps reliqui, ejus auctoritatem secuti, fideicommissa præstabant, et filia Lentuli legata, quæ jure non debebat, solvit. Dicitur autem Augustus convocasse prudentes, inter quos Trebatium quoque, cujus tunc auctoritas maxima erat, et quæsisse an posset hoc recipi, nec absonans a juris ratione codicillorum usus esset; et Trebatium suasisse Augusto, quod diceret utilissimum et necessarium hoc civibus esse, propter magnas et longas peregrinationes quæ apud veteres fuissent, ubi, si quis testamentum facere non posset, tamen codicillos posset. Post quæ tempora, cum et Labeo codicillos fecisset, jam nemini dubium erat quin codicilli jure optimo admitterentur.

1. Non tantum autem testamento facto potest quis codicillos facere, sed et intestato quis decedens fideicommittere codicillis potest. Sed cum ante testamentum factum codicilli facti erant, Papinianus ait non aliter vires habere, quam si speciali postea voluntate confirmentur; sed divi Severus et Antoninus rescripserunt, ex iis codicillis qui testamentum præcedunt, posse fideicommissum peti, si appareat eum qui postea testamentum fecit, a voluntate, quam codicillis expresserat, non recessisse.

2. Codicillis autem hereditas neque dari neque adimi potest, ne confundatur jus testamentorum et codicillorum, et ideo nec exheredatio scribi. Directo autem hereditas codicillis neque dari neque adimi potest; nam per fidei-

Digitized by Google

emancipationis codicillis adjecit, quia neque conditionem heredi instituto codicillis adjicere, neque substituere directo potest.

Codicillos et plures quis facere potest; et ipsius manu neque scribi, neque signari necesse est.

Licet in confirmatione codicillorum paterfamilias adjecerit, ut non alias valere velit, quam sua manu signatos et subscriptos, tamen valent facti ab eo codicilli, licet neque ab eo signati, neque manu ejus scripti fuerint; nam ea, quæ postea geruntur, prioribus derogant.

Codicillos is demum facere potest, qui et testamentum facere potest.

Si post testamentum factum mortuo codicillis quis legaverit, licet testamento confirmatis, pro non scripto legatum est.

268. Multum autem diff*erunt* quæ per fideicommissum rel*inquu*ntur, ab his quæ directo jure legantur. 269. Nam ecce per fideicommissum..... heredis relinqui potest : cum alioquin legatum nisi testamento..... inutile sit. 270. Item intestatus moriturus potest, ab eo ad quem bona ejus pertinent, *fideicommissum* alicui relinquère : cum alioquin ab eo legare non possit. 270ª *Item legatum codicillis* rel*ictum* non aliter valet, quam si a testatore confirmati fuerint, id est, nisi in testamento ca*verit* testator, ut quidquid in codicillis scripserit, id ratum sit : fideicommissum vero etiam non confirmatis codicillis relinqui potest. 271. Item a legatario legari non potest : sed fideicommissum relinqui potest. Quin etiam ab eo quoque cui per fideicommissum relinquimus, rursus alii per fideicommissum relinquere possumus. 272. Item servo alieno directo libertas dari non potest : sed per fideicommissum potest. 273. Item codicillis nemo heres institui potest, neque exheredari, quamvis testamento confirmati sint : at hic qui testamento heres institutus est, potest codicillis rogari ut eam hereditatem alii totam vel ex parte

Digitized by Google

commissum hereditas codicillis jure relinquitur. Nec conditionem heredi instituto codicillis adjicere, neque substituere directo potest.

2. Codicillos autem etiam plures quis facere potest, et nullam solemnitatem ordinationis desiderant (1).

(1) « In omni autem ultima voluntate, excepto testamento, quinque testes, vel rogati, vel qui fortuitu venerint, in uno eodemque tempore debent adhiberi, sive in scriptis, sive sine scriptis voluntas conficiatur : testibus videlicet, quando in scriptis voluntas componitur, subnotationem suam accommodantibus. » *Theodos., L. ult.*, § 3, *C., De codicill.* (VI, 36).

Google

restituat, quamvis testamento codicilli confirmati non sint. 274. Item mulier, quæ ab eo qui centum millia æris census est, per legem Voconiam heres institui non potest: tamen fideicommisso relictam sibi hereditatem capere potest. 275. Latini quoque, qui hereditates legataque directo jure lege Junia capere prohibentur, ex fideicommisso capere possunt. 276. Item, cum senatusconsulto prohibitum sit proprium servum minorem annis XXX liberum et heredem instituere, plerisque placet posse nos jubere liberum esse cum annorum XXX erit, et rogare ut tunc illi restituatur hereditas. 277. Item quamvis non (*possimus*) post mortem ejus qui nobis heres extiterit, alium in locum ejus heredem instituere, tamen possumus eum rogare ut, cum morietur, alii eam hereditatem totam vel ex parte restituat; et quia post mortem quoque heredis fideicommissum dari potest, idem efficere possumus et si ita scripserimus : CUM TITIUS HERES MEUS MORTUUS ERIT, VOLO HEREDITATEM MEAM AD PUBLIUM MÆVIUM PERTINERE. Utroque autem modo, tam hoc quam illo, Titium heredem *nostr*um obligatum relinqui*mus* de fideicommisso restituendo. 278. Præterea legata (*per*) formulam petimus : fideicommissa vero Romæ quidem apud consulem, vel apud eum prætorem qui præcipue *de* fideicommissis jus dicit, persequimur; in provinciis vero, apud præsidem provinciæ. 279. Item de fideicommissis semper in urbe jus dicitur : de legatis vero, cum res aguntur. 280. Fideicommissorum usuræ et fructus debentur, si modo moram solutionis fecerit qui fideicommissum debebit : legatorum vero usuræ non debentur; idque rescripto divi Hadriani significatur. Scio tamen Juliano placuisse, in eo legato quod sinendi modo relinquitur, idem juris esse quod in fideicommissis; quam sententiam et his temporibus magis obtinere video. 281. Item legata græce scripta non valent : fideicommissa vero valent. 282. Item si legatum per damnationem relictum heres

Google

Digitized by Google

inficietur, in duplum cum eo agitur : fideicommissi vero nomine semper in simplum persecutio est. 283. Item (*quod*) quisque ex fideicommisso plus debito per errorem solverit, repetere potest : at id quod ex causa falsa per damnationem legati plus debito solutum sit, repeti non potest. Idem scilicet juris est de eo [legato] quod non debitum, vel ex hac, vel ex illa causa, per errorem solutum fuerit.

284. Erant etiam aliæ differentiæ, quæ nunc non sunt. 285. Ut ecce peregrini poterant fideicommissa capere, et fere hæc fuit origo fideicommiss*orum*. Sed postea id probitum est; et nunc ex oratione divi Hadriani senatusconsultum factum est, ut ea fideicommissa fisco vindicarentur. 286. Cœlibes quoque, qui per legem Juliam hereditates legataque capere prohibentur, olim fideicommissa videbantur capere posse. Item orbi, qui per legem Papiam, ob id quod liberos non habent, dimidias partes hereditatum legatorumque perdunt, olim solida fideicommissa videbantur capere posse. Sed postea senatusconsulto Pegasiano perinde fideicommissa quoque ac legata hereditatesque capere posse prohibiti sunt; eaque translata sunt ad eos qui testamento liberos habent, aut si nullos liberos habebunt, ad populum, sicuti juris est in legatis et in hereditatibus. 287. Eadem aut simili ex causa autem olim incertæ personæ, vel postumo alieno per fideicommissum relinqui poterat, quamvis neque heres institui, neque legari ei possit. Sed senatusconsulto quod auctore divo Hadriano factum est, idem in fideicommissis, quod in legatis hereditatibusque, constitutum est. 288. Item pœnæ nomine jam non dubitatur, nec per fideicommissum quidem relinqui posse.

289. Sed quamvis in multis juris partibus longe latior causa sit fideicommissorum quam eorum quæ directo relinquuntur, in quibusdam tantumdem valeant, tamen tutor

Digitized by Google

Google

non aliter testamento dari potest quam directo, veluti hoc modo : LIBERIS MEIS TITIUS TUTOR ESTO, vel ita : LIBERIS MEIS TITIUM TUTOREM DO : per fideicommissum vero dari non potest.

Google

Google

COMMENTARIUS TERTIUS.

---

1. *Intestatorum hereditates lege XII tabularum primum ad suos heredes pertinent.*

2. *Sui autem heredes existimantur liberi qui in potestate morientis fuerint, veluti filius filiave, nepos neptisve ex filio, pronepos proneptisve ex nepote filio nato prognatus prognatave : nec interest, utrum naturales sint liberi, an adoptivi.*

Google

LIBER TERTIUS.

TIT. I. DE HEREDITATIBUS QUÆ AB INTESTATO DEFERUNTUR.

Intestatus decedit, qui aut omnino testamentum non fecit, aut non jure fecit, aut id quod fecerat ruptum irritumve factum est, aut nemo ex eo heres extitit.

1. Intestatorum autem hereditates ex lege duodecim tabularum primum ad suos heredes pertinent.

2. Sui autem heredes existimantur, ut et supra diximus, qui in potestate morientis fuerint, veluti filius filiave, nepos neptisve ex filio, pronepos proneptisve ex nepote ex filio nato prognatus prognatave; nec interest utrum naturales sint liberi, an adoptivi.

Quibus connumerari necesse est etiam eos qui ex legitimis quidem matrimoniis non sunt progeniti, curiis tamen civitatum dati, secundum divalium constitutionum (1), quæ super his positæ sunt, tenorem, heredum suorum jura nanciscuntur, nec non eos quos nostræ amplexæ sunt constitutiones (2) per quas jussimus, si quis mulierem in suo contubernio copulaverit, non ab initio affectione maritali, eam tamen cum qua poterat habere conjugium, et ex ea liberos sustulerit, postea vero, affectione procedente, etiam nuptialia instrumenta cum ea fecerit, et filios vel filias habuerit, non solum eos liberos qui post dotem editi sunt justos et in potestate patris esse, sed etiam anteriores, qui et iis qui postea nati sunt occasionem legitimi nominis præstiterunt. Quod obtinere censuimus, etiam si non progeniti fuerint post dotale instrumentum confectum liberi, vel etiam nati ab hac luce fuerint subtracti.

(1) *Theod. et Valent.; L. 3, Leo et Anthem., L. 4, C., De natur. liber.* (v, 27). — (2) *LL.* 10 *et* 11, *C., eod.*

Ita demum tamen nepos neptisve et pronepos proneptisve suorum heredum numero sunt, si præcedens persona desierit in potestate parentis esse, sive morte id acciderit, sive alia ratione, veluti emancipatione; nam si per id tempus quo quisque morietur, filius in potestate ejus sit, nepos ex eo suus heres esse non potest. Idem et in ceteris deinceps liberorum personis dictum intelligemus.

3. *Uxor quoque quæ in manu viri est, ei sua heres est, quia filiæ loco est. Item nurus quæ in filii manu est; nam et hæc neptis loco est. Sed ita demum erit sua heres, si filius cujus in manu erit, cum pater moritur, in potestate ejus non sit. Idemque dicemus et de ea quæ in nepotis manu matrimonii causa sit, quia proneptis loco est.*

4. *Postumi quoque, qui, si vivo parente nati essent, in potestate ejus futuri forent, sui heredes sunt.*

5. *Idem juris est de his quorum nomine, ex lege Ælia Sentia vel ex senatusconsulto, post* mortem patris causa probatur; nam et hi, vivo patre causa probata, in potestate ejus futuri essent. 6. Quod etiam de eo filio qui ex prima secundave mancipatione, post mortem patris, manumittitur, intelligemus.

Digitized by Google

Ita demum tamen nepos neptisve, pronepos proneptisve, suorum heredum numero sunt, si præcedens persona desierit in potestate parentis esse, sive morte id acciderit, sive alia ratione, veluti emancipatione: nam, si, per id tempus quo quis moreretur, filius in potestate ejus sit, nepos ex eo suus heres esse non potest; idque et in ceteris deinceps liberorum personis dictum intelligimus.

Postumi quoque, qui, si vivo parente nati essent, in potestate ejus futuri forent, sui heredes sunt.

3. Sui autem, etiam ignorantes, fiunt heredes, et, licet furiosi sint, heredes possunt existere, quia quibus ex causis ignorantibus nobis adquiritur, ex his causis et furiosis adquiri potest. Et statim morte parentis quasi continuatur dominium, et ideo nec tutoris auctoritate opus est pupillis, cum etiam ignorantibus adquiratur suis heredibus hereditas; nec curatoris consensu adquiritur furioso, sed ipso jure.

4. Interdum autem, licet in potestate parentis mortis tempore suus heres non fuerit, tamen suus heres parenti efficitur, veluti si ab hostibus reversus quis fuerit post mortem patris; jus enim postliminii hoc facit.

Digitized by Google

7. Igitur cum filius filiave et ex altero filio nepotes neptesve extant, pariter ad hereditatem vocantur, nec qui gradu proximior est ulteriorem excludit : æquum enim videbatur, nepotes neptesve in patris sui locum portionemque succedere. Pari ratione et si nepos neptisve sit ex filio et ex nepote pronepos *pro*neptisve, simul omnes vocantur ad hereditatem. 8. Et quia placebat, nepotes neptesve, item pronepotes proneptesve in parentis sui locum succedere, conveniens esse visum est, non in capita, sed (*in*) stirpes hereditates dividi, ita ut filius partem *dimidiam* hereditatis ferat, et ex altero filio duo pluresve nepotes alteram dimidiam; item si ex duobus filiis nepotes *extent*, et ex altero filio unus forte vel duo, ex altero tres aut quatuor, ad unum aut ad duos dimidia pars pertineat, et ad tres aut quatuor altera dimidia.

Google

5. Per contrarium evenit ut, licet quis in familia defuncti sit mortis tempore, tamen suus heres non fiat, veluti si post mortem suam pater judicatus fuerit perduellionis reus, ac per hoc memoria ejus damnata fuerit : suum enim heredem habere non potest, cum fiscus ei succedit; sed potest dici ipso jure suum heredem esse, sed desinere.

6. Cum filius filiaæ, et ex altero filio nepos neptisve existunt, pariter ad hereditatem avi vocantur, nec qui gradu proximior est, ulteriorem excludit : æquum enim esse videtur nepotes neptesque in patris sui locum succedere. Pari ratione, et si nepos neptisve sit ex filio, et ex nepote pronepos proneptisve, simul vocantur. Et quia placuit nepotes neptesque, item pronepotes et proneptes in parentis sui locum succedere, conveniens esse visum est non in capita, sed in stirpes hereditatem dividi, ut filius partem dimidiam hereditatis habeat, et ex altero filio duo pluresve nepotes alteram dimidiam; item, si ex duobus filiis nepotes extant, ex altero unus forte aut duo, ex altero tres aut quatuor, ad unum aut duos dimidia pars pertineat, ad tres vel quatuor altera dimidia.

7. Cum autem quæritur an quis suus heres existere possit, eo tempore quærendum est quo certum est aliquem sine testamento decessisse, quod accidit et destituto testamento. Hac ratione, si filius exheredatus fuerit, et extraneus heres institutus, et filio mortuo postea certum fuerit heredem institutum ex testamento non fieri heredem, aut quia noluit esse heres, aut quia non potuit, nepos avo suus heres existet; quia, quo tempore certum est intestatum decessisse patremfamilias, solus invenitur nepos : et hoc certum est.

8. Et licet post mortem avi natus sit, tamen avo vivo conceptus, mortuo patre ejus, posteaque deserto avi testamento, suus heres efficitur. Plane, si et conceptus et natus

Digitized by Google

Google

fuerit post mortem avi, mortuo patre suo, desertoque postea avi testamento, suus heres non existit, quia nullo jure cognationis patrem sui patris tetigit : sic nec ille est inter liberos avi, quem filius emancipatus adoptaverat. Hi autem, cum non sint quantum ad hereditatem liberi, neque bonorum possessionem petere possunt quasi proximi cognati.

Hæc de suis heredibus.

9. Emancipati autem liberi jure civili nihil juris habent : neque enim sui heredes sunt, quia in potestate parentis esse desierunt, neque ullo alio jure per legem duodecim tabularum vocantur. Sed prætor, naturali æquitate motus, dat eis bonorum possessionem UNDE LIBERI, perinde ac si in potestate parentis tempore mortis fuissent, sive soli sint, sive cum suis heredibus concurrant. Itaque duobus liberis extantibus, emancipato et qui tempore mortis in potestate fuerit, sane quidem is qui in potestate fuerit, solus jure civili heres est, id est, solus suus heres est; sed cum emancipatus beneficio prætoris in partem admittitur, evenit ut suus heres pro parte heres fiat.

10. At hi qui emancipati a parente in adoptionem se dederunt, non admittuntur ad bona naturalis patris quasi liberi, si modo, cum is moreretur, in adoptiva familia sint; nam vivo eo emancipati ab adoptivo patre, perinde admittuntur ad bona naturalis patris, ac si emancipati ab ipso essent, nec unquam in adoptiva familia fuissent; et convenienter, quod ad adoptivum patrem pertinet, extraneorum loco esse incipiunt. Post mortem vero naturalis patris emancipati ab adoptivo, et quantum ad hunc, æque extraneorum loco fiunt, et quantum ad naturalis parentis bona pertinet, nihilo magis liberorum gradum nanciscuntur : quod ideo sic placuit, quia iniquum erat esse in potestate patris adoptivi, ad quos bona naturalis patris pertinerent, utrum ad liberos ejus, an ad agnatos.

Digitized by Google

Digitized by Google

11. Minus ergo juris habent adoptivi quam naturales: namque naturales emancipati beneficio prætoris gradum liberorum retinent, licet jure civili perdunt; adoptivi vero emancipati et jure civili perdunt gradum liberorum, et a prætore non adjuvantur, et recte: naturalia enim jura civilis ratio perimere non potest, neq, quia desinunt sui heredes esse, desinere possunt filii filiæve aut nepotes neptesve esse; adoptivi vero emancipati extraneorum loco incipiunt esse, quia jus nomenque filii filiæve, quod per adoptionem consecuti sunt, alia civili ratione, id est emancipatione, perdunt.

12. Eadem hæc observantur et in ea bonorum possessione, quam contra tabulas testamenti parentis liberis præteritis, id est, neque heredibus institutis, neque ut oportet exheredatis, prætor pollicetur; nam eos quidem qui in potestate parentis mortis tempore fuerunt, et emancipatos, vocat prætor ad eam bonorum possessionem; eos vero qui in adoptiva familia fuerint per hoc tempus quo naturalis parens moreretur, repellit. Item adoptivos liberos emancipatos ab adoptivo patre, sicut ab intestato, ita longe minus contra tabulas testamenti ad bona ejus non admittit, quia desinunt numero liberorum esse.

13. Admonendi tamen sumus, eos qui in adoptiva familia sunt, quive post mortem naturalis parentis ab adoptivo patre emancipati fuerint, intestato parente naturali mortuo, licet ea parte edicti, qua liberi ad bonorum possessionem vocantur, non admittantur, alia tamen parte vocari, id est, qua cognati defuncti vocantur. Ex qua parte ita admittuntur, si neque sui heredes liberi, neque emancipati obstent, neque adgnatus quidem ullus interveniat; ante enim prætor liberos vocat tam suos heredes, quam emancipatos, deinde legitimos heredes, deinde proximos cognatos.

Google

Google

14. Sed ea omnia antiquitati quidem placuerunt, aliquam autem emendationem a nostra constitutione (1) acceperunt, quam super his personis posuimus quæ a patribus suis naturalibus in adoptionem aliis dantur. Invenimus etenim nonnullos casus, in quibus filii et naturalium parentium successionem propter adoptionem amittebant, et, adoptione facile per emancipationem soluta, ad neutrius patris successionem vocabantur. Hoc solito more corrigentes, constitutionem scripsimus, per quam definivimus, quando parens naturalis filium suum adoptandum alii dederit, integra omnia jura ita servari atque si in patris naturalis potestate permansisset, nec penitus adoptio fuisset subsecuta, nisi in hoc tantummodo casu ut possit ab intestato ad patris adoptivi venire successionem. Testamento autem ab eo facto, neque jure civili, neque prætorio, aliquid ex hereditate ejus persequi potest, neque contra tabulas bonorum possessione agnita, neque inofficiosi querela instituta, cum nec necessitas patri adoptivo imponitur vel heredem eum instituere, vel exheredatum facere, ut pote nullo vinculo naturali copulatum, neque si ex Sabiniano senatusconsulto ex tribus maribus fuerit adoptatus; nam et in hujusmodi casu, neque quarta ei servatur, nec ulla actio ad ejus persecutionem ei competit. Nostra autem constitutione exceptus est is quem parens naturalis adoptandum susceperit; utroque enim jure, tam naturali quam legitimo, in hanc personam concurrente, pristina jura tali adoptioni servavimus, quemadmodum si paterfamilias se dederit adrogandum : quæ specialiter et sigillatim ex præfatæ constitutionis tenore possunt colligi.

15. Item vetustas, ex masculis progenitos plus diligens, solos nepotes qui ex virili sexu descendunt, ad suorum vocabat successionem, et juri adgnatorum eos antepo-

(1) L. 10, *pr.*, *et* §§ 1, 2 *et* 3, *C.*, *De adopt.* (VIII, 48).

Google

Digitized by Google

ıebat; nepotes autem qui ex filiabus nati sunt, et pronepotes ex neptibus, cognatorum loco numerans, post adgnatorum lineam eos vocabat, tam in avi vel proavi paterni, quam in aviæ vel proaviæ, sive paternæ sive maternæ, successionem.

Divi autem principes (1) non passi sunt talem contra naturam injuriam sine competenti emendatione relinquere: sed cum nepotis et pronepotis nomen commune est utriusque qui tam ex masculis quam ex feminis descendunt, ideo eumdem gradum et ordinem successionis eis donaverunt. Sed ut amplius aliquid sit eis qui non solum naturæ, sed etiam veteris juris suffragio muniuntur, portionem nepotum et neptum vel deinceps, de quibus supra diximus, paulo minuendam esse existimaverunt, ut minus tertiam partem acciperent, quam mater eorum vel avia fuerat acceptura, vel pater eorum vel avus paternus sive maternus, quando femina mortua sit cujus de hereditate agitur, iisque, licet soli sint, adeuntibus, adgnatos minime vocabant. Et quemadmodum lex duodecim tabularum filio mortuo nepotes vel neptes, pronepotes vel proneptes in locum patris sui ad successionem avi vocat, ita et principalis dispositio in locum matris suæ vel aviæ eos cum jam designata partis tertiæ deminutione vocat.

16. Sed nos, cum adhuc dubitatio manebat inter adgnatos et memoratos nepotes, quartam partem substantiæ defuncti adgnatis sibi vindicantibus ex cujusdam constitutionis auctoritate, memoratam quidem constitutionem nostro codice segregavimus, neque inseri eam ex Theodosiano Codice in eo concessimus. Nostra autem constitutione (2) promulgata, toti juri ejus derogatum est, et

(1) *Valent., Theod. et Arcad.*, L. 9, *C., De suis et legit.* (VI, 55); L. 4, C. *Th., De legit. hered.* (V, 1). — (2) *L.* 12, *C., De suis et legit.* (VI, 55).

Google

9. Si nullus *sit* suorum heredum, tunc hereditas *pertinet* ex eadem lege XII tabularum ad *adgnatos*.

10. *Vocantur autem* adgnati, qui legitima cognatione juncti sunt: legitima autem cognatio est ea quæ per virilis sexus personas *conjungitur*. *Itaque eodem patre nati* fratres agnati sibi *sunt, qui etiam consanguinei* vocantur; nec requiritur an *etiam matrem eandem habuerint*. Item patruus fratris filio, et invicem *is illi* agnatus est. Eodem numero *sunt fratres* patrueles *inter se, id est*, qui ex duobus *fratribus progenerati* sunt, quos plerique *etiam consobrinos vocant. Qua ratione scilicet etiam ad plures gradus agnationis pervenire poterimus.*

11. *Non tamen omnibus simul agnatis* dat lex XII ta-

Google

sanximus, talibus nepotibus ex filia, vel pronepotibus ex nepte, et deinceps, superstitibus, adgnatos nullam partem mortui successionis sibi vindicare, ne hi qui ex transversa linea veniunt, potiores iis habeantur qui recto jure descendunt. Quam constitutionem nostram obtinere secundum sui vigorem et tempora et nunc sancimus : ita tamen ut, quemadmodum inter filios et nepotes ex filio antiquitas statuit non in capita sed in stirpes dividi hereditatem, similiter nos inter filios et nepotes ex filia distributionem fieri jubemus, vel inter omnes nepotes et neptes, et alias deinceps personas, ut utraque progenies matris suæ vel patris, aviæ vel avi, portionem sine ulla deminutione consequatur, ut, si forte unus vel duo ex una parte, ex altera tres aut quatuor extent, unus aut duo dimidiam, alteri tres aut quatuor alteram dimidiam hereditatis habeant.

Tit. II. De legitima adgnatorum successione.

Si nemo suus heres, vel eorum quos inter suos heredes prætor vel constitutiones vocant, extat, qui successionem quoquo modo amplectatur, tunc ex lege duodecim tabularum ad agnatum proximum pertinet hereditas.

1. Sunt autem adgnati, ut primo quoque libro tradidimus, cognati per virilis sexus personas cognatione juncti, quasi a patre cognati. Itaque eodem patre nati fratres adgnati sibi sunt, qui et consanguinei vocantur, nec requiritur an etiam eamdem matrem habuerint. Item patruus fratris filio, et invicem is illi adgnatus est. Eodem numero sunt fratres patrueles, id est, qui ex duobus fratribus procreati sunt, qui etiam consobrini vocantur. Qua ratione etiam ad plures gradus adgnationis pervenire poterimus. Ii quoque qui post mortem patris nascuntur, jura consanguinitatis nanciscuntur.

Non tamen omnibus simul adgnatis dat lex hereditatem,

Digitized by Google

bularum hereditatem, sed his qui *tunc, cum certum est aliquem intestato decessisse, proximo* gradu sunt.

12. Nec in eo jure successio *est. Ideoque si agnatus* proximus hereditatem omiserit, *vel antequam adierit* decesserit, sequentibus nihil juris ex *lege competit.*

13. Ideo autem non mortis tempore *quis proximus sit requirimus, sed eo* tempore *quo certum fuerit aliquem intestatum decessisse, quia si quis testamento facto* decesserit, melius esse visum est tunc ex iis requiri proximum, cum certum esse cœperit neminem ex eo testamento fore heredem.

14. Quod ad feminas tamen attinet, in hoc jure aliud in ipsarum hereditatibus capiendis placuit, aliud in ceterorum bonis ab his capiendis : nam feminarum *hereditates* perinde ad nos agnationis jure redeunt, atque masculorum; nostræ vero hereditates ad feminas ultra consanguineorum gradum non pertinent. Itaque soror fratri sororive legitima heres est; amita vero et *fratris* filia legitima heres esse *non potest. Sororis autem nobis loco est* etiam mater aut noverca, quæ *per in manum* conventionem apud patrem nostrum jura filiæ consecuta est.

Google

sed iis qui tunc proximiore gradu sunt, cum certum esse cœperit aliquem intestatum decessisse.

2. Per adoptionem quoque adgnationis jus consistit, veluti inter filios naturales et eos quos pater eorum adoptavit; nec dubium est quin proprie consanguinei appellentur. Item, si quis ex ceteris adgnatis, veluti frater, aut patruus, aut denique is qui longiore gradu est, adoptaverit aliquem, adgnatos inter suos esse non dubitatur.

3. Ceterum inter masculos quidem adgnationis jure hereditas; etiam longissimo gradu, ultro citroque capitur. Quod ad feminas vero ita placebat, ut ipsæ consanguinitatis jure tantum capiant hereditatem, si sorores sint, ulterius non capiant; masculi autem ad earum hereditates, etiamsi longissimo gradu sint, admittantur. Qua de causa, fratris tui aut patrui tui filiæ, vel amitæ tuæ hereditas ad te pertinet, tua vero ad illas non pertinebat. Quod ideo ita constitutum erat, quia commodius videbatur ita jura constitui, ut plerumque hereditates ad masculos confluerent. Sed quia sane iniquum erat in universum eas, quasi extraneas, repelli, prætor eas ad bonorum possessionem admittit ea parte qua proximitatis nomine bonorum possessionem pollicetur: ex qua parte ita scilicet admittuntur, si neque adgnatus ullus, neque proximior cognatus interveniat. Et hæc quidem lex duodecim tabularum nullo

Google

Google

modo introduxit; sed, simplicitatem legibus amicam amplexa, simili modo omnes adgnatos, sive masculos, sive feminas, cujuscumque gradus, ad similitudinem suorum, invicem ad successionem vocabat. Media autem jurisprudentia, quæ erat lege duodecim tabularum junior, imperiali autem dispositione anterior, subtilitate quadam excogitata, præfatam differentiam inducebat, et penitus eas a successione adgnatorum repellebat, omni alia successione incognita, donec prætores, paulatim asperitatem juris civilis corrigentes, sive quod deerat implentes, humano proposito, alium ordinem suis edictis addiderunt, et cognationis linea proximitatis nomine introducta, per bonorum possessionem eas adjuvabant, et pollicebantur his bonorum possessionem quæ UNDE COGNATI appellatur.

Nos vero, legem duodecim tabularum sequentes, et ejus vestigia in hac parte conservantes, laudamus quidem prætores suæ humanitatis, non tamen eos in plenum causæ mederi invenimus : quare etenim, uno eodemque gradu naturali concurrente, et adgnationis titulis tam in masculis quam in feminis æqua lance constitutis, masculis quidem dabatur ad successionem venire omnium adgnatorum, ex adgnatis autem mulieribus nulli penitus, nisi soli sorori, ad adgnatorum successionem patebat aditus? Ideo in plenum omnia reducentes et ad jus duodecim tabularum eamdem dispositionem exæquantes, nostra constitutione (1) sanximus, omnes legitimas personas, id est, per virilem sexum descendentes, sive masculini generis sive feminini sint, simili modo ad jura successionis legitimæ ab intestato vocari, secundum sui gradus prærogativam, nec ideo excludendas, quia consanguinitatis jura, sicut germanæ, non habent.

---

(1) *L.* 14, *C*, *De leg. hæred.* (VI, 58).

Google

15. Si ei qui defunctus erit *sit* frater et alterius fratris filius, sicut ex superioribus intelligitur, frater prior est, quia gradu præcedit; sed alia facta est juris interpretatio inter suos heredes. **16.** Quod si defuncti nullus frater extet, (*sed*) sint liberi fratrum, ad omnes quidem hereditas pertinet : sed quæsitum est, si dispari forte numero sint nati, ut ex uno unus vel duo, ex altero tres vel quatuor, utrum in stirpes dividenda sit hereditas, sicut inter suos heredes juris est, an potius in capita. Jam dudum tamen placuit, in capita dividendam esse hereditatem : itaque, quotquot erunt ab utraque parte personæ, in tot portiones hereditas dividetur, ita ut singuli singulas portiones ferant.

(*Conf.* Gai. Inst. III, 13, *supra.*)

Digitized by Google

4. Hoc etiam addendum nostræ constitutioni (1) existimavimus, ut transferatur unus tantummodo gradus a jure cognationis in legitimam successionem : ut non solum fratris filius et filia, secundum quod jam definivimus, ad successionem patrui sui vocentur, sed etiam germanæ consanguineæ vel sororis uterinæ filius et filia soli, et non deinceps personæ, una cum his ad jura avunculi sui perveniant, et mortuo eo qui patruus quidem est sui fratris filiis, avunculus autem sororis suæ soboli, simili modo ab utroque latere succedant, tamquam si omnes, ex masculis descendentes, legitimo jure veniant, scilicet ubi frater et soror superstites non sunt. His etenim personis præcedentibus, et successionem admittentibus, ceteri gradus remanent penitus semoti, videlicet hereditate non ad stirpes, sed in capita dividenda.

5. Si plures sint gradus adgnatorum, aperte lex duodecim tabularum proximum vocat. Itaque si, verbi gratia, sit defuncti frater et alterius fratris filius, aut patruus, frater potior habetur. Et quamvis singulari numero usa lex proximum vocet, tamen dubium non est quin, et si plures sint ejusdem gradus, omnes admittantur : nam et proprie proximus ex pluribus gradibus intelligitur, et tamen non dubium est quin, licet unus sit gradus adgnatorum, pertineat ad eos hereditas.

6. Proximus autem, si quidem nullo testamento facto quisquam decesserit, per hoc tempus requiritur, quo mortuus est is cujus de hereditate quæritur. Quod si facto testamento quisquam decesserit, per hoc tempus requiritur,

(1) *L.* 14, § 1, *C.. De legit. hered.*

Google

(*Conf.* GAI. INST. III, 12, *supra*).

17. Si nullus agnatus sit, eadem lex XII tabularum gentiles ad hereditatem vocat. Qui sint autem gentiles, primo commentario retulimus; et cum illic admonuerimus totum gentilitium jus in desuetudinem abisse, supervacuum est hoc quoque loco de ea re curiosius tractare.

Google

quo certum esse cœperit nullum ex testamento heredem extaturum; tunc enim proprie quisque intestatus decessisse intelligitur. Quod quidem aliquando longo tempore declaratur: in quo spatio temporis sæpe accidit, ut, proximiore mortuo, proximus esse incipiat, qui moriente testatore non erat proximus.

7. Placebat autem in eo genere percipiendarum hereditatum successionem non esse, id est, ut quamvis proximus qui, secundum ea quæ diximus, vocantur ad hereditatem, aut spreverit hereditatem, aut, antequam adeat, decesserit, nihilo magis legitimo jure sequentes admittantur. Quod iterum prætores, imperfecto jure corrigentes, non in totum sine adminiculo relinquebant, sed ex cognatorum ordine eos vocabant, ut pote adgnationis juri eis recluso.

Sed nos, nihil deesse perfectissimo juri cupientes, nostra constitutione quam de jure patronatus, humanitate suggerente, protulimus, sanximus successionem in adgnatorum hereditatibus non esse eis denegandam; cum satis absurdum erat, quod cognatis a prætore apertum est, hoc adgnatis esse reclusum, maxime cum in onere quidem tutelarum et proximo gradu deficiente sequens succedit, et quod in onere obtinebat, non erat in lucro permissum.

8. Ad legitimam successionem nihilominus vocatur etiam parens qui, contracta fiducia, filium vel filiam, nepotem vel neptem, ac deinceps, emancipat.

Quod ex nostra constitutione (1) omnimodo inducitur, ut emancipationes liberorum semper videantur contracta fiducia fieri; cum apud antiquos non aliter hoc obtinebat, nisi specialiter contracta fiducia parens manumisisset.

---

(1) *L. 6, C., De emancip. liber.* (VIII, 49).

Google

Google

Tit. III. De Senatusconsulto Tertulliano.

Lex duodecim tabularum ita stricto jure utebatur, et præponebat masculorum progeniem, et eos, qui per feminini sexus necessitudinem sibi junguntur, adeo expellebat, ut ne quidem inter matrem et filium filiamve ultro citroque hereditatis capiendæ jus daret, nisi quod prætores ex proximitate cognatorum eas personas ad successionem, bonorum possessione UNDE COGNATI accommodata, vocabant.

1. Sed hæ juris angustiæ postea emendatæ sunt. Et primus quidem divus Claudius matri, ad solatium liberorum amissorum, legitimam eorum detulit hereditatem.

2. Postea autem senatusconsulto Tertulliano, quod divi Hadriani temporibus factum est, plenissime de tristi successione matri, non etiam aviæ, deferenda cautum est : ut mater ingenua trium liberorum jus habens, libertina quatuor, ad bona filiorum filiarumve admittatur intestatorum mortuorum, licet in potestate parentis est, ut scilicet, cum alieno juri subjecta est, jussu ejus adeat hereditatem, cujus juri subjecta est.

3. Præferuntur autem matri liberi defuncti, qui sui sunt, quive suorum loco sunt, sive primi gradus, sive ulterioris.

Sed et filiæ suæ mortuæ filius vel filia opponitur ex constitutionibus (1) matri defunctæ, id est, aviæ suæ.

Pater quoque utriusque, non etiam avus vel proavus, matri anteponitur, scilicet cum inter eos solos de hereditate agitur. Frater autem consanguineus tam filii quam filiæ excludebat matrem : soror autem consanguinea pariter cum matre admittebatur; sed si fuerat frater et soror consanguinei, et mater liberis honorata, frater quidem

(1) *Theod. et Valent., L.* 5, *C., Ad sc. Tertull.* (VI, 56).

Google

Digitized by Google

matrem excludebat, communis autem erat hereditas ex æquis partibus fratris et sororis.

4. Sed nos constitutione (1) quam in Codice nostro nomine decorato posuimus, matri subveniendum esse existimavimus, respicientes ad naturam et puerperium et periculum et sæpe mortem ex hoc casu matribus illatam; ideoque impium esse credidimus casum fortuitum in ejus admitti detrimentum. Si enim ingenua ter vel libertina quater non peperit, immerito defraudabatur successione suorum liberorum; quid enim peccavit, si non plures sed paucos peperit? Et dedimus jus legitimum plenum matribus, sive ingenuis sive libertinis, etsi non ter enixæ fuerint vel quater, sed eum tantum vel eam qui quæve morte intercepti sunt, ut et sic vocentur in liberorum suorum legitimam successionem.

5. Sed cum antea constitutiones (2), jura legitimæ successionis perscrutantes, partim matrem adjuvabant, partim eam prægravabant, et non in solidum eam vocabant, sed in quibusdam casibus tertiam ei partem abstrahentes, certis legitimis dabant personis, in aliis autem contrarium faciebant, nobis (3) visum est recta et simplici via matrem omnibus personis legitimis anteponi, et sine ulla deminutione filiorum suorum successionem accipere, excepta fratris et sororis persona, sive consanguinei sint, sive sola cognationis jura habentes; ut, quemadmodum eam toti alii ordini legitimo præposuimus, ita omnes fratres et sorores, sive legitimi sunt, sive non, ad capiendas hereditates simul vocemus; ita tamen ut, si quidem solæ sorores adgnatæ vel cognatæ, et mater defuncti vel defunctæ supersint, dimidiam quidem mater, alteram vero dimidiam partem omnes sorores habeant, si vero matre superstite

---

(1) *L.* 2, *C.*, *De jur. liber.* (VIII, 59). — (2) *Constant.*, *L.* 1; *Valent. et Val.*, *L.* 2, *C.*, *Th.*, *De legit. hered.* (V, 1). — (3) *L.* 7, *C.*, *h. t.*

Google

Google

et fratre vel fratribus solis, vel etiam cum sororibus sive legitima sive sola cognationis jura habentibus, intestatus quis vel intestata moriatur, in capita distribuatur ejus hereditas.

6. Sed quemadmodum nos matribus prospeximus, ita eas oportet suæ soboli consulere: scituris eis quod, si tutores liberis non petierint, vel in locum remoti vel excusati intra annum petere neglexerint, ab eorum impuberum morientium successione repellentur.

7. Licet autem vulgo quæsitus sit filius filiave, potest tamen ad bona ejus mater ex Tertulliano senatusconsulto admitti.

Tit. IV. De Senatusconsulto Orphitiano.

Per contrarium autem, ut liberi ad bona matrum intestatarum admittantur, senatusconsulto Orphitiano, Orphito et Rufo consulibus, effectum est, quod latum est divi Marci temporibus; et data est tam filio quam filiæ legitima hereditas, etiamsi alieno juri subjecti sunt, et præferuntur consanguineis et adgnatis defunctæ matris.

1. Sed cum ex hoc senatusconsulto nepotes ad aviæ successionem legitimo jure non vocabantur, postea hoc constitutionibus principalibus (1) emendatum est, ut ad similitudinem filiorum filiarumque et nepotes et neptes vocentur.

2. Sciendum autem est, hujusmodi successiones quæ a Tertulliano et Orphitiano deferuntur, capitis deminutione non perimi, propter illam regulam qua novæ hereditates legitimæ capitis deminutione non pereunt, sed illæ solæ quæ ex lege duodecim tabularum deferuntur.

3. Novissime sciendum est, etiam illos liberos qui vulgo

(1) *Valent*, *Theod. et Arcad.*, *L.* 4, § 2, *C.*, *Th.*, *De legit. hered.* (v, 1); *L.* 9, *C.*, *De suis et legit. lib.* (vi, 55).

Google

18. Hactenus lege XII tabularum finitæ sunt intestatorum hereditates; quod jus quemadmodum strictum fuerit, palam est intelligere. 19. Statim enim emancipati liberi nullum jus in hereditatem parentis ex ea lege habent, cum desierint sui heredes esse. 20. Idem juris est, si ideo liberi non sint in potestate patris, quia sint cum eo civitate Romana donati, nec ab imperatore in potestatem redacti fuerint. 21. Item agnati capite deminuti non admittuntur ex ea lege ad hereditatem, quia nomen agnationis capitis deminutione perimitur. 22. Item proximo agnato non adeunte hereditatem, nihilo magis sequens jure legitimo admittitur. 23. Item feminæ agnatæ, quæcumque consanguineorum gradum excedunt, nihil juris ex lege habent. 24. Similiter non admittuntur cognati, qui per feminini sexus personas necessitudine junguntur; adeo quidem, ut nec inter matrem et filium filiamve ultro citroque hereditatis capiendæ jus competat, præterquam si per in manum conventionem consanguinitatis jura inter eos constiterint.

25. Sed hæ juris iniquitates edicto prætoris emendatæ sunt. 26. Nam *liberos* omnes qui legitimo jure deficiuntur, vocat ad hereditatem proinde ac si in potestate parentum mortis tempore fuissent, sive soli sint, sive etiam sui heredes, id est, qui in potestate patris fuerunt, concurrant. 27. Adgnatos autem capite deminutos non secundo gradu post suos heredes vocat, id est, non eo gradu vocat quo per legem vocarentur, si capite minuti non essent sed tertio proximitatis nomine; licet enim capitis demi-

Digitized by Google

quæsiti sunt, ad matris hereditatem ex hoc senatusconsulto admitti (1).

4. Si ex pluribus legitimis heredibus quidam omiserint hereditatem, vel morte (2) vel alia causa impediti fuerint quominus adeant, reliquis, qui adierint, adcrescit illorum portio; et licet, ante decesserint qui adierint, ad heredes tamen eorum pertinet.

---

(1) « Sancimus... ut neque ex testamento, neque ab intestato, neque ex liberalitate inter vivos habita, justis liberis existentibus, aliquid penitus ab illustribus matribus ad spurios perveniat.

» Sin autem concubina liberæ conditionis constituta filium vel filiam ex licita consuetudine ab homine libero habita procreaverit, eos etiam cum legitimis liberis ad materna venire bona.... nulla dubitatio est. » *Justinian.*, *L.* 5, *C.*, *Ad sc. Orphit.* (VI, 57).

(2) « Hereditatem..... nisi fuerit adita, transmitti nec veteres concedebant, nec nos patimur, exceptis videlicet liberorum personis de quibus Theodosiana lex.... loquitur. » *Justinian.*, *L.* 1, § 5, *C.*, *De cad. toll.* (VI, 51).

« Cum in antiquioribus legibus,... invenimus filiosfamilias paternam hereditatem deliberantes posse et in suam posteritatem hanc transmittere...., eam deliberationem et in omnes successores, sive cognatos, sive extraneos, duximus esse protelandam.... : ita tamen ut unius anni spatio eadem transmissio fuerit conclusa. » *Justinian.*, *L.* 19, *C.*, *De jur. delib.* (VI, 30).

Google

nutione jus legitimum perdiderint, certe cognationis jura retinent Itaque si quis alius sit qui integrum jus agnationis habebit, is potior erit, etiamsi longiore gradu fuerit. **28**. Idem juris est, ut quidam putant, in ejus agnati persona qui, proximo agnato omittente hereditatem, nihilo magis jure legitimo admittitur. Sed sunt qui putant hunc eodem gradu a prætore vocari, quo etiam per legem agnatis hereditas datur. **29**. Feminæ certe agnatæ, quæ consanguineorum gradum excedunt, tertio gradu vocantur, id est, si neque suus heres, neque agnatus ullus erit.

(*Conf.* GAI. INST. II, 21, 27, *supra.*)

30. Eodem gradu vocantur etiam eæ personæ quæ per feminini sexus personas copulatæ sunt.

31. Liberi quoque qui in adoptiva familia sunt, ad naturalium parentum hereditatem hoc eodem gradu vocantur.

Google

Tit. V. De successione cognatorum.

Post suos heredes, eosque quos inter suos heredes prætor et constitutiones vocant, et post legitimos, quorum numero sunt adgnati, et hi quos in locum adgnatorum tam supra dicta senatusconsulta quam nostra erexit constitutio, proximos cognatos prætor vocat.

1. Qua parte naturalis cognatio spectatur; nam adgnati capite deminuti, quique ex his progeniti sunt, ex lege duodecim tabularum inter legitimos non habentur, sed a prætore tertio ordine vocantur, exceptis solis tantummodo fratre et sorore emancipatis, non etiam liberis eorum, quos lex Anastasiana (1) cum fratribus integri juris constitutis vocat quidem ad legitimam fratris hereditatem sive sororis, non æquis tamen partibus, sed cum aliqua deminutione, quam facile est ex ipsius constitutionis verbis colligere, aliis vero adgnatis inferioris gradus, licet capitis deminutionem passi non sunt, tamen eos anteponit, et procul dubio cognatis.

2. Hos etiam qui per feminini sexus personas ex transverso cognatione junguntur, tertio gradu proximitatis nomine prætor ad successionem vocat.

3. Liberi quoque qui in adoptiva familia sunt, ad naturalium parentum hereditatem hoc eodem gradu vocantur.

---

(1) *Anast. L. 4, C., De legit. tut.* (v, 30).

Google

GAIUS, *lib. XVI, ad Edictum provinciale* (1).

Hac parte proconsul naturali æquitate motus omnibus cognatis promittit bonorum possessionem, quos sanguinis ratio vocat ad hereditatem, licet jure civili deficiant. Itaque etiam vulgo quæsiti liberi matris, et mater talium liberorum, item ipsi fratres inter se, ex hac parte bonorum possessionem petere possunt, quia sunt invicem sibi cognati; usque adeo, ut prægnans quoque manumissa si peperit, et is, qui natus est, matri, et mater ipsi, et inter se quoque, qui nascuntur, cognati sint.

32. Quos autem prætor vocat ad hereditatem, hi heredes ipso quidem jure non *fiunt; nam* prætor heredes facere non *potest : per legem enim tantum vel similem juris constitutionem* heredes *fiunt*, *veluti* per *senatusconsultum et constitutionem principalem*; sed *cum eis quidem* prætor *dat bonorum possessionem*, *loco* heredum *constituuntur*.

33. *Adhuc autem* alios *etiam complures* gradus *prætor facit in bonorum possessione danda*, *dum id agit ne quis sine successore moriatur :* de quibus in his commentariis *hoc tetigisse satis est*, *cum* hoc jus totum propriis commentariis *plenius exposuerimus :* solum admonuisse sufficit. . . . .

---

(1) *L.* 2, *D.*, *Unde cognati* (XXXVIII, 8).

Digitized by Google

4. Vulgo quæsitos nullum habere adgnatum manifestum est, cum adgnatio a patre, cognatio a matre sit: hi autem nullum patrem habere intelliguntur. Eadem ratione nec inter se quidem possunt videri consanguinei esse, quia consanguinitatis jus species est adgnationis; tantum igitur cognati sunt sibi, sicut et matris cognatis. Itaque omnibus istis ea parte competit bonorum possessio, qua proximitatis nomine cognati vocantur.

5. Hoc loco et illud necessario admonendi sumus, adgnationis quidem jure admitti aliquem ad hereditatem, etsi decimo gradu sit, sive de lege duodecim tabularum quæramus, sive de edicto quo prætor legitimis heredibus daturum se bonorum possessionem pollicetur. Proximitatis vero nomine iis solis prætor promittit bonorum possessionem, qui usque ad sextum gradum cognationis sunt, et ex septimo a sobrino sobrinaque nato natæve.

Google

34. *Aliquando tamen neque emendandi, neque impugnandi veteris juris, sed magis confirmandi gratia prætor pollicetur bonorum possessionem; nam illis quoque qui recte facto testamento heredes instituti sunt, dat secundum tabulas bonorum possessionem; item ab intestato* heredes suos et agn*atos* ad bonorum possessionem vocat. Quibus casibus beneficium ejus in eo solo videtur aliquam utilitatem *habere, quod* is qui ita bonorum possessionem *petit,* interdicto, cujus principium est QUORUM BONORUM, uti possit: cujus interdicti quæ sit utilitas, suo loco proponemus: alioquin remota quoque bonorum possessione ad eos hereditas pertinet jure civili.

35. Ceterum sæpe quibusdam ita datur bonorum possessio, ut is cui data sit, (*non*) *ob*tineat hereditatem; quæ bonorum possessio dicitur sine re. **36**. Nam si, verbi gratia, jure facto testamento, heres institutus creverit hereditatem, sed bonorum possessionem secundum tabulas testamenti petere noluerit, contentus eo quod jure civili heres sit, nihilominus ii qui nullo facto testamento ad intestati bona vocantur, possunt petere bonorum possessionem; sed sine re ad eos hereditas pertinet, cum testamento scriptus heres evincere hereditatem possit. **37**. Idem juris est si, intestato aliquo mortuo, suus heres nol*uerit petere bonorum possessionem, contentus legitimo jure: nam* et agnato competit quidem bonorum possessio, sed sine re, cum evinci hereditas ab *suo* herede potest. Et illud convenien(*ter dice*)tur, si ad agnatum jure civili pertinet hereditas, et hic adierit hereditatem, sed *bonorum possessionem* petere noluerit, etsi quis ex proximis cognatis petierit, sine re habebit bonorum possessionem propter eamdem rationem. **38**. Sunt et alii quidam similes casus, quorum al*iquos* superiore commentario tradidimus.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Tit. VI. De gradibus cognationis.

Hoc loco necessarium est exponere quemadmodum gradus cognationis numerentur. Qua in re in primis admonendi sumus cognationem aliam supra numerari, aliam infra, aliam ex transverso, quæ etiam a latere dicitur. Superior cognatio est parentum; inferior liberorum; ex transverso fratrum sororumve, eorumque qui quæve ex his progenerantur, et convenienter patrui, amitæ, avunculi, materteræ. Et superior quidem et inferior cognatio a primo gradu incipit; at ea quæ ex transverso numeratur, a secundo.

1. Primo gradu est supra pater, mater; infra filius, filia.

2. Secundo, supra avus, avia; infra nepos, neptis; ex transverso frater, soror.

3. Tertio, supra proavus, proavia; infra pronepos, proneptis; ex transverso fratris sororisque filius, filia, et convenienter patruus, amita, avunculus, matertera. Patruus est patris frater, qui græce πατρῷος vocatur; avunculus est matris frater, qui apud Græcos proprie μητρῷος appellatur: et promiscue θεῖος dicitur. Amita est patris soror; matertera vero matris soror: utraque θεία, vel apud quosdam τιτθίς appellatur.

4. Quarto gradu, supra abavus, abavia; infra abnepos, abneptis; ex transverso fratris sororisque nepos, neptis, et convenienter patruus magnus, amita magna, id est, avi frater et soror; item avunculus magnus, matertera magna, id est, aviæ frater et soror; consobrinus, consobrina, id est, qui quæve ex fratribus aut sororibus progenerantur. Sed quidam recte consobrinos eos proprie dici putant, qui ex duabus sororibus progenerantur, quasi consororinos; eos vero qui ex duobus fratribus progenerantur, proprie fratres patrueles vocari: si autem ex

Digitized by Google

Google

duobus fratribus filiæ nascuntur, sorores patrueles appellari; at eos qui ex fratre et sorore propagantur, amitinos proprie dici : amitæ tuæ filii consobrinum te appellant, tu illos amitinos.

5. Quinto, supra atavus, atavia; infra adneptos, adneptis, ex transverso fratris sororisque pronepos, proneptis; et convenienter propatruus, proamita, id est, proavi frater et soror; proavunculus, promatertera, id est, proaviæ frater et soror; item fratris patruelis, sororis patruelis, consobrini, consobrinæ, amitini, amitinæ filius, filia, propior sobrino, sobrina : hi sunt patrui magni, amitæ magnæ, avunculi magni, materteræ magnæ filius, filia.

6. Sexto gradu, supra tritavus, tritavia; infra trinepos, trineptis; ex transverso fratris sororisque abnepos, abneptis, et convenienter abpatruus, abamita, id est, abavi frater et soror, abavunculus, abmatertera, id est, abaviæ frater et soror; item sobrini sobrinæque, id est, qui quæve ex fratribus vel sororibus patruelibus, vel consobrinis, vel amitinis progenerantur.

7. Hactenus ostendisse sufficiet, quemadmodum gradus cognationis numerentur; namque ex his palam est intelligere quemadmodum ulteriores quoque gradus numerare debeamus : quippe semper generata quæque persona gradum adjiciat, ut longe facilius sit respondere quoto quisque gradu sit, quam propria cognationis appellatione quemquam denotare.

8. Adgnationis quoque gradus eodem modo numerantur.

9. Sed cum magis veritas oculata fide quam per aures animis hominum infigitur, ideo necessarium duximus, post narrationem graduum, etiam eos præsenti libro inscribi, quatenus possint et auribus et oculorum inspec-

Digitized by Google

Google

tione adolescentes perfectissimam graduum doctrinam adipisci (1)

10. Illud certum est, ad serviles cognationes illam partem edicti, qua proximitatis nomine bonorum possessio promittitur, non pertinere; nam nec ulla antiqua lege talis cognatio computabatur.

Sed nostra constitutione quam pro jure patronatus fecimus, quod jus usque ad nostra tempora satis obscurum atque nube plenum et undique confusum fuerat, et hoc humanitate suggerente concessimus, ut, si quis in servili consortio constitutus liberum vel liberos habuerit, sive ex libera, sive ex servilis conditionis muliere, vel contra serva mulier ex libero vel servo habuerit liberos cujuscumque sexus, et ad libertatem his pervenientibus, et ii qui ex servili ventre nati sunt libertatem meruerunt, vel, dum mulieres liberæ erant, ipsi in servitute eos habuerunt, et postea ad libertatem pervenerunt, ut hi omnes ad successionem patris vel matris veniant, patronatus jure in hac parte sopito. Hos enim liberos, non solum in suorum parentum successionem, sed etiam alterum in alterius mutuam successionem vocavimus, ex illa lege specialiter eos vocantes, sive soli inveniantur qui in servitute nati et postea manumissi sunt, sive una cum aliis qui post libertatem parentum concepti sunt, sive ex eodem patre vel ex eadem matre, sive ex aliis, ad similitudinem eorum qui ex justis nuptiis procreati sunt.

11. Repetitis itaque omnibus quæ jam tradidimus, apparet non semper eos qui parem gradum cognationis obtinent; pariter vocari; eoque amplius ne eum quidem qui

(1) Spatium, ex Justiniani mente, cognationis graduum stemmati delineando vacuum hic relicium, codices et editiones complures novi tituli rubrica, DE SERVILI COGNATIONE, explent, sed perperam, ut liquet ex §§ 1 et 2 istius tituli (§§ 11 et 13 nostri tituli), qui, a servili cognatione prorsus alieni, continuari antecedentem materiam arguunt.

Google

(*Conf.* GAI. INST., III, 27, 29, *supra.*)

39. Nunc de libertorum bonis videamus. **40.** Olim itaque licebat liberto patronum suum in testamento præterire; nam ita demum lex XII tabularum ad hereditatem liberti vocabat patronum, si intestatus mortuus esset libertus, nullo suo herede relicto. Itaque intestato quoque

Google

proximior sit cognatus, semper potiorem esse. Cum enim prima causa sit suorum heredum et eorum quos inter suos heredes jam enumeravimus, apparet pronepotem vel abnepotem defuncti potiorem esse, quam fratrem aut patrem matremque defuncti; cum alioquin pater quidem et mater, ut supra quoque tradidimus, primum gradum cognationis obtineant, frater vero secundum, pronepos autem tertio gradu sit cognatus, et abnepos quarto. Nec interest in potestate morientis fuerit, an non, quod vel emancipatus vel ex emancipato, aut ex feminino sexu propagatus est.

19. Amotis quoque suis heredibus, et quos inter suos heredes vocari diximus, adgnatus qui integrum jus adgnationis habet, etiamsi longissimo gradu sit, plerumque potior habetur quam proximior cognatus; nam patrui nepos vel pronepos avunculo vel materteræ præfertur. Totiens igitur dicimus, aut potiorem haberi eum qui proximiorem gradum cognationis obtinet, aut pariter vocari eos qui cognati sunt, quotiens neque suorum heredum jure, quique inter suos heredes sunt, neque adgnationis jure aliquis præferri debeat, secundum ea quæ tradidimus, exceptis fratre et sorore emancipatis, qui ad successionem fratrum vel sororum vocantur, qui, et si capite deminuti sunt, tamen præferuntur ceteris ulterioris gradus adgnatis (1).

Tit. VII. De successione libertorum.

Nunc de libertorum bonis videamus. Olim itaque licebat liberto patronum suum impune testamento præterire; nam ita demum lex duodecim tabularum ad hereditatem liberti vocabat patronum, si intestatus mortuus esset libertus, nullo suo herede relicto : itaque intestato quoque mortuo

(1) *Anast., L. 4, C., De legit. tut.* (v, 30).

Google

mortuo liberto, si is suum heredem reliquerat, nihil in bonis ejus patrono juris erat. Et si quidem ex naturalibus liberis aliquem suum heredem reliquisset, nulla videbatur esse querela; si vero vel adoptivus filius filiave, vel uxor quæ in manu esset, sua heres esset, aperte iniquum erat, nihil juris patrono superesse.

41. Qua de causa postea prætoris edicto hæc juris iniquitas emendata est. Sive enim faciat testamentum libertus, jubetur ita testari ut patrono suo partem dimidiam bonorum suorum relinquat; et si aut nihil aut minus quam partem dimidiam reliquerit, datur patrono contra tabulas testamenti partis dimidiæ bonorum possessio. Si vero intestatus moriatur, suo herede relicto adoptivo filio, (*vel*) uxore quæ in manu ipsius esset, vel nuru quæ in manu filii ejus fuerit, datur æque patrono adversus hos suos heredes partis dimidiæ bonorum possessio. Prosunt autem liberto ad excludendum patronum naturales liberi, non solum quos in potestate mortis tempore habet, sed etiam emancipati et in adoptionem dati, *si* modo aliqua ex parte heredes scripti *sint, aut prateriti con*tra tabulas testamenti bonorum possessionem ex edicto petierint; nam exheredati nullo modo repellunt patronum.

42. Postea lege Papia aucta sunt jura patronorum, quod ad locupletiores libertos pertinet. Cautum est enim ea lege, ut ex bonis ejus qui sestertiorum *nummorum C* millium *plurisve* patrimoni*um reliquer*it, et pauciores quam tres liberos habebit, sive is testamento facto, sive intestato mortuus erit, virilis pars patrono debeatur. Itaque cum unum filium unamve filiam heredem reliquerit libertus, perinde pars dimidia patrono debetur, *ac si* sine ullo filio filiave moreretur : cum vero duos duasve heredes reliquerit, tertia pars debetur; si tres relinquat, repellitur patronus.

Google

liberto, si is suum heredem reliquisset, patrono nihil in bonis ejus juris erat. Et si quidem ex naturalibus liberis aliquem suum heredem reliquisset, nulla videbatur querela; si vero adoptivus filius fuisset, aperte iniquum erat nihil juris patrono superesse.

1. Qua de causa, postea prætoris edicto hæc juris iniquitas emendata est. Sive enim faciebat testamentum libertus, jubebatur ita testari ut patrono partem dimidiam bonorum suorum relinqueret, et si aut nihil aut minus parte dimidia reliquerat, dabatur patrono contra tabulas testamenti partis dimidiæ bonorum possessio; sive intestatus moriebatur, suo herede relicto filio adoptivo, dabatur æque patrono contra hunc suum heredem partis dimidiæ bonorum possessio. Prodesse autem liberto solebant ad excludendum patronum naturales liberi, non solum quos in potestate mortis tempore habebat, sed etiam emancipati et in adoptionem dati, si modo ex aliqua parte scripti heredes erant, aut præteriti contra tabulas bonorum possessionem ex edicto petierant; nam exheredati nullo modo repellebant patronum.

2. Postea lege Papia adaucta sunt jura patronorum qui locupletiores libertos habebant. Cautum est enim ut ex bonis ejus qui sestertium centum millium patrimonium reliquerat, et pauciores quam tres liberos habebat, sive is testamento facto sive intestato mortuus erat, virilis pars patrono deberetur. Itaque, cum unum quidem filium filiamve heredem reliquerat libertus, perinde pars dimidia debebatur patrono, ac si is sine ullo filio filiamve testatus decessisset; cum vero duos duasve heredes reliquerat, tertia pars debebatur patrono; si tres reliquerat, repellebatur patronus.

Google

43. In bonis libertinarum nullam injuriam antiquo jure patiebantur patroni; cum enim hæ in patronorum legitima tutela essent, non aliter scilicet testamentum facere poterant, quam patrono auctore. Itaque, sive auctor ad testamentum faciendum factus *erat*, *tum de se queri debebat quod in eo testamento præteritus esset;* si *vero* auctor *factus* non erat, *tunc intestata* mortua *liberta ad patronum pertinebat hereditas*, *licet liberi essent libertæ*, *quia non erant sui heredes matri*, *ut* possent patronum a bonis *libertæ vindicandis re*pellere (1). **44.** Sed postea lex Papia, *cum* quatuor liberorum jure libertinas tutela patronorum liberaret, et eo modo *inferret, ut jam sine patroni tu*toris auctor*itate testari possent*, *prospexit*, *ut pro numero liberorum*, *quos superstites liberta* habuerit, virilis pars patrono debeatur. *Itaque* (2) ex bonis ejus, quæ omnia *ab intestato ejus* juris *futura essent, pars virilis tantum ex ea lege* ad patronum pertinet.

45. Quæ autem diximus de patrono, eadem intelligemus et de *filio* patroni; *idem* de *nepote ex filio et de* pronepote *ex nepote filio nato* prognato. **46.** *Filia* vero patroni, *item neptis ex filio et* proneptis *ex* nepote filio *nato* prognata, quamvis idem *jus habeant, quod* lege XII tabularum patrono datum est, *præter tamen vocat tantum masculini* sex*us* patron*orum* liberos. *Sed filia ut contra tabulas* testamenti liberti, (*vel*) *ab intestato contra filium* adoptivum, *vel uxorem nurumve dimidiæ partis* bonorum possessionem petat, trium liberorum jure lege Papia consequitur: aliter hoc jus non habet. **47.** Sed ut ex bonis libertæ suæ quatuor liberos habentis virilis pars *ei debeatur*, liberorum *quidem jure non est comprehensum*, ut quidam putant. Sed tamen intestata liberta mortua, verba legis Papiæ

(1) Sic ego hunc locum restituere tentavi.
(2) Ultimorum hujus paragraphi verborum restitutionem, nondum tentatam, ita proposui.

Google

3. Sed nostra constitutio (1) quam pro omnium notione Græca lingua, compendioso tractatu habito, composuimus, ita hujusmodi causas definivit, ut si quidem libertus vel liberta minores centenariis sint, id est, minus centum aureis habeant substantiam, sic enim legis Papiæ summam interpretati sumus, ut pro mille sestertiis unus aureus computetur, nullum locum habeat patronus in eorum successionem, si tamen testamentum fecerint : sin autem intestati decesserint, nullo liberorum relicto, tunc patronatus jus, quod erat ex lege duodecim tabularum, integrum reservavit. Cum vero majores centenariis sint, si heredes vel bonorum possessores liberos habeant, sive unum sive plures, cujuscumque sexus vel gradus, ad eos successionem parentum deduximus, patronis omnibus una (2) cum sua progenie semotis ; sin autem sine liberis decesserint, si quidem intestati, ad omnem hereditatem patronos patronasque vocavimus. Si vero testamentum quidem fecerint, patrones autem vel patronas præterierint, cum nullos liberos haberent, vel habentes eos exheredaverint, vel mater sive avus maternus eos præterierit, ita ut non possint argui inofficiosa eorum testamenta, tunc ex nostra constitutione per bonorum possessionem contra tabulas, non dimidiam, ut antea, sed tertiam partem bonorum liberti consequantur, vel quod deest eis ex constitutione nostra repleatur, si quando minus tertia parte bonorum suorum libertus vel liberta eis reliquerit ; ita sine onere, ut nec liberis liberti libertæve ex ea parte legata vel fideicommissa præstentur, sed ad coheredes hoc onus redundaret : multis aliis casibus a nobis in præfata constitutione congregatis, quos necessarios esse ad hujusmodi juris dispositionem perspeximus, ut tam patroni patro-

(1) *L.* 4, *C.*, *De bon. libert.* (VI, 4).
(2) *Vulgo :* patronis omnibus modis, una, etc.

Google

faciunt ut ei virilis pars debeatur : si vero testamento facto mortua sit liberta, tale jus ei datur quale datum est *tribus quatuorve liberis honoratæ patronæ*, scilicet *idem jus quod patronus* liberique contra tabulas testamenti liberti habent, quamvis parum diligenter ea pars legis scripta sit. **48.** Ex his apparet, extraneos heredes patronorum longe remotos *ab eo* jure *videri*, quod *vel* in intestatorum bonis, *vel* contra tabulas testamenti, patrono competit.

49. Patronæ olim ante legem Papiam hoc solum jus habebant in bonis libertorum, quod etiam patronis *ex* lege XII tabularum datum est. Nec *enim*, ut contra tabulas testamenti in *quo præteritæ* erant, vel ab intestato contra filium adoptivum vel uxorem nurumve bonorum possessionem partis *dimidiæ* peterent, prætor similiter *ut patrono liberisque ejus concessit*. **50.** *Sed postea lex Papia* duobus *liberis* honoratæ ingenuæ patronæ, libertinæ tribus, eadem fere jura dedit, quæ ex edicto prætoris patroni habent; trium vero liberorum jure honoratæ ingenuæ patronæ ea jura dedit quæ per eamdem legem patrono data sunt : libertinæ autem patronæ non idem juris præstitit. **51.** Quod autem ad libertinarum bona pertinet, si quidem intestatæ decesserint, nihil novi patronæ liberis honoratæ lex Papia præstat. Itaque si neque ipsa patrona neque liberta *capite deminuta* sit, ex lege XII tabularum ad eam hereditas pertinet, et excluduntur libertæ liberi : quod juris est etiamsi liberis honorata non sit patrona; nunquam enim, sicut supra diximus, feminæ suum heredem habere possunt. Si vero vel hujus vel illius capitis deminutio interveniat, rursus liberi libertæ excludunt patronam; quia, legitimo jure *capitis deminutione* perempto, evenit ut liberi libertæ cognationis jure potiores habeantur. **52.** Cum autem testamento facto moritur liberta,

Digitized by Google

æque, quam liberi eorum, nec non qui ex transverso latere veniunt usque ad quintum gradum, ad successionem libertorum vocentur, sicut ex ea constitutione intelligendum est, ut, si ejusdem patroni vel patronæ, vel duorum vel duarum plurimve liberi sint, qui proximior est ad liberti seu libertæ vocetur successionem, et in capita non in stirpes dividatur successio, eodem modo et in eis qui ex transverso latere veniunt servando. Pene enim consonantia jura ingenuitatis et libertinitatis in successionibus fecimus.

Digitized by Google

ea quidem patrona quæ liberis honorata non est, nihil juris habet contra libertæ testamentum; ei vero quæ liberis honorata sit, hoc jus tribuitur per legem Papiam, quod habet ex edicto patronus contra tabulas liberti.

53. Eadem lex patronæ filiæ liberis honoratæ... patroni jura dedit; sed in hujus persona etiam unius filii filiæve jus sufficit.

54. Hactenus omnia jura quasi per indicem tetigisse satis est : alioquin diligentior interpretatio propriis commentariis exposita est.

55. Sequitur ut de bonis Latinorum libertinorum dispiciamus.

56. Quæ pars juris ut manifestior fiat, admonendi sumus, de quo alio loco diximus, eos qui nunc Latini Juniani dicuntur, olim ex jure Quiritium servos fuisse, sed auxilio prætoris in libertatis forma servari solitos : unde etiam res eorum peculii jure ad patronos pertinere solita est; postea vero per legem Juniam eos omnes quos prætor in libertatem tuebatur, liberos esse cœpisse, et appellatos esse Latinos Junianos : Latinos ideo, quia lex eos liberos perinde esse voluit, atque si essent cives Romani ingenui qui, ex urbe Roma in Latinas colonias deducti, Latini coloniarii esse cœperunt; Junianos ideo, quia per legem Juniam liberi facti sunt, etiamsi non cives Romani. *Quare* legis Juniæ lator, cum intelligeret futurum ut ea fictione res Latinorum defunctorum ad patronos pertinere desinerent, *ob id quod neque ut* servi *decederent*, ut possent *jure peculii res* eorum ad patronos pertinere, neque liberti Latini hominis bona possent manumissionis jure ad patronos pertinere, necessarium *existimavit*, ne beneficium istis datum in injuriam *patronorum* converteretur, cavere ut *bona defunctorum* proinde ad manumissores pertinerent, ac si lex lata non esset. Itaque jure quodammodo peculii bona Latinorum ad manumissores *eorum* perti

Google

4. Sed hæc de iis libertinis hodie dicenda sunt, qui in civitatem Romanam pervenerunt, cum nec sunt alii liberti, simul dedititiis et Latinis sublatis; cum Latinorum legitimæ successiones nullæ penitus erant; qui, licet ut liberi vitam suam peragebant, attamen ipso ultimo spiritu simul animam atque libertatem amittebant, et, quasi servorum, ita bona eorum, jure quodammodo peculii, ex lege Junia manumissores detinebant.

Google

nent. **57**. *Unde evenit ut multum* differant *ea* jura quæ in bonis Latinorum ex lege Junia constituta sunt, ab his quæ in hereditate civium Romanorum libertorum observantur. **58**. Nam civis Romani liberti hereditas ad extraneos heredes patroni nullo modo pertinet : ad filium autem patroni nepotesque ex filio, et pronepotes ex nepote (*filio nato*) *prog*natos omnimodo pertinet, etiamsi (*a*) parente fuerint exheredati. Latinorum autem bona, tanquam peculia servorum, etiam ad extraneos heredes pertinent, et ad liberos manumissoris exheredatos non pertinent. **59**. Item civis Romani *liberti* hereditas ad duos pluresve patronos æqualiter pertinet, licet dispar in eo servo dominium habuerint. Bona vero Latinorum pro ea parte pertinent, pro qua parte quisque eorum dominus fuerit. **60**. Item in hereditate civis Romani liberti patronus alterius patroni filium excludit, et filius patroni alterius patroni nepotem repellit. Bona autem Latinorum et ad ipsum patronum et ad alterius patroni heredem simul pertinent, pro qua parte ad ipsum manumissorem pertinerent. **61**. Item si unius patroni tres forte liberi sunt et alterius unus, hereditas civis Romani liberti in capita dividitur, id est, tres fratres tres portiones ferunt, et unus quartam. Bona vero Latinorum pro ea parte ad successores pertinent, pro qua parte ad ipsum manumissorem pertinerent. **62**. Item si alter ex *his* patronis suam partem in hereditate civis Romani liberti spernat, vel ante moriatur quam cernat, tota hereditas ad alterum pertinet. Bona autem Latini pro parte decedentis patroni caduca fiunt et ad populum pertinent.

63. Postea Lupo et Largo consulibus senatus censuit, ut bona Latinorum primum ad eos pertinerent qui eos liberassent, deinde ad liberos eorum non nominatim exheredatos, uti quisque proximus esset; tunc antiquo jure ad heredes eorum qui liberassent, pertinerent. **64**. Quo

Google

Postea vero senatusconsulto Largiano cautum fuerat, ut liberi manumissoris, non nominatim exheredati facti, extraneis heredibus eorum in bonis Latinorum præponerentur.

Google

senatusconsulto quidam (*id*) actum esse putant, ut in bonis Latinorum eodem jure utamur, quo utimur in hereditate civium Romanorum libertinorum : idque maxime Pegaso placuit. Quæ sententia aperte falsa est. Nam civis Romani liberti hereditas nunquam ad extraneos patroni heredes *pertinet : bona autem* Latinorum etiam ex hoc ipso senatusconsulto, non obstantibus liberis manumissoris, etiam ad extraneos heredes pertinent. Item in hereditate civis Romani liberti liberis manumissoris nulla exheredatio nocet : in bonis Latinorum *autem no*cere nominatim factam exheredationem *ip*so senatusconsulto significatur. Verius est ergo hoc solum eo senatusconsulto actum esse, ut manumissoris liberi, qui nominatim exheredati non sint, præferantur extraneis heredibus. **65.** *Itaque* et emancipatus filius patroni præteritus, quamvis contra tabulas testamenti parentis sui bonorum possessionem non petierit, tamen extraneis heredibus in bonis Latinorum potior habetur. **66.** Item filia *ceteri*que quos *ex*heredes licet jure civili *facere inter* ceteros, *quamvis id suff*iciat ut ab omni *hereditate patr*is sui summove*antur*, tamen in bonis Latinorum, nisi nominatim a parente fuerint exheredati, potiores erunt extraneis heredibus. **67.** Item ad *li*beros qui *ab* hereditate parentis se abstinuerunt, *Latini bona pertinent, quia, licet alieni habentur ab* hereditate, *tamen* exheredati nullo modo dici possunt, non magis quam qui testamento silentio præteriti sunt. **68.** Ex *his* omnibus satis illud apparet, si is qui Latinum fecerit. . . . . .
. . . . . **69.** Item. . . . .
dispar. . . . . .
. . . . . *put*ant ad eos pertinere; quia, nullo interveniente extraneo herede, senatusconsulto locus non est. **70.** Sed si cum liberis suis etiam extraneum heredem patronus reliquerit, Cælius Sabinus ait, tota bona pro virilibus partibus ad liberos defuncti pertinere; quia, cum

Digitized by Google

Digitized by Google

extraneus heres intervenit, non habet lex Junia locum, sed senatusconsultum. Javolenus autem ait, tantum eam partem ex senatusconsulto liberos patroni pro virilibus partibus habituros esse, quam extranei heredes ante senatusconsultum lege Junia habituri essent; reliquas vero partes pro hereditariis partibus ad eos pertinere. 71. Item quæritur, an hoc senatusconsultum ad eos patroni liberos pertineat, qui ex filia nepteve procreantur, id est, ut nepos meus ex filia potior sit in bonis Latini mei, quam extraneus heres; item (*an*) ad maternos Latinos hoc senatusconsultum pertineat, quæritur, id est, ut in bonis Latini materni potior sit patronæ filius, quam heres extraneus matris. Cassio placuit, utroque casu locum esse senatusconsulto. Sed hujus sententiam plerique improbant, quia senatus de his liberis patronarum nihil sentiat, qui aliam familiam sequerentur. Idque ex eo adparet, quod nominatim exheredatos summovet : nam videtur de his sentire, qui exheredari a parente solent, si heredes non instituantur; neque autem matri filium filiamve, neque avo materno nepotem neptemve, si eum eamve heredem non instituat, exheredare necesse est, sive de jure civili quæramus, sive de edicto prætoris, quo præteritis liberis contra tabulas testamenti bonorum possessio promittitur.

72. Aliquando tamen civis Romanus libertus tamquam Latinus moritur, veluti si Latinus salvo jure patroni ab imperatore jus Quiritium consecutus fuerit. Nam *ita* divus Trajanus constituit, si Latinus invito vel ignorante patrono jus Quiritium ab imperatore consecutus sit. Quibus casibus, dum vivit iste libertus, ceteris civibus Romanis libertis similis est, et justos liberos procreat; moritur autem Latini jure, nec ei liberi ejus heredes esse possunt; et in hoc tantum habet testamenti factionem, uti patronum heredem instituat, eique, si heres esse noluerit, alium substituere possit. 73. Et quia hac constitutione videbatur

Google

Quibus supervenit etiam divi Trajani edictum, quod eumdem hominem, si invito vel ignorante patrono ad civitatem venire ex beneficio principis festinavit, faciebat vivum quidem civem Romanum, Latinum vero morientem.

Sed nostra constitutione (1), propter hujusmodi conditionum vices, et alias difficultates, cum ipsis Latinis etiam legem Juniam, et senatusconsultum Largianum, et edictum divi Trajani in perpetuum deleri censuimus, ut omnes liberti civitate Romana fruantur, et mirabili modo,

(1) *L. un., C., De lat. libert. toll.* (VII, 6).

Google

effectum ut nunquam isti homines tamquam cives Romani morerentur, quamvis eo jure postea usi essent, quo vel ex lege *Ælia* Sentia vel ex senatusconsulto cives Romani essent, divus Hadrianus, iniquitate rei motus, auctor fuit senatusconsulti *faciundi*, ut qui ignorante vel recusante patrono ab imperatore jus Quiritium consecuti essent, si eo jure postea usi essent, quo ex lege Ælia Sentia vel ex senatusconsulto, si Latini mansissent, civitatem Romanam consequerentur, proinde ipsi haberentur, ac si lege Ælia Sentia vel senatusconsulto ad civitatem Romanam pervenissent.

74. Eorum autem quos lex Ælia Sentia deditiorum numero facit, bona modo quasi *civium Romanorum* libertorum, modo quasi Latinorum ad patronos pertinent. **75.** Nam eorum bona qui, si in aliquo vitio non essent, manumissi cives Romani futuri essent, quasi civium Romanorum patronis eadem lege tribuuntur. Non tamen hi habent etiam testamenti factionem; nam id plerisque placuit, nec immerito : nam incredibile videbatur, pessimæ conditionis hominibus voluisse legis latorem testamenti faciundi jus concedere. **76.** Eorum vero bona qui, si non in aliquo vitio essent, manumissi futuri Latini essent, proinde tribuuntur patronis, ac si Latini decessissent. Nec me præterit, non satis in ea re legis latorem voluntatem suam verbis expressisse.

Digitized by Google

quibusdam adjectionibus, ipsas vias quæ in Latinitatem ducebant, ad civitatem Romanam capiendam transposuimus.

Tit. VIII. De adsignatione libertorum.

In summa, quod ad bona libertorum, admonendi sumus censuisse senatum, ut, quamvis ad omnes patroni liberos, qui ejusdem gradus sunt, æqualiter bona libertorum pertineant, tamen licere parenti uni ex liberis adsignare libertum, ut post mortem ejus solus is patronus habeatur cui adsignatus est, et ceteri liberi qui ipsi quoque ad eadem bona, nulla adsignatione interveniente, pariter admitterentur, nihil juris in iis bonis habeant; sed ita demum pristinum jus recipiunt, si is cui adsignatus est decesserit nullis liberis relictis.

Google

(*Conf.* Gai. Inst., III, 34, *supra.*)

Google

1. Nec tantum libertum, sed etiam libertam, et non tantum filio nepotive, sed etiam filiæ neptive adsignare permittitur.

2. Datur autem hæc adsignandi facultas ei qui duos pluresve liberos in potestate habebit, ut eis quos in potestate habet, adsignare ei libertum libertamve liceat. Unde quærebatur, si eum cui adsignaverit postea emancipaverit, num evanescat adsignatio? Sed placuit evanescere, quod et Juliano et aliis plerisque visum est.

3. Nec interest testamento quis adsignet, an sine testamento, sed etiam quibuscumque verbis patronis hoc permittitur facere ex ipso senatusconsulto, quod Claudianis temporibus factum est, Suillo Rufo et Osterio Scapula consulibus.

Tit. IX. De bonorum possessionibus.

Jus bonorum possessionis introductum est a prætore, emendandi veteris juris gratia. Nec solum in intestatorum hereditatibus vetus jus eo modo prætor emendavit, sicut supra dictum est, sed in eorum quoque qui testamento facto decesserint; nam si alienus postumus heres fuerit institutus, quamvis hereditatem jure civili adire non poterat, cum institutio non valebat, bonorario tamen jure bonorum possessor efficiebatur, videlicet cum a prætore adjuvabatur.

Sed et is a nostra constitutione hodie recte heres instituitur, quasi et jure civili non incognitus.

1. Aliquando tamen neque emendandi, neque impugnandi veteris juris, sed magis confirmandi gratia pollicetur bonorum possessionem. Nam illis quoque qui recte facto testamento heredes instituti sunt, dat secundum tabulas bonorum possessionem. Item ab intestato suos heredes et adgnatos ab bonorum possessionem vocat; sed et,

Digitized by Google

(*Conf.* GAI. INST., III, 32, 33, *supra.*)

Google

remota quoque bonorum possessione, ad eos pertinet hereditas jure civili.

2. Quos autem prætor solus vocat ad hereditatem, heredes quidem ipso jure non fiunt; nam prætor heredem facere non potest: per legem enim tantum vel similem juris constitutionem heredes fiunt, veluti per senatusconsulta et constitutiones principales; sed cum eis prætor dat bonorum possessionem, loco heredum constituuntur et vocantur bonorum possessores. Adhuc autem et alios complures gradus prætor fecit in bonorum possessionibus dandis, dum id agebat ne quis sine successore moreretur; nam angustissimis finibus constitutum per legem duodecim tabularum jus percipiendarum hereditatum prætor ex bono et æquo dilatavit.

3. Sunt autem bonorum possessiones ex testamento quidem hæ. Prima, quæ præteritis liberis datur, vocaturque CONTRA TABULAS. Secunda, quam omnibus jure scriptis heredibus prætor pollicetur, ideoque vocatur SECUNDUM TABULAS. Et cum de testamentis prius locutus est, ad intestatos transitum fecit. Et primo loco suis heredibus, et iis qui ex edicto prætoris inter suos connumerantur, dat bonorum possessionem quæ vocatur UNDE LIBERI. Secundo legitimis heredibus. Tertio decem personis quas extraneo manumissori præferebat. Sunt autem decem personæ hæ: pater, mater, avus, avia tam paterni quam materni; item filius, filia, nepos, neptis, tam ex filio quam ex filia; frater, soror, sive consanguinei sunt sive uterini. Quarto cognatis proximis. Quinto TAMQUAM EX FAMILIA. Sexto patrono et patronæ, liberisque eorum et parentibus. Septimo viro et uxori. Octavo cognatis manumissoris.

4. Sed eas quidem prætoria introduxit jurisdictio. A nobis tamen nihil incuriosum prætermissum est; sed nostris constitutionibus (1) omnia corrigentes, CONTRA TABULAS

(1) *L. 6, C., De emancipat.* (VIII, 49); *L. 4, C., De bonis libert.* (VI, 4).

Google

quidem et SECUNDUM TABULAS bonorum possessiones admisimus, ut pote necessarias constitutas, nec non ab intestato UNDE LIBERI et UNDE LEGITIMI bonorum possessiones. Quæ autem in prætoris edicto quinto loco posita fuerat, id est, UNDE DECEM PERSONÆ, eam pio proposito et compendioso sermone supervacuam ostendimus. Cum enim præfata bonorum possessio decem personas præponebat extraneo manumissori, nostra constitutio (1), quam de emancipatione liberorum fecimus, omnibus parentibus eisdemque manumissoribus contracta fiducia manumissionem facere dedit, ut ipsa manumissio eorum hoc in se habeat privilegium, et supervacua fiat supradicta bonorum possessio. Sublata igitur præfata quinta bonorum possessione, in gradum ejus sextam antea bonorum possessionem, induximus, et quintam fecimus quam prætor proximis cognatis pollicetur.

5. Cumque antea fuerat septimo loco bonorum possessio TAMQUAM EX FAMILIA, et octavo UNDE LIBERI PATRONI PATRONÆQUE ET PARENTES EORUM, utramque per constitutionem nostram (2), quam de jure patronatus fecimus, penitus vacuavimus. Cum enim ad similitudinem successionis ingenuorum, libertinorum successiones posuimus, quas usque ad quintum tantummodo gradum coarctavimus, ut sit aliqua inter ingenuos et libertinos differentia, sufficit eis tam CONTRA TABULAS bonorum possessio, quam UNDE LEGITIMI et UNDE COGNATI, ex quibus possunt sua jura vindicare, omni scrupulositate et inextricabili errore istarum duarum bonorum possessionum resoluto.

6. Aliam vero bonorum possessionem quæ UNDE VIR ET UXOR appellatur, et nono loco inter veteres bonorum possessiones posita fuerat, et in suo vigore servavimus, et altiore loco, id est, sexto, eam posuimus : decima veteri

(1) *D. L. 6, C., De emancip* — (2) *D. L. 4, C., De bon. libert.*

Google

Google

bonorum possessione, quæ erat UNDE COGNATI MANUMISSORIS, propter causas enarratas merito sublata, ut sex tantummodo bonorum possessiones ordinariæ permaneant suo vigore pollentes.

7. Septima eas secuta, quam optima ratione prætores introduxerunt: novissime enim promittitur edicto iis etiam bonorum possessio, quibus ut detur, lege vel senatusconsulto vel constitutione comprehensum est. Quam neque bonorum possessionibus quæ ab intestato veniunt, neque iis quæ ex testamento sunt, prætor stabili jure connumeravit, sed quasi ultimum et extraordinarium auxilium, prout res exigit, accommodavit, scilicet iis qui ex legibus, senatusconsultis constitutionibusve principum ex novo jure, vel ex testamento, vel ab intestato, veniunt.

8. Cum igitur plures species successionum prætor introduxisset, easque per ordinem disposuisset, et in unaquaque specie successionis sæpe plures extent dispari gradu personæ, ne actiones creditorum differrentur, sed haberent quos convenirent, et ne facile in possessionem bonorum defuncti mitterentur, et eo modo sibi consulerent, ideo petendæ bonorum possessioni certum tempus præfinivit. Liberis itaque et parentibus, tam naturalibus quam adoptivis in petenda bonorum possessione anni spatium, ceteris centum dierum dedit.

9. Et si intra hoc tempus aliquis bonorum possessionem non petierit, ejusdem gradus personis adcrescit; vel, si nemo sit deinceps, ceteris perinde bonorum possessionem ex successorio edicto pollicetur, ac si is qui præcedebat ex eo numero non esset. Si quis itaque delatam sibi bonorum possessionem repudiaverit, non quousque tempus bonorum possessioni præfinitum excesserit, expectatur, sed statim ceteri ex eodem edicto admittuntur. In petenda autem bonorum possessione dies utiles singuli considerantur.

Google

77. Videamus autem et de ea successione quæ nobis ex emptione bonorum competit. 78. Bona autem veneunt aut vivorum aut mortuorum. Vivorum, velut eorum qui fraudationis causa latitant, nec absentes defenduntur; item eorum qui ex lege Julia bonis cedunt; item judicatorum post tempus quod eis, partim lege XII tabularum, partim edicto prætoris, ad expediendam pecuniam tribuitur. Mortuorum bona veneunt, velut eorum quibus certum est neque heredes, neque bonorum possessores, neque ullum alium justum successorem existere. 79. Siquidem vivi bona veneant, jubet ea prætor per dies continuos XXX possideri *et* proscribi: si vero mortui, post dies XV. Postea jubet convenire creditores, et ex eo numero magistrum creari, id est, eum per quem bona veneant. Itaque si vivi bona veneant, in diebus . . . . . jubet, si mortui in . . . . . vivi bona XXX, mortui vero XX emptori addici jubet. Quare autem tardius viventium bonorum venditio compleri jubet*ur*, illa ratio est, quia de vivis curandum erat, ne facile bonorum venditiones paterentur.

80. Neque aut*em* bonorum possess*orum*, *ne*que *bonorum empto*rum *res* pleno jure fiunt, sed in bonis efficiuntur; *ex jure Quiritium* autem ita demum adquiruntur, si usuceperunt. Interdum quidem bonorum emptorib*us*. . . . . quidem. . . . . si per eos. . . . . bonorum emptor. . . . . 81. Item quæ debi*ta sunt ei cujus fuerunt bona,* aut ipse debuit, neque bonorum possessor*es*, *neque* bonorum emptor*es* ipso jure debent, *aut ipsis debentur; sed* de omnibus rebus *utilibus*

Google

10. Sed bene anteriores principes (1) et huic causæ providerunt, ne quis pro petenda bonorum possessione curet, sed quocumque modo, si admittentis eam iudicium, intra statuta tamen tempora, ostenderit, plenum habeat earum beneficium.

(1) *Constant., LL. 8 et 9, C., Qui admitti ad bon. poss.* (VI, 9).

Google

actionibus et conveniuntur et experiuntur, quas inferius proponemus.

82. Sunt autem etiam alterius generis successiones, *quæ* neque lege XII tabularum, neque prætoris edicto, sed eo jure (*quod*) consensu receptum est, introductæ sunt.

83. *Ecce enim*, cum paterfamilias se in adoptionem dedit, mulierque in manum convenit, *omnes eorum* res incorporales et corporales, quæque eis debitæ sunt, patri adoptivo coemptionatorive adquiruntur, exceptis iis quæ per capitis deminutionem pereunt, quales sunt ususfructus, operarum obligatio *libertorum* quæ per jusjurandum contracta est, et *quæ continentur* legitimo judicio.

84. *Sed e* diverso *quod debet is qui se in* adoptionem dedit, *vel quæ in manum convenit, ad* ipsum *quidem* coemptionatorem, aut ad patrem adoptivum *pertinet* hereditarium æs alienum, *proque eo, quia suo nomine* ipse pater adoptivus *aut coemptionator* heres fit, directo tenetur jure, *non vero is qui* se adoptandum dedit, quæve *in manum con-*

Google

TIT. X. DE ADQUISITIONE PER ADROGATIONEM.

Est et alterius generis per universitatem successio, quæ neque lege duodecim tabularum, neque prætoris edicto, sed eo jure quod consensu receptum est, introducta est.

1. Ecce enim, cum paterfamilias sese in adrogationem dat, omnes res ejus corporales et incorporales, quæque ei debitæ sunt, adrogatori antea quidem pleno jure adquirebantur, exceptis iis quæ per capitis deminutionem pereunt, quales sunt operarum obligationes et jus adgnationis.

Usus etenim et ususfructus licet his antea connumerabantur, attamen capitis deminutione minima eos tolli nostra prohibuit constitutio (1).

2. Nunc autem nos (2) eamdem adquisitionem quæ per adrogationem fiebat, coarctavimus ad similitudinem naturalium parentium. Nihil etenim aliud, nisi tantummodo ususfructus, tam naturalibus patribus quam adoptivis per filiosfamilias adquiritur in iis rebus quæ extrinsecus filiis obveniunt, dominio eis integro servato; mortuo autem filio adrogato in adoptiva familia, etiam dominium ejus ad adrogatorem pertransit, nisi supersint aliæ personæ quæ ex constitutione nostra patrem, in iis quæ adquiri non possunt, antecedunt.

---

(1) *L.* 16, *pr.*, §§ 1 *et* 2, *C.*, *De usufr. et habit.* (III, 33).
(2) *L.* 11, *C.*, *Commun. de success.* (VI, 59).

Digitized by Google

venit, *quia* desinit *jure civili* heres esse. De eo vero quod prius *suo nomine eæ* personæ debuerint, licet neque pater adoptivus teneatur neque coemptionator, *neque* ipse quidem qui se in adoptionem ded*it*, *vel* quæ in manum convenit, maneat obligatus obligatave, quia *scilicet* per capitis deminutionem *libera*tur, tamen in eum eamve *ut*ilis actio datur, r*escissa* capitis deminutione, et si adversus hanc actionem non defendantur, quæ bona eorum futura fuissent, si se alieno juri non subjecissent, universa vendere creditoribus prætor permittit.

85. (*Item si is ad quem ab intestato legitimo jure pertinet hereditas, eam hereditatem, antequam cer*)nat, aut pro herede gerat, alii in jure cedat, pleno jure heres *fit is cui eam cesserit*, *perinde ac si ipse per* legem ad hereditatem vocaretur. Quod si, posteaquam heres extiterit, cesserit, adhuc heres manet, et ob id [a] creditoribus ipse tenebitur : sed res corporales transferet, proinde ac si singulas in jure cessisset; debita vero pereunt, eoque modo debitores hereditarii lucrum faciunt. **86.** Idem juris est si testamento scriptus heres, posteaquam heres extiterit, in jure cesserit hereditatem; ante aditam vero hereditatem cedendo, nihil agit. **87.** Suus autem et necessarius heres an aliqui*d* agant in jure cedendo, quæritur. Nostri præceptores nihil eos agere existimant : diversæ scholæ auctores idem eos agere putant, quod ceteri post aditam hereditatem; nihil enim interest, utrum aliquis cernendo aut pro herede gerendo heres fiat, an juris necessitate hereditati adstringatur.

Google

3. Sed ex diverso, pro eo quod is debuit qui se in adoptionem dedit, ipso quidem jure adrogator non tenetur, sed nomine filii convenietur; et si noluerit eum defendere, permittitur creditoribus per competentes nostros magistratus bona quæ ejus cum usufructu futura fuissent, si se alieno juri non subjecisset, possidere et legitimo modo ea disponere.

Tit. XI. De eo cui libertatis causa bona addicuntur.

Accessit novus casus successionis ex constitutione divi Marci : nam, si ii qui libertatem acceperunt a domino, in testamento ex quo non aditur hereditas, velint bona sibi addici libertatum conservandarum causa, audiuntur.

1. Et ita rescripto divi Marci ad Popilium Rufum continetur. Verba rescripti ita se habent : « Si Virginio Valenti, qui testamento suo libertatem quibusdam adscripsit,

Google

Digitized by Google

nemine successore ab intestato existente, in ea causa bona ejus esse cœperunt ut venire debeant, is cujus de ea re notio est aditus rationem desiderii tui habebit, ut, libertatum, tam earum quæ directo, quam earum quæ per speciem fideicommissi relictæ sunt, tuendarum gratia, addicantur tibi, si idonee creditoribus caveris de solido quod cuique debetur solvendo. Et ii quidem quibus directa libertas data est, perinde liberi erunt, ac si hereditas adita esset; ii autem quos heres manumittere rogatus est, a te libertatem consequentur: ita ut, si non alia conditione velis bona tibi addici, quam ut etiam qui directo libertatem acceperunt, tui liberti fiant (1); nam huic etiam voluntati tuæ, si ii quorum de statu agitur consentiant, auctoritatem nostram accommodamus. Et ne hujus rescriptionis nostræ emolumentum alia ratione irritum fiat, si fiscus bona agnoscere voluerit, et ii qui rebus nostris attendunt, scient commodo pecuniario præferendam libertatis causam, et ita bona cogenda, ut libertas iis salva sit, qui eam adipisci potuerunt si hereditas ex testamento adita esset. »

2. Hoc rescripto subventum est et libertatibus, et defunctis, ne bona eorum a creditoribus possideantur et veneant. Certe si fuerint hac de causa bona addicta, cessat bonorum venditio: extitit enim defuncti defensor, et quidem idoneus, qui de solido creditoribus cavet.

3. In primis hoc rescriptum totiens locum habet, quotiens testamento libertates datæ sunt. Quid ergo, si quis intestatus decedens codicillis libertates dederit, neque adita sit ab intestato hereditas? Favor constitutionis debebit locum habere. Certe, si testatus decedat, et codicillis dederit libertatem, competere eam nemini dubium est.

---

(1) Anacoluthon in contextu est, quod evanescit, si deleveris *ut* vel *quam ut etiam*, vel iteraveris *fiant*, vel in sequenti deleveris *nam* et legeris *accommodemus*.

Google

(*Conf.* GAI. INST. III, 77-81, *supra.*)

Digitized by Google

4. Tunc constitutioni locum esse verba ostendunt, cum nemo successor ab intestato existat : ergo, quamdiu incertum erit utrum existat an non, cessabit constitutio; si certum esse cœperit neminem extare, tunc erit constitutioni locus.

5. Si is qui in integrum restitui potest, abstinuerit se ab hereditate, quamvis potest in integrum restitui, potest admitti constitutio et bonorum addictio fieri. Quid ergo, si, post addictionem libertatum conservandarum causa factam, in integrum sit restitutus? Utique non erit dicendum revocari libertates, quæ semel competierunt.

6. Hæc constitutio libertatum tuendarum causa introducta est; ergo, si libertates nullæ sunt datæ, cessat constitutio. Quid ergo, si vivus dederit libertates, vel mortis causa, et, ne de hoc quæratur utrum in fraudem creditorum an non factum sit, idcirco velint sibi addici bona, an audiendi sunt? Et magis est ut audiri debeant, etsi deficiant verba constitutionis.

7. Sed cum multas divisiones ejusmodi constitutioni deesse perspeximus, lata est a nobis plenissima constitutio (1), in quam multæ species collatæ sunt, quibus jus hujusmodi successionis plenissimum est effectum, quas ex ipsa lectione constitutionis potest quis cognoscere.

TIT. XII. DE SUCCESSIONIBUS SUBLATIS, QUÆ FIEBANT PER BONORUM VENDITIONEM, ET EX SENATUSCONSULTO CLAUDIANO.

Erant ante prædictam successionem olim et aliæ per universitatem successiones : qualis fuerat bonorum emptio, quæ de bonis debitoris vendendis per multas ambages fuerat introducta, et tunc locum habebat quando judicia ordinaria in usu fuerunt.

Sed cum extraordinariis judicis posteritas usa est, ideo

(1) *L.* 15, *pr.*, §§ 1-6, *C.*, *De testam. manum.* (VII, 2).

Digitized by Google

88. (*Nunc transeamus*) ad obligationes.

PAULUS, *lib. II Institutionum* (1).

Obligationum substantia non in eo consistit, ut aliquod corpus nostrum, aut servitutem nostram faciat, sed ut alium nobis obstringat ad dandum aliquid, vel faciendum, vel præstandum.

Quarum summa divisio in duas species deducitur : omnis enim obligatio vel ex contractu nascitur, vel ex delicto.

89. Et prius videamus de his quæ ex contractu nascuntur. Harum quatuor genera sunt : aut enim re contrahitur obligatio, aut verbis, aut litteris, aut consensu.

(1) *L.* 3, *D.*, *De obligationibus et actionibus* (XLIV, 7).

Google

cum ipsis ordinariis judiciis etiam bonorum venditiones expiraverunt; et tantummodo creditoribus datur officio judicis bona possidere, et, prout utile eis visum fuerit, ea disponere: quod ex latioribus Digestorum libris perfectius apparebit.

1. Erat et ex senatusconsulto Claudiano miserabilis per universitatem adquisitio, cum libera mulier, servili amore bacchata, ipsam libertatem per senatusconsultum amittebat, et cum libertate substantiam.

Quod indignum nostris temporibus esse existimantes, et a nostra civitate deleri, et non inseri nostris Digestis concessimus (1).

TIT. XIII. DE OBLIGATIONIBUS.

Nunc transeamus ad obligationes.

Obligatio est juris vinculum, quo necessitate adstringimur alicujus solvendæ rei, secundum nostræ civitatis jura.

1. Omnium autem obligationum summa divisio in duo genera deducitur; namque aut civiles sunt aut prætoriæ. Civiles sunt, quæ aut legibus constitutæ, aut certe jure civili comprobatæ sunt. Prætoriæ sunt, quas prætor ex sua jurisdictione constituit, quæ etiam honorariæ vocantur.

2. Sequens divisio in quatuor species deducitur: aut enim ex contractu sunt, aut quasi ex contractu, aut ex maleficio, aut quasi ex maleficio.

Prius est ut de iis quæ ex contractu sunt, dispiciamus. Harum æque quatuor sunt species: aut enim re contrahuntur, aut verbis, aut literis, aut consensu. De quibus singulis dispiciamus.

---

(1) *L. un., C., De senatusc. Claud. toll.* (VII, 24).

GAIUS, *lib. II Aureorum* (1).

Obligationes aut ex contractu nascuntur, aut ex maleficio, aut proprio quodam jure ex variis causarum figuris.

Obligationes ex contractu aut re contrahuntur, aut verbis, aut consensu.

MODESTINUS, *lib. II Regularum* (2).

Obligamur aut re, aut verbis, aut simul utroque, aut consensu, aut lege, aut jure honorario, aut necessitate, aut ex peccato. — Re obligamur, cum res ipsa intercedit. — Verbis, cum præcedit interrogatio, et sequitur congruens responsio. — Re et verbis pariter obligamur, cum et res interrogationi intercedit. — Consentientes in aliquam rem, ex consensu obligari necessario ex voluntate nostra videmur. — Lege obligamur, cum obtemperantes legibus aliquid secundum præceptum legis, aut contra facimus. — Jure honorario obligamur, ex his quæ edicto perpetuo vel a magistratu fieri præcipiuntur, vel fieri prohibentur. — Necessitate obligantur, quibus non licet aliud facere, quam quod præceptum est : quod evenit in necessario herede. — Ex peccato obligamur, cum in facto quæstionis summa constitit. — Etiam nudus consensus sufficit obligationi, quamvis verbis hoc exprimi possit. — Sed et nutu solo pleraque consistunt.

90. Re contrahitur obligatio, velut mutui datione. (*Quæ*) proprie in his fere rebus contingit, quæ [res] pondere, numero, mensura constant : qualis est pecunia numerata, vinum, oleum, frumentum, æs, argentum, aurum. Quas res aut numerando, aut metiendo, aut pendendo in hoc damus, ut accipientium fiant, et quandoque nobis non eadem sed alia ejusdem naturæ reddantur. Unde etiam mutuum appellatum est, quia quod ita tibi a me datum est, ex meo tuum fiat.

GAIUS, *lib. II Aureorum* (3).

Re contrahitur obligatio, veluti mútui datione. Mutui autem datio consistit in his rebus, quæ pondere, numero, mensurave

(1) *L.* 1, *pr.*, § 1, *D.*, *De obligationibus et actionibus* (XLIV, 7). — (2) *L.* 52. *D.*, *eod.* — (3) *L.* 1, § 2, *D.*, *eod.*

Google

Tit. XIV. Quibus modis re contrahitur obligatio.

Re contrahitur obligatio, veluti mutui datione. Mutui autem datio in iis rebus consistit, quæ pondere, numero, mensurave constant, veluti vino, oleo, frumento, pecunia numerata, ære, argento, auro : quas res, aut numerando, aut metiendo, aut adpendendo in hoc damus, ut accipientium fiant, et quandoque nobis non eadem res, sed aliæ ejusdem naturæ et qualitatis reddantur. Unde etiam mutuum appellatum est, quia ita a me tibi datur, ut ex meo tuum fiat. Et ex eo contractu nascitur actio quæ vocatur condictio.

Digitized by Google

constant, veluti vino oleo, frumento, pecunia numerata, quas res in hoc damus, ut fiant accipientis, postea alias recepturi ejusdem generis et qualitatis.

91. Is quoque qui non debitum accepit ab eo qui per errorem solvit, re obligatur : nam proinde ei condici potest, SI PARET EUM DARE OPORTERE, ac si mutuum accepisset. Unde quidam putant, pupillum aut mulierem, cui sine tutoris auctoritate non debitum per errorem datum est, non teneri condictione, non magis quam mutui datione. Sed hæc species obligationis non videtur ex contractu consistere, quia is qui solvendi animo dat, magis distrahere vult negotium, quam contrahere.

PAULUS, *lib. II Institutionum* (1).

Non satis autem est, dantis esse nummos, et fieri accipientis, ut obligatio nascatur, sed etiam hoc animo dari et accipi, ut obligatio constituatur. Itaque si quis pecuniam suam donandi causa dederit mihi, quanquam et donantis fuerit, et mea fiat, tamen non obligabor ei, quia non hoc inter nos actum est.

GAIUS, *lib. II Aureorum* (2).

Is quoque, cui rem aliquam commodamus, re nobis obligatur; sed is de ea ipsa re, quam acceperit, restituenda tenetur. — Et ille quidem, qui mutuum accepit, si quolibet casu quod accepit amiserit, nihilominus obligatus permanet; is vero, qui utendum accepit, si majore casu, cui humana infirmitas resistere non potest, veluti incendio, ruina, naufragio, rem, quam accipit, amiserit, securus est. Alias tamen exactissimam diligentiam custodiendæ rei præstare compellitur, nec sufficit ei eamdem diligentiam adhibere, quam suis rebus adhibet, si alius diligentior custodire potuerit. Sed et in majoribus casibus, si culpa ejus interveniat, tenetur, veluti si, quasi amicos ad cœnam invitaturus, argentum, quod in eam rem utendum acceperit, per agre proficiscens secum portare voluerit, et id aut naufragio, aut prædonum hostiumve incursu amiserit.

(1) *L.* 3, § 1, *D*, *eod.* — (2) *L.* 1, § 3-6, *D.*, *eod.*

Google

1. Is quoque qui non debitum accepit ab eo qui per errorem solvit, re obligatur; daturque agenti contra eum propter repetitionem condictitia actio; nam perinde ab eo condici potest, SI PARET EUM DARE OPORTERE, ac si mutuum accepisset. Unde pupillus, si ei sine tutoris auctoritate non debitum per errorem datum est, non tenebitur indebiti condictione, magis quam mutui datione. Sed hæc species obligationis non videtur ex contractu consistere, cum is qui solvendi animo dat, magis distrahere voluit negotium, quam contrahere.

2-4. Item is cui res aliqua utenda datur, id est commodatur, re obligatur, et tenetur commodati actione. Sed is ab eo qui mutuum accepit, longe distat; namque non ita res datur ut ejus fiat, et ob id de ea re ipsa restituenda tenetur. Et is quidem qui mutuum accepit, si quolibet fortuito casu amiserit quod accepit, veluti incendio, ruina, naufragio aut latronum hostiumve incursu, nihilominus obligatus permanet : at is qui utendum accepit, sane quidem exactam diligentiam custodiendæ rei præstare jubetur, nec sufficit ei tantam diligentiam adhibuisse, quantam in suis rebus adhibere solitus est, si modo alius diligentior poterit eam rem custodire; sed propter majorem vim majoresve casus non tenetur, si modo non hujus ipsius culpa is casus intervenerit. Alioqui, si id quod tibi commodatum

Digitized by Google

Is quoque, apud quem rem aliquam deponimus, re nobis tenetur; qui et ipse de ea re, quam acceperit, restituenda tenetur. Sed is, etiam si negligenter rem custoditam amiserit, securus est; quia enim non sua gratia accipit, sed ejus, a quo accipit, in eo solo tenetur, si quid dolo perierit : negligentiæ vero nomine ideo non tenetur, quia qui negligenti amico rem custodiendam committit, de se queri debet; magnam tamen negligentiam placuit in doli crimen cadere.

Creditor quoque, qui pignus accepit, re tenetur; qui et ipse de ea ipsa re, quam accepit, restituenda tenetur.

GAIUS, *lib. II Aureorum* (1).

Verbis obligatio contrahitur ex interrogatione et responsu, cum quid dari fierive nobis stipulamur.

PAULUS, *lib. II Institutionum* (2).

Verborum quoque obligatio constat, si inter contrahentes id agatur; nec enim, si per jocum puta, vel demonstrandi intellectus causa, ego tibi dixero : SPONDES? et tu responderis : SPONDEO, nascetur obligatio.

(1) *L.* 1, § 7, *D.*, *De oblig. et act.* — (2) *L.* 3, § 2, *D.*, *eod.*

Google

est, peregre tecum ferre malueris, et vel incursu hostium prædonumve, vel naufragio amiseris, dubium non est quin de restituenda ea re tenearis. Commodata autem res tunc proprie intelligitur, si nulla mercede accepta vel constituta res tibi utenda data est : alioqui mercede interveniente locatus tibi usus rei videtur; gratuitum enim debet esse commodatum.

3. Præterea et is apud quem res aliqua deponitur, re obligatur, et actione depositi; qui et ipse de ea re quam accepit restituenda tenetur. Sed is ex eo solo tenetur, si quid dolo commiserit; culpæ autem nomine, id est, desidiæ ac negligentiæ non tenetur : itaque securus est, qui parum diligenter custoditam rem furto amiserit, quia qui negligenti amico rem custodiendam tradidit, suæ facilitati id imputare debet.

4. Creditor quoque qui pignus accepit, re obligatur; qui et ipse de ea re quam accepit restituenda tenetur actione pigneratitia. Sed, quia pignus utriusque gratia datur, et debitoris, quo magis pecunia ei crederetur, et creditoris, quo magis ei in tuto sit creditum, placuit sufficere quod ad eam rem custodiendam exactam diligentiam adhiberet : quam si præstiterit, et aliquo fortuito casu eam rem amiserit, securum esse, nec impediri creditum petere.

Tit. XV. De verborum obligatione.

Verbis obligatio contrahitur ex interrogatione et responsione, cum quid dari fierive nobis stipulamur. Ex qua duæ proficiscuntur actiones, tam condictio, si certa sit stipulatio, quam ex stipulatu, si incerta : quæ hoc nomine inde utitur, quia stipulum apud veteres firmum appellabatur, forte a stipite descendens.

Digitized by Google

92. Verbis obligatio fit ex interrogatione et responsione, velut: DARI SPONDES? SPONDEO; DABIS? DABO; PROMITTIS? PROMITTO; FIDEPROMITTIS? FIDEPROMITTO; FIDEJUBES? FIDEJUBEO; FACIES? FACIAM. 93. Sed hæc quidem verborum obligatio: DARI SPONDES? SPONDEO, propria civium Romanorum est; ceteræ vero juris gentium sunt. Itaque inter omnes homines, sive Romanos sive peregrinos, valent; et quamvis ad Græcam vocem expressæ fuerint, velut hoc modo: (δώσεις; δώσω· ὁμολογεῖς; ὁμολογῶ· πίστει κελεύεις; πίστει κελεύω· ποιήσεις; ποιήσω), etiam hæ tamen inter cives Romanos valent, si modo Græci sermonis intellectum habeant; et e contrario quamvis Latine enuntientur, tamen etiam inter peregrinos valent, si modo Latini sermonis intellectum habeant. At illa verborum obligatio: DARI SPONDES? SPONDEO, adeo propria civium Romanorum est, ut ne quidem in Græcum sermonem per interpretationem proprie transferri possit; quamvis dicatur a Græca voce figurata esse. 94. Unde dicitur uno casu hoc verbo peregrinum quoque obligari posse, velut si imperator noster principem alicujus peregrini populi de pace ita interroget: PACEM FUTURAM SPONDES? vel ipse eodem modo interrogetur. Quod nimium subtiliter dictum est; quia si quid adversus pactionem fiat, non ex stipulatu agitur, sed jure belli res vindicatur. 95. Illud dubitari potest si quis . . . . . .

96 . . . . . obligentur: utique *cum* quæritur de jure Romanorum; nam apud peregrinos quid juris sit, singularum civitatium jura requirentes, aliud in *alia* lege *reperiemus*.

Google

1. In hac re olim talia verba tradita fuerunt: SPONDES? SPONDEO; PROMITTIS? PROMITTO; FIDEPROMITTIS? FIDEPROMITTO; FIDEJUBES? FIDEJUBEO; DABIS? DABO; FACIES? FACIAM. Utrum autem Latina, an Græca, vel qua alia lingua stipulatio concipiatur, nihil interest, scilicet, si uterque stipulantium intellectum ejus linguæ habeat. Nec necesse est eadem lingua utrumque uti, sed sufficit congruenter ad interrogatum respondere; quin etiam duo Græci Latina lingua obligationem contrahere possunt.

Sed hæc solemnia verba olim quidem in usu fuerunt. Postea autem Leoniana constitutio lata est, quæ, solemnitate verborum sublata, sensum et consonantem intellectum ab utraque parte solum desiderat, licet quibuscumque verbis expressus est (1).

(1) *Leo, L.* 10, *C., De contrah. et committ. stipul.* (VIII, 38).

Digitized by Google

2. Omnis stipulatio aut pure, aut in diem, aut sub conditione fit : pure, veluti : QUINQUE AUREOS DARE SPONDES? idque confestim peti potest; in diem, cum adjecto die quo pecunia solvatur, stipulatio fit, veluti : DECEM AUREOS PRIMIS CALENDIS MARTIIS DARE SPONDES? Id autem quod in diem stipulamur, statim quidem debetur; sed peti, priusquam dies venerit, non potest. Ac ne eo quidem ipso die, in quem stipulatio facta est, peti potest, quia totus is dies arbitrio solventis tribui debet; neque enim certum est eo die in quem promissum est, datum non esse, priusquam is præterierit.

3. At si ita stipuleris : DECEM AUREOS ANNUOS QUOAD VIVAM DARE SPONDES? et pure facta obligatio intelligitur, et perpetuatur, quia ad tempus deberi non potest; sed heres petendo pacti exceptione submovebitur.

4. Sub conditione stipulatio fit, cum in aliquem casum differtur obligatio, ut, si aliquid factum fuerit aut non fuerit; stipulatio committatur, veluti : si TITIUS CONSUL FUERIT FACTUS, QUINQUE AUREOS DARE SPONDES? Si quis ita stipuletur : SI IN CAPITOLIUM NON ASCENDERO, DARE SPONDES? perinde erit ac si stipulatus esset, cum morietur, sibi dari. Ex conditionali stipulatione tantum spes est debitum iri, eamque ipsam spem in heredem transmittimus, si prius, quam conditio existat, mors nobis contigerit.

5. Loca etiam inseri stipulationi solent, veluti : CARTHAGINE DARE SPONDES? Quæ stipulatio, licet pure fieri videatur, tamen re ipsa habet tempus injectum, quo promissor utatur ad pecuniam Carthagine dandam; et ideo si quis Romæ ita stipuletur : HODIE CARTHAGINE DARE SPONDES? inutilis erit stipulatio, cum impossibilis sit repromissio.

6. Conditiones quæ ad præteritum, vel ad præsens tempus referuntur, aut statim infirmant obligationem, aut omnino non differunt, veluti : si TITIUS CONSUL FUIT, vel si

Digitized by Google

Digitized by Google

MÆVIUS VIVIT, DARE SPONDES? nam, si ea ita non sunt, nihil valet stipulatio; sin autem ita se habent, statim valet. Quæ enim per rerum naturam sunt certa, non morantur obligationem, licet apud nos incerta sint.

7. Non solum res in stipulatum deduci possunt, sed etiam facta, ut si stipulemur aliquid fieri, vel non fieri. Et in hujusmodi stipulationibus optimum erit pœnam subjicere, ne quantitas stipulationis in incerto sit, ac necesse sit actori probare quid ejus intersit. Itaque, si quis ut fiat aliquid stipuletur, ita adjici pœna debet : SI ITA FACTUM NON ERIT, TUNC POENÆ NOMINE DECEM AUREOS DARE SPONDES. Sed si quædam fieri, quædam non fieri, una eademque conceptione stipuletur, clausula hujusmodi erit adjicienda : SI ADVERSUS EA FACTUM ERIT, SIVE QUID ITA FACTUM NON ERIT, TUNC POENÆ NOMINE DECEM AUREOS DARE SPONDES?

TIT. XVI. DE DUOBUS REIS STIPULANDI ET PROMITTENDI.

Et stipulandi et promittendi duo pluresve rei fieri possunt. Stipulandi ita, si post omnium interrogationem promissor respondeat SPONDEO, ut puta, cum, duobus separatim stipulantibus, ita promissor respondeat : UTRIQUE VESTRUM DARE SPONDEO; nam, si prius Titio spoponderit, deinde, alio interrogante, spondeat, alia atque alia erit obligatio, nec creduntur duo rei stipulandi esse. Duo pluresve rei promittendi ita fiunt : MÆVI, QUINQUE AUREOS DARE SPONDES? SEI, EOSDEM QUINQUE AUREOS DARE SPONDES? si respondent singuli separatim : SPONDEO.

1. Ex hujusmodi obligationibus, et stipulantibus solidum singulis debetur, et promittentes singuli in solidum tenentur; in utraque tamen obligatione una res vertitur, et vel alter debitum accipiendo, vel alter solvendo, omnium perimit obligationem, et omnes liberat.

Digitized by Google

FLORENTINUS, *lib. VIII Institutionum* (1).

Ex duobus reis promittendi alius in diem vel sub conditione obligari potest; nec enim impedimento erit dies aut conditio, quo minus ab eo, qui pure obligatus est, petatur.

HERMOGENIANUS, *lib. VI Juris Epitomarum* (2).

Hereditas in multis partibus juris pro domino habetur, ideoque hereditati quoque ut domino per servum hereditarium acquiritur. In his sane, in quibus factum personæ operæve substantia desideratur, nihil hereditati quæri per servum potest; ac propterea, quamvis servus hereditarius heres institui possit, tamen, quia adire jubentis domini persona desideratur, heres exspectandus est.

Ususfructus, qui sine persona constitui non potest, hereditati per servum non acquiritur.

FLORENTINUS, *lib. VIII Institutionum* (3).

Sive mihi, sive sibi, sive conservo suo, sive impersonaliter dari servus meus stipuletur, mihi acquiret.

---

(1) *L.* 7. *D., De duobus reis constituendis* (XLV, 2). — (2) *L.* 61, *pr.*, § 1, *D., De adquir. rer. dom.* (XLI, 1). — (3) *L.* 15, *D., De stipulatione servorum* (XLV, 3).

Digitized by Google

2. Ex duobus reis promittendi alius pure, alius in diem, vel sub conditione obligari potest; nec impedimento erit dies aut conditio, quominus ab eo qui pure obligatus est, petatur.

Tit. XVII. De stipulatione servorum.

Servus ex persona domini jus stipulandi habet. Sed hereditas in plerisque personæ defuncti vicem sustinet: ideoque quod servus hereditarius ante aditam hereditatem stipulatur, adquirit hereditati, ac per hoc etiam heredi postea facto adquiritur.

1. Sive autem domino, sive sibi, sive conservo suo, sive impersonaliter servus stipuletur, domino adquirit. Idem juris est et in liberis qui in potestate patris sunt, ex quibus causis adquirere possunt.

2. Sed, cum factum in stipulatione continebitur, omnimodo persona stipulantis continetur, veluti si servus stipuletur ut sibi ire agere liceat; ipse enim tantum prohiberi non debet, non etiam dominus ejus.

3. Servus communis stipulando unicuique dominorum pro portione dominii adquirit; nisi jussu unius eorum aut nominatim cui eorum stipulatus est: tunc enim ei soli adquiritur. Quod servus communis stipulatur, si alteri ex dominis adquiri non potest, solidum alteri adquiritur, veluti si res quam dari stipulatus est, unius domini sit.

Tit. XVIII. De divisione stipulationum.

Stipulationum aliæ sunt judiciales, aliæ prætoriæ, aliæ conventionales, aliæ communes tam prætoriæ quam judiciales.

Digitized by Google

97. Si id quod dari stipulamur, tale sit ut dari non possit, inutilis est stipulatio : velut si quis hominem liberum, quem servum esse credebat, aut mortuum, quem vivum esse credebat, aut locum sacrum vel religiosum, quem putabat *esse* humani juris, *sibi dari* stipuletur. **97a.** (*Item si quis rem quæ in rerum natura esse non potest, velut hippocentaurum, sibi dari stipuletur,*) æque inutilis est stipulatio.

GAIUS, *lib. II, Aureorum* (1).

Si id, quod dari stipulemur, tale sit, ut dari non possit, palam est, naturali ratione inutilem esse stipulationem, veluti si de

(1) *L.* 1, §§ 9, 10, *D., De obl. et act.* (XLIV, 7).

Google

1. Judiciales sunt dumtaxat, quæ a mero judicis officio proficiscuntur, veluti de dolo cautio, vel de persequendo servo qui in fuga est, restituendove pretio.

2. Prætoriæ sunt, quæ a mero prætoris officio proficiscuntur, veluti damni infecti, vel legatorum. Prætorias autem stipulationes sic exaudiri oportet, ut in his contineantur etiam ædilitiæ; nam et hæ a jurisdictione veniunt.

3. Conventionales sunt, quæ ex conventione utriusque partis concipiuntur, hoc est, neque jussu judicis neque jussu prætoris, sed ex conventione contrahentium. Quarum totidem genera sunt quot, pene dixerim, rerum contrahendarum.

4. Communes stipulationes sunt, veluti rem salvam fore pupilli : nam et prætor jubet rem salvam fore pupillo caveri, et interdum judex, si aliter expediri hæc res non potest; vel de rato stipulatio.

Tit. XIX. De inutilibus stipulationibus.

Omnis res quæ dominio nostro subjicitur, in stipulationem deduci potest, sive illa mobilis, sive soli sit.

1. At, si quis rem quæ in rerum natura non est, aut esse non potest, dari stipulatus fuerit, veluti Stichum qui mortuus sit, quem vivere credebat, aut hippocentaurum qui esse non possit, inutilis erit stipulatio.

2. Idem juris est, si rem sacram aut religiosam, quam humani juris esse credebat, vel publicam quæ usibus populi perpetuo exposita sit, ut forum vel theatrum, vel liberum hominem, quem servum esse credebat, vel cujus commercium non habuerit, vel rem suam, dari quis stipuletur. Nec in pendenti erit stipulatio ob id quod publica res in privatum deduci, et ex libero servus fieri potest, et commercium adipisci stipulator potest, et res stipulatoris

Digitized by Google

homine libero, vel jam mortuo, vel ædibus deustis facta sit stipulatio inter eos, qui ignoraverint eum hominem liberum esse, vel mortuum esse, vel ædes deustas esse. Idem juris est, si quis locum sacrum aut religiosum dari sibi stipulatus fuerit.

Nec minus inutilis est stipulatio, si quis rem suam, ignorans suam esse, stipulatus fuerit.

(*Conf.* Gai. Inst. III, § 103, *infra*.)

(*Conf.* Gai. Inst. III, § 102, *infra*.)

Google

esse desinere potest; sed protinus inutilis est. Item contra, licet initio utiliter res in stipulatum deducta sit, si postea in earum qua causa, de quibus supra dictum est, sine facto promissoris devenerit, extinguetur stipulatio. Ac nec statim ab initio talis stipulatio valebit: LUCIUM TITIUM, CUM SERVUS ERIT, DARE SPONDES? et similia; quia, quæ natura sui dominio nostro exempta sunt, in obligationem deduci nullo modo possunt.

3. Si quis alium daturum facturumve quid spoponderit, non obligabitur, veluti si spondeat Titium quinque aureos daturum. Quod si effecturum se, ut Titius daret, spoponderit, obligatur.

4. Si quis alii, quam cujus juri subjectus sit, stipuletur, nihil agit. Plane solutio etiam si extranei personam conferri potest, veluti si quis ita stipuletur: MIHI AUT SEIO DARE SPONDES? ut obligatio quidem stipulatori adquiratur, solvi tamen Seio, etiam invito eo, recte possit; ut liberatio ipso jure contingat, sed ille adversus Seium habeat mandati actionem. Quod si quis sibi et alii, cujus juri subjectus non sit, dari decem aureos stipulatus est, valebit quidem stipulatio; sed utrum totum debeatur quod in stipulationem deductum est, an vero pars dimidia, dubitatum est: sed placet non plus quam dimidiam partem ei adquiri. Ei qui juri tuo subjectus est, si stipulatus sis, tibi adquiris; quia vox tua tamquam filii sit, sicuti filii vox tanquam tua intelligitur in iis rebus quæ tibi adquiri possunt.

5. Præterea inutilis est stipulatio, si quis ad ea quæ interrogatus erit, non respondeat, veluti, si decem aureos a te dari stipuletur, tu quinque promittas, vel contra; aut si ille pure stipuletur, tu sub conditione promittas, vel contra, si modo silicet id exprimas, id est, si cui sub conditione vel in diem stipulanti tu respondeas: PRÆSENTI DIE SPONDEO, nam si hoc solum respondeas: PROMITTO: breviter videris in eamdem diem vel conditionem spopondisse; ne-

Digitized by Google

(*Conf.* Gai. Inst. III, § 104, *infra.*)

(*Conf.* Gai. Inst. III, § 105, *infra.*)

Gaius, *lib. II Aureorum* (1).

Mutum nihil pertinere ad obligationem verborum, natura manifestum est. — Sed et de surdo idem dicitur, quia, etiam si loqui possit, sive promittat, verba stipulantis exaudire debet, sive stipuletur, debet exaudire verba promittentis : unde apparet, non de eo nos loqui, qui tardius exaudit, sed qui omnino non exaudit.

(*Conf.* Gai. Inst. III, §§ 106, 107, 109, *infra.*)

Gaius, *lib. II Aureorum* (2).

Furiosum, sive stipuletur, sive promittat, nihil agere, natura manifestum est.

Huic proximus est, qui ejus ætatis est, ut nondum intelligat, quid agatur.

Sed quod ad hunc, benignius acceptum est; nam qui loqui potest, creditur et stipulari et promittere recte posse.

(1) *L.* 1, §§ 14, 15, *D., De obl. et act.* — (2) *L.* 1, §§ 12, 13, *D., De obl. et act.*

Google

que enim necesse est in respondendo eadem omnia repeti, quæ stipulator expresserit.

6. Item inutilis est stipulatio, si ab eo stipuleris qui tuo juri subjectus est, vel si is a te stipuletur. Sed servus quidem, non solum domino suo obligari non potest, sed ne alii quidem ulli; filii vero familias aliis obligari possunt.

7. Mutum neque stipulari, neque promittere posse palam est. Quod et in surdo receptum est, quia et is qui stipulatur verba promittentis, et is qui promittit verba stipulantis audire debet: unde apparet non de eo nos loqui qui tardius exaudit, sed de eo qui omnino non audit.

8. Furiosus nullum negotium gerere potest, quia non intelligit quid agit.

9. Pupillus omne negotium recte gerit, ita tamen ut, sicubi tutoris auctoritas necessaria sit, adhibeatur tutor, veluti si ipse obligetur: nam alium sibi obligare etiam sine tutoris auctoritate potest.

10. Sed quod diximus de pupillis, utique de iis verum est qui jam aliquem intellectum habent: nam infans et qui infanti proximus est, non multum a furioso distant, quia hujus ætatis pupilli nullum habent intellectum; sed in proximis infanti, propter utilitatem eorum, benignior juris interpretatio facta est, ut idem juris habeant quod pubertati proximi. Sed qui in potestate parentis est impubes, ne auctore quidem patre obligatur.

Google

GAIUS, *lib. II Aureorum* (1).

Item sub impossibili conditione factam stipulationem constat inutilem esse.

98. Item si quis sub ea conditione stipuletur quæ existere non potest, (*vel*)uti si digito cœlum tetigerit, inutilis est stipulatio. Sed legatum sub impossibili conditione relictum nostri præceptores proinde *valere* putant, ac si *ea conditio adjecta non* esset : diversæ scholæ auctores non minus legatum inutile existimant quam stipulationem; et sane vix idonea diversitatis ratio reddi potest.

99. Præterea inutilis *est stipulatio si quis, ignorans rem suam esse, eam sibi dari stipuletur; nam* id quod alicujus est, id ei dari non potest.

(*Conf.* GAI. INST. III, 138, *infra.*)

100. Denique inutilis est talis stipulatio, si quis ita dari stipuletur : POST MORTEM MEAM DARI SPONDES? vel ita : (*POST MORTEM TUAM DARI SPONDES? valet autem, si quis ita dari stipuletur* : *CUM MORIAR, DARI SPONDES? vel ita* :) CUM MORIERIS,

(1) *L.* 1, § 11, *D.*, *De oblig. et act.*

Google

11. Si impossibilis conditio obligationibus adjiciatur, nihil valet stipulatio. Impossibilis autem conditio habetur, cui natura impedimento est quominus existat, veluti si quis ita dixerit : SI DIGITO COELUM ATTIGERO, DARE SPONDES? At si ita stipuletur : SI DIGITO COELUM NON ATTIGERO, DARE SPONDES? pure facta obligatio intelligitur, ideoque statim petere potest.

12. Item verborum obligatio inter absentes concepta inutilis est.

Sed cum hoc materiam litium contentiosis hominibus præstabat, forte post tempus tales allegationes opponentibus, et non præsentes esse vel se vel adversarios suos contendentibus, ideo nostra constitutio (1) propter celeritatem dirimendarum litium introducta est, quam ad Cæsarienses advocatos scripsimus, per quam disposuimus tales scripturas quæ præsto esse partes indicant, omnimodo esse credendas, nisi ipse qui talibus utitur improbis allegationibus, manifestissimis probationibus vel per scripturam vel per testes idoneos adprobaverit, in ipso toto die quo conficiebatur instrumentum, sese vel adversarium suum in aliis locis esse.

13. Post mortem suam dari sibi nemo stipulari poterat, non magis quam post mortem ejus a quo stipulabatur; ac ne is qui in alicujus potestate est, post mortem ejus stipulari poterat, quia patris vel domini voce loqui videtur.

(1) *L.* 14, C. *De contrah. et committ. stip.* (VIII, 38).

Digitized by Google

DARI SPONDES? id est, ut in novissimum vitæ tempus stipulatoris aut promissoris obligatio conferatur. Nam inelegans esse visum est, ex heredis persona incipere obligationem, Rursus ita stipulari non possumus : PRIDIE QUAM MORIAR, aut : PRIDIE QUAM MORIERIS, DARI SPONDES? quia non potest aliter intelligi pridie quam aliquis morietur, quam si mors secuta sit; rursus, morte secuta, in præteritum reducitur stipulatio, et quodammodo talis est : HEREDI MEO DARI SPONDES? quæ sane inutilis est. **101**. Quæcumque de morte diximus, eadem et de capitis diminutione dicta intelligemus.

(*Conf.* GAI. INST. III, 100, *supra.*)

102. Adhuc inutilis est stipulatio, si quis ad id quod interrogatus erit, non responderit, velut si sestertia X a te dari stipuler, et tu sestertia V mihi promittas; aut si ego pure stipuler, tu sub conditione promittas.

103. Præterea inutilis est stipulatio, si ei dari stipulemur, cujus juri subjecti non sumus. Unde illud quæsitum est, si quis sibi et ei cujus juri subjectus non est, dari stipuletur, in quantum valeat stipulatio. Nostri præceptores putant in universum valere, et proinde ei soli qui stipulatus sit, solidum deberi, atque si extranei nomen non adjecisset; sed diversæ scholæ auctores. . . . existimant, pro aliena . .

Google

Sed et si quis ita stipuletur : PRIDIE QUAM MORIAR, vel PRIDIE QUAM MORIERIS, DABIS? inutilis erat stipulatio.

Sed cum (ut jam dictum est) ex consensu contrahentium stipulationes valent, placuit nobis (1) etiam in hunc juris articulum necessariam inducere emendationem, ut, sive post mortem, sive pridie quam morietur stipulator, sive promissor, stipulatio concepta est, valeat stipulatio.

14. Item si quis ita stipulatus erat : SI NAVIS CRAS EX ASIA VENERIT, HODIE DARE SPONDES? inutilis erat stipulatio, quia præpostere concepta est.

Sed, cum Leo inclytæ recordationis in dotibus eamdem stipulationem, quæ præpostera nuncupatur, non esse rejiciendam existimavit, nobis placuit (2) et huic perfectum robur accommodare, ut non solum in dotibus, sed etiam in omnibus, valeat hujusmodi conceptio stipulationis.

15. Ita autem concepta stipulatio, veluti si Titius dicat: CUM MORIAR DARE SPONDES? vel : CUM MORIERIS ? et apud veteres utilis erat, et nunc valet.

16. Item post mortem alterius recte stipulamur.

---

(1) *L.* 11, *C., De contrah. et committ. stip.*; *L. un., C., Ut actiones et ab heredibus et contra heredes incipiunt* (IV, 11).

(2) *L.* 25, *C., De testamentis et quemadmodum testamenta ordinentur* (VI, 23).

Digitized by Google

. . . . . actionem. . . . causa . . . . . respondet . . . . . etiam. . . . . .

104. *Item inutilis est* stipulatio si ab *eo stipuler qui juri meo sub*jectus est, *aut si* is a me *stipuletur; sed in servis et in iis qui* in mancipio *sunt illud præterea jus observatur, ut* non solum ipsi *cujus in potestate mancipiove* sunt, obligari non poss*int*, sed ne alii quidem ulli.

105. Mutum neque stipulari neque promittere posse palam *est*: *quod et* in surdo receptum est: quia et is *qui stipulatur*, verba promittentis, et qui promittit *verba stipulantis* exaudire debet. **106.** Furiosus nullum n*egotium gerere potest*, quia non intelligit quid agat. **107.** Pupillus omne negotium recte gerit, ita tamen ut, sicubi tutoris auctori*tas* necessaria sit, adhibeatur, velut si ipse obligetur: nam alium sibi obligare etiam sine tutoris auctoritate potest. **108.** Idem juris est in feminis quæ in tutela sunt. **109.** Sed quod diximus de pupillis, utique de eo verum est qui jam aliquem intellectum habet: nam infans et qui infanti proximus est, non multum a *furioso* differt, quia hujus ætatis pupilli nullum intellectum habent; sed in his pupillis per utilitatem benignior juris interpretatio facta est.

Digitized by Google

17. Si scriptum in instrumento fuerit promisisse aliquem, perinde habetur atque si interrogatione præcedente responsum sit.

18. Quotiens plures res una stipulatione comprehenduntur, si quidem promissor simpliciter respondeat : DARE SPONDEO, propter omnes tenetur; si vero unam ex his, vel quasdam daturum se responderit, obligatio in iis pro quibus spoponderit, contrahitur : ex pluribus enim stipulationibus una, vel quædam videntur esse perfectæ; singulas enim res stipulari, et ad singulas respondere debemus.

19. Alteri stipulari (ut supra dictum est) nemo potest : inventæ sunt enim hujusmodi obligationes ad hoc ut unusquisque sibi adquirat quod sua interest; ceterum, ut alii

Google

Google

detur, nihil interest stipulatoris. Plane, si quis velit hoc facere, pœnam stipulari conveniet, ut, nisi ita factum sit ut comprehensum est, committatur pœnæ stipulatio etiam ei cujus nihil interest; pœnam enim cum stipulatur quis, non illud inspicitur quid intersit ejus, sed quæ sit quantitas quæque conditio (1) stipulationis. Ergo si quis stipuletur Titio dari, nihil agit; sed si addiderit pœnam : NISI DEDERIS, TOT AUREOS DARE SPONDES? tunc committitur stipulatio.

20. Sed et si quis stipuletur alii, cum ejus interesset, placuit stipulationem valere. Nam, si is qui pupilli tutelam administrare cœperat, cessit administratione contutori suo, et stipulatus est rem pupilli salvam fore, quoniam interest stipulatoris fieri quod stipulatus est, cum obligatus futurus esset pupillo si male gesserit, tenet obligatio. Ergo et si quis procuratori suo dari stipulatus sit, stipulatio vires habebit; et si creditori suo dari quis stipulatus sit, quod sua interest, ne forte vel pœnâ committatur, vel prædia distrahantur quæ pignori data erant, valet stipulatio.

21. Versa vice, qui alium facturum promisit, videtur in ea esse causa ut non teneatur, nisi pœnam ipse promiserit.

22. Item nemo rem suam futuram, in eum casum quo sua sit, utiliter stipulatur.

23. Si de alia re stipulator senserit, de alia promissor, perinde nulla contrahitur obligatio, ac si ad interrogatum responsum non esset : veluti, si hominem Stichum a te quis stipulatus fuerit, tu de Pamphilo senseris, quem Stichum vocari credideris.

24. Quod turpi ex causa promissum est, veluti si quis homicidium vel sacrilegium se facturum promittat, non valet.

---

(1) Male vulgo : *in conditione*.

Google

110. Possumus tamen ad id quod stipulamur, alium adhibere, qui idem stipulatur : quem vulgo adstipulatorem vocamus. 111. Sed huic proinde actio competit, proindeque ei recte solvitur ac nobis; sed quidquid consecutus erit, mandati judicio nobis restituere cogetur. 112. Ceterum potest etiam aliis verbis uti adstipulator, quam quibus nos usi sumus. Itaque si verbi gratia ego ita stipulatus sim : DARI SPONDES? ille sic adstipulari potest : IDEM FIDE TUA PROMITTIS? vel : IDEM FIDEJUBES? vel contra. 113. Item minus adstipulari potest, plus non potest. Itaque si ego sestertia X stipulatus sim, ille sestertia V stipulari potest; contra vero plus non potest. Item si ego pure stipulatus sim, ille sub conditione stipulari potest; contra vero non potest. Non solum autem in quantitate, sed etiam in tempore minus et plus intelligitur; plus est enim statim aliquid dare, minus est post tempus. 114. In hoc autem jure quædam singulari jure observantur. Nam adstipulatoris heres non habet actionem. Item servus adstipulando nihil agit, qui ex ceteris omnibus causis stipulatione domino adquirit. Idem de eo qui in mancipio est, magis placuit; nam et is servi loco est. Is autem qui in potestate patris est, agit aliquid; sed parenti non adquirit, quamvis ex omnibus ceteris causis stipulando ei adquirat : ac ne ipsi quidem aliter actio competit, quam si sine capitis diminutione exierit de potestate parentis, veluti morte ejus, aut

Digitized by Google

25. Cum quis sub aliqua conditione stipulatus fuerit, licet ante conditionem decesserit, postea existente conditione heres ejus agere potest. Idem est et ex promissoris parte.

26. Qui hoc anno aut hoc mense dari stipulatus est, nisi omnibus partibus anni vel mensis præteritis, non recte petet.

27. Si fundum dari stipuleris vel hominem, non poteris continuo agere, nisi tantum spatium præterierit, quo traditio fieri possit.

Google

quod ipse flamen Dialis inauguratus est. Eadem de filiafamilias, et quæ in manu est, dicta intelligemus.

115. Pro eo quoque qui promittit, solent alii obligari: quorum alios sponsores, alios fidepromissores, alios fidejussores appellamus. 116. Sponsor ita interrogatur: IDEM DARI SPONDES? fidepromissor: IDEM FIDEPROMITTIS? fidejussor ita: IDEM FIDE TUA ESSE JUBES? Videbimus de his autem quo nomine possint proprie appellari, qui ita interrogantur: IDEM DABIS? IDEM PROMITTIS? IDEM FACIES? 117. Sponsores quidem et fidepromissores et fidejussores sæpe solemus accipere, dum curamus ut diligentius nobis cautum sit; adstipulatorem vero fere tunc solum adhibemus, cum ita stipulamur ut aliquid post mortem nostram detur, (*quod cum*) stipulando nihil agimus, adhibetur adstipulator, ut is post mortem nostram agat: qui si quid fuerit consecutus, de restituendo eo mandati judicio heredi *nostro* tenetur.

GAIUS, *lib. II Rerum quotidianarum* (1).

Sed aut proprio nomine quisque obligatur, aut alieno. Qui autem alieno nomine obligatur, fidejussor vocatur; et plerumque ab eo, quem proprio nomine obligamus, alios accipimus, qui eadem obligatione teneantur, dum curamus, ut, quod in obligationem deduximus, tutius nobis debeatur.

118. Sponsoris *vero* et fidepromissoris similis conditio (*est*), fidejussoris *valde dissimilis*.

119. Nam illi quidem nullis obligationibus accedere possunt nisi verborum, quamvis interdum ipse qui promiserit, non fuerit obligatus, velut *si femina* aut pupillus sine tutoris auctoritate, aut quilibet post mortem suam dari promiserit; at illud quæritur, si *servus* aut peregrinus sponderit, an pro eo sponsor aut fidepromissor obligetur.

(1) *L.* 1, § 8, *D.*, *De oblig. et act.*

Digitized by Google

Tit. XX. De fidejussoribus.

Pro eo qui promittit, solent alii obligari, qui fidejussores appellantur:

Quos homines accipere solent, dum curant ut diligentius sibi cautum sit.

Google

Fidejussor vero omnibus obligationibus, id est, sive re, sive verbis, sive litteris, sive consensu contractæ fuerint obligationes, adjici potest; ac ne illud quidem interest, utrum civilis an naturalis obligatio sit cui adjiciatur, adeo quidem ut pro servo quoque obligetur, sive extraneus sit qui a servo fidejussorem accipiat, sive dominus in id quod sibi debeatur.

120. Præterea sponsoris et fidepromissoris heres non tenetur, nisi si de peregrino fidepromissore quæramus, et alio jure civitas ejus utatur.

Fidejussoris autem etiam heres tenetur.

121. Item sponsor et fidepromissor (*per*) legem Furiam biennio liberantur; et quotquot erunt numero eo tempore quo pecunia peti potest, in tot partes deducitur inter eos obligatio, et singuli viriles partes *solvere tenentur*.

Fidejussores vero perpetuo tenentur, et quotquot erunt numero, singuli in solidum obligantur. *Itaque liberum est creditori a quo velit* solidum petere. *Sed ex epistola divi Hadriani compellitur* creditor a singulis qui modo solvendo *sunt, partes petere.*

Eo igitur distat hæc epistola a lege Furia, quod, si quis ex sponsoribus aut fidepromissoribus solvendo non sit, *hoc ceterorum partes non onerat. Cum autem lex Furia tantum in* Italia locum habeat, *consequens est ut in provinciis* sponsores quoque et fidepromissores proinde ac fidejussores in perpetuum teneantur, et singuli in solidum obligentur, nisi ex epistola divi Hadriani hi *quoque* adjuvari *videantur*.

122. Præterea inter sponsores et fidepromissores lex Apuleia quamdam societatem introduxit; nam, si quis horum plus sua portione solverit, de eo quod amplius dede-

Google

1. In omnibus autem obligationibus adsumi possunt, id est, sive re, sive verbis, sive literis, sive consensu contractæ fuerint; at ne illud quidem interest utrum civilis an naturalis sit obligatio cui adjiciatur fidejussor, adeo quidem ut pro servo quoque obligetur, sive extraneus sit qui fidejussorem a servo accipiat, sive ipse dominus in id quod sibi naturaliter debetur.

2. Fidejussor non tantum ipse obligatur, sed etiam heredem obligatum relinquit.

3. Fidejussor et præcedere obligationem, et sequi potest.

4. Si plures sint fidejussores, quotquot erunt numero, singuli in solidum tenentur. Itaque liberum est creditori, a quo velit solidum petere. Sed ex epistola divi Hadriani compellitur creditor a singulis, qui modo solvendo sunt litis contestatæ tempore, partes petere: ideoque, si quis ex fidejussoribus eo tempore solvendo non sit, hoc ceteros onerat.

Digitized by Google

rit, *adversus ceteros actionem habet. Lex autem Apuleia ante* legem Furiam lata est, quo tempore in solidum obligabantur : unde quæritur, an post legem Furiam adhuc legis Apuleiæ beneficium supersit. Et utique extra *Italiam* superest; nam *lex* quidem Furia tantum in *Italia* valet, Apuleia vero etiam in *ceteris*, *præter Italiam*, *regionibus*.

Alia sané est fidejussorum conditio; nam ad hos lex Apuleia non pertinet. Itaque si creditor ab uno totum *consecutus* fuerit, hujus solius detrimentum *erit*, *scilicet* si is pro quo fidejussit solvendo non *sit*. *Sed, ut ex* supradictis appar*et*, is a quo creditor totum petit, poterit ex epistola divi Hadriani desiderare ut pro parte in se detur actio.

123. Præterea lege . . . . . cautum est, ut is qui sponsores aut fidepromissores accipiat, prædicat palam et declaret, et de qua re satis accipiat, et quot sponsores aut fidepromissores in eam obligationem accepturus sit; et, nisi prædixerit, permittitur sponsoribus et fidepromissoribus intra diem XXX. præjudicium postulare, quo quæratur an ex ea lege prædictum sit; et si judicatum fuerit prædictum non esse, liberantur. Qua lege fidejussorum mentio nulla fit; sed in usu est, etiam si fidejussores accipiamus, prædicere.

124. Sed beneficium legis Corneliæ omnibus commune est. Qua lege idem pro eodem, apud eumdem, eodem anno, vetatur in ampliorem summam obligari creditæ pecuniæ, quam in XX mili*um*; et quamvis sponsor vel fidepromissor in ampl*iorem* pecuniam, velut in sestertium C milia *se obligaverit*, *non tamen tenebitur* (1). Pecuniam autem creditam dicimus non solum eam quam credendi causa damus, sed omnem quam tunc, (*cum*) contrahitur obligatio, certum est debitum iri, id est, (*quæ*) sine ulla

(1) Huschke et Bœcking : tamen duntaxat viginti *damnabitur*.

Google

Sed si ab uno fidejussore creditor totum consecutus fuerit, hujus solius detrimentum erit, si is pro quo fidejussit solvendo non sit; et sibi imputare debet, cum potuerit adjuvari ex epistola divi Hadriani, et desiderare ut pro parte in se detur actio.

Digitized by Google

conditione deducitur in obligationem : itaque et ea pecunia quam in diem certum dari stipulamur, eodem numero est, quia certum est eam debitum iri, licet post tempus petatur. Appellatione autem pecuniæ omnes res in ea lege significantur : itaque si vinum, vel frumentum, et si fundum vel hominem stipulemur, hæc lex observanda est. **125.** Ex quibusdam tamen causis permittit ea lex in infinitum satis accipere, veluti si dotis nomine, vel ejus quod ex testamento tibi debeatur, aut jussu judicis satis accipiatur; et adhuc lege vicesima hereditatium cavetur, ut ad eas satisdationes quæ ex ea lege proponuntur, lex Cornelia non pertineat.

126. In eo jure quoque juris par conditio est omnium, sponsorum, fidepromissorum, fidejussorum, quod ita obligari non possint *ut* plus debeant quam debet is pro quo obligantur : at ex diverso, ut minus debeant, obligari possunt, sicut in adstipulatoris persona diximus; nam ut adstipulatoris, ita et horum obligatio accessio est principalis obligationis, nec plus in accessione esse potest quam in principali re.

127. In eo quoque per omnium causa est, quod, si quis pro reo solverit, ejus reciperandi causa habet cum eo mandati judicium; et hoc amplius sponsores ex lege Publilia propriam habent actionem in duplum, quæ appellatur depensi.

Google

5. Fidejussores ita obligari non possunt, ut plus debeant quam debet is pro quo obligantur : nam eorum obligatio accessio est principalis obligationis, nec plus in accessione potest esse quam in principali re : at ex diverso, ut minus debeant, obligari possunt. Itaque, si reus decem aureos promiserit, fidejussor in quinque recte obligatur; contra vero obligari non potest. Item, si ille pure promiserit, fidejussor sub conditione promittere potest; contra vero non potest : non solum enim in quantitate, sed etiam in tempore minus et plus intelligitur; plus est enim statim aliquid dare, minus est post tempus dare.

6. Si quid autem fidejussor pro reo solverit, ejus recuperandi causa habet cum eo mandati judicium.

7. Græce fidejussor ita accipitur : τῇ ἐμῇ πίστει κελεύω, λέγω, θέλω, sive βούλομαι; sed et si φημὶ dixerit, pro eo erit ac si dixerit λέγω.

8. In stipulationibus fidejussorum sciendum est generaliter hoc accipi, ut quodcumque scriptum sit quasi

Digitized by Google

128. Litteris obligatio fit, veluti in nominibus transcripticiis. Fit autem nomen transcripticium duplici modo, vel a re in personam, vel a persona in personam. **129.** (*A re in personam trans*)criptio fit, veluti si id quod ex emptionis causa, aut conductionis, aut societatis mihi debeas, id expensum tibi tulero. **130.** A persona in personam transcriptio fit, veluti si id quod mihi Titius debet, tibi id expensum tulero, id est, si Titius te delegaverit mihi.

131. Alia causa est eorum nominum quæ arcaria vocantur : in his enim rei, non litterarum, obligatio consistit, quippe non aliter valet quam si numerata sit pecunia; numeratio autem pecuniæ rei, non (*litterarum*) (1), facit obligationem. Qua de causa recte dicimus, arcaria nomina nullam facere obligationem, sed obligationis factæ testimonium præbere.

132. Unde proprie dicitur, arcariis nominibus etiam peregrinos obligari, quia non ipso nomine, sed numeratione pecuniæ obligantur : quod genus obligationis juris gentium est. **133.** Transcripticiis vero nominibus an obligentur peregrini merito quæritur, quia quodammodo juris civilis est talis obligatio : quod Nervæ placuit. Sabino autem et Cassio visum est, si a re in personam fiat nomen transcripticium, etiam peregrinos obligari; si vero a persona in personam, non obligari.

---

(1) Alii conjiciunt : numeratio autem pecuniæ *jure naturali* facit obligationem; alii : re *modo* facit obligationem.

Digitized by Google

actum, videatur etiam actum; ideoque constat, si quis scripserit se fidejussisse, videri omnia solemniter acta.

Tit. XXI. De litterarum obligatione.

Olim scriptura fiebat obligatio, quæ nominibus fieri dicebatur : quæ nomina hodie non sunt in usu.

Digitized by Google

134. Præterea litterarum obligatio fieri videtur chirographis et syngraphis, id est, si quis debere se aut daturum se scribat, ita scilicet, si eo nomine stipulatio non fiat. Quod genus obligationis proprium peregrinorum est.

135. Consensu fiunt obligationes in emptionibus et venditionibus, locationibus conductionibus, societatibus, mandatis. **136**. Ideo autem istis modis consensu dicimus obligationes contrahi, quia neque verborum, neque scripturæ ulla proprietas desideratur, sed sufficit eos qui negotium gerunt, consensisse. Unde inter absentes quoque talia negotia contrahuntur, veluti per epistolam, aut per internuntium : cum alioquin verborum obligatio inter absentes fieri non possit. **137**. Item in his contractibus alter alteri obligatur de eo quod alterum alteri ex bono et æquo præstare oportet : cum alioquin in verborum obligationibus alius stipuletur, alius promittat, et in nominibus alius expensum ferendo obliget, alius obligetur. **138**. Sed absenti expensum ferri potest, etsi verbis obligatio cum absente contrahi non possit.

139. (*Emptio et venditio contrahitur*) cum de pretio convenerit, quamvis nondum pretium numeratum sit, ac ne arrha quidem data fuerit; nam quod arrhæ no-

Google

Plane si quis debere se scripserit quod ei numeratum non est, de pecunia minime numerata post multum temporis exceptionem opponere non potest; hoc enim sæpissime constitutum est. Sic fit ut et hodie, dum queri (1) non potest, scriptura obligetur; et ex ea nascitur condictio, cessante scilicet verborum obligatione.

Multum autem tempus in hac exceptione antea quidem ex principalibus constitutionibus usque ad quinquennium procedebat. Sed ne creditores diutius possint suis pecuniis forsitan defraudari, per constitutionem nostram (2) tempus coarctatum est, ut ultra biennii metas hujusmodi exceptio minime extendatur.

Tit. XXII. De consensu obligatione.

Consensu fiunt obligationes in emptionibus venditionibus, locationibus conductionibus, societatibus, mandatis. Ideo autem istis modis consensu dicitur obligatio contrahi, quia neque scriptura, neque præsentia omnimodo opus est, ac nec dari quidquam necesse est, ut substantiam capiat obligatio; sed sufficit eos qui negotium gerunt consentire. Unde inter absentes quoque talia negotia contrahuntur, veluti per epistolam, vel per nuntium. Item in his contractibus alter alteri obligatur in id quod alterum alteri ex bono et æquo præstare oportet, cum alioquin in verborum obligationibus alius stipuletur, alius promittat.

Tit. XXIII. De emptione venditione.

Emptio et venditio contrahitur simul atque de pretio convenerit, quamvis nondum pretium numeratum sit ac ne arrha quidem data fuerit: nam quod arrhæ nomine

(1) Alias: *quæri.* — (2) *L.* 14, *C.*, *De non numer. pecun.* (IV, 30).

Google

mine datur, argumentum est emptionis et venditionis contractæ.

140. Pretium autem certum esse debet. Alioquin si ita inter eos convenerit, ut quanti Titius rem æstimaverit, tanti sit empta, Labeo negavit ullam vim hoc negotium habere; *quam sententiam* Cassius probat : Ofilius et eam empt*ionem putat et ven*ditionem; cujus opinionem Proculus secutus est.

Google

datur, argumentum est emptionis et venditionis contractæ.

Sed hæc quidem de emptionibus et venditionibus quæ sine scriptura consistunt, obtinere oportet; nam nihil a nobis in hujusmodi venditionibus innovatum est. In iis autem quæ scriptura conficiuntur, non aliter perfectam esse venditionem et emptionem constituimus (1), nisi et instrumenta emptionis fuerint conscripta, vel manu propria contrahentium, vel ab alio quidem scripta, a contrahentibus autem subscripta, et, si per tabelliones fiant, nisi et completiones acceperint, et fuerint a partibus (2) absoluta : donec enim aliquid ex his deest, et pœnitentiæ locus est, et potest emptor vel venditor sine pœna recedere ab emptione. Ita tamen impune eis recedere concedimus, nisi jam arrharum nomine aliquid fuerit datum : hoc etenim subsecuto, sive in scriptis, sive sine scriptis venditio celebrata est, is qui recusat adimplere contractum, si quidem est emptor, perdit quod dedit, si vero venditor, duplum restituere compellitur, licet super arrhis nihil expressum est.

1. Pretium autem constitui oportet; nam nulla emptio sine pretio esse potest. Sed et certum pretium esse debet. Alioquin, si inter aliquos ita convenerit, ut, quanti Titius rem æstimaverit; tanti sit empta, inter veteres satis abundeque hoc dubitabatur, sive constat venditio, sive non.

Sed nostra decisio (3) ita hoc constituit, ut, quotiens sic composita sit venditio, QUANTI ILLE ÆSTIMAVERIT, sub hac conditione staret contractus, ut, si quidem ipse qui nominatus est pretium definierit, omnimodo secundum ejus æstimationem et pretium persolvatur, et res tradatur, ut venditio ad effectum perducatur, emptor quidem ex empto actione, venditore autem ex vendito agente. Sin autem ille qui nominatus est, vel noluerit, vel non potuerit pretium

(1) *L.* 17, *C.*, *De fid. instrum.* (IV, 21).—(2) Alias : *fuerint partibus.* —(3) *L.* 15, *C.*, *De contrah. empt.* (IV, 38).

141. *Item* pretium in numerata pecunia consistere debet; *nam* in ceteris rebus an pretium esse possit, veluti homo, aut toga, aut fundus alterius rei (*pretium esse possit*), valde quæritur. Nostri præceptores putant, etiam in alia re posse consistere pretium; unde illud est quod vulgo putant, per permutationem rerum emptionem et venditionem contrahi, eamque speciem emptionis et venditionis vetustissimam esse; argumentoque utuntur Græco poeta Homero, qui aliqua parte sic ait :

(Ἔνθεν ἄρ' οἰνίζοντο κεκαρηκομόωντες Ἀχαιοί,
Ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αἴθωνι σιδήρῳ,
Ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτοῖσι βόεσσιν,
Ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι.)

Diversæ scholæ auctores dissentiunt, aliudque esse existimant permutationem rerum, aliud emptionem et venditionem : alioquin *non posse* rem expediri, permutatis rebus, quæ videatur res venisse, *et quæ* pretii nomine data esse; sed rursus utramque videri et venisse et [utramque] pretii nomine datam esse absurdum videri. Sed *ait* Cælius Sabinus, si rem *Titio* venalem habente, veluti fundum, acceperim, et pretii nomine hominem forte dederim, fundum quidem videri venisse, hominem autem pretii nomine datum esse, *ut* fundus acciperetur.

Google

definire, tunc pro nihilo esse venditionem, quasi nullo pretio statuto. Quod jus, cum in venditionibus nobis placuit, non est absurdum et in locationibus et conductionibus trahere.

2. Item pretium in numerata pecunia consistere debet; nam in ceteris rebus an pretium esse possit, veluti an homo, aut fundus, aut toga alterius rei pretium esse possit, valde quærebatur. Sabinus et Cassius etiam in alia re putant posse pretium consistere : unde illud est quod vulgo dicebatur, permutatione rerum emptionem et venditionem contrahi, eamque speciem emptionis et venditionis vetustissimam esse; argumentoque utebantur Græco poeta Homero, qui aliqua parte exercitum Achivorum vinum sibi comparasse ait, permutatis quibusdam rebus, his verbis :

Ἔνθεν ἄρ' οἰνίζοντο καρηκομόωντες Ἀχαιοί,
Ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αἴθωνι σιδήρῳ,
Ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτοῖσι βόεσσιν,
Ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι.

Diversæ scholæ auctores contra sentiebant, aliudque esse existimabant permutationem rerum, aliud emptionem et venditionem : alioquin non posse rem expediri permutatis rebus, quæ videatur res venisse, et quæ pretii nomine data esse; nam utramque videri et venisse, et pretii nomine datam esse, rationem non pati. Sed Proculi sententia dicentis, permutationem propriam esse speciem contractus, a venditione separatam, merito prævaluit, cum et ipsa aliis Homericis versibus adjuvatur, et validioribus rationibus argumentatur. Quod et anteriores divi principes admiserunt, et in nostris Digestis latius significatur.

3. Cum autem emptio et venditio contracta sit, quod effici diximus simul atque de pretio convenerit, cum sine scriptura res agitur, periculum rei venditæ statim ad emptorem pertinet, tametsi adhuc ea res emptori tradita

Digitized by Google

GAIUS, *lib. X ad Edictum provinciale* (1).

Si res vendita per furtum perierit, prius animadvertendum erit, quid inter eos de custodia rei convenerit : si nihil appareat convenisse, talis custodia desideranda est a venditore, qualem bonus paterfamilias suis rebus adhibet; quam si præstiterit, et tamen rem perdidit, securus esse debet, ut tamen scilicet vindicationem rei et condictionem exhibeat emptori. Unde videbimus in personam ejus, qui alienam rem vendiderit : quum is nullam vindicationem aut condictionem habere possit, ob id ipsum damnandus est, quia, si suam rem vendidisset, potuisset eas actiones ad emptorem transferre.

(1) *L.* 35, § 4, *D.*, *De contrahenda emptione* (XVIII, 1).

Google

non sit. Itaque si homo mortuus sit, vel aliqua parte corporis læsus fuerit, aut ædes totæ, vel aliqua ex parte incendio consumptæ fuerint, aut fundus vi fluminis totus, vel aliqua ex parte ablatus sit, sive etiam inundatione aquæ, aut arboribus turbine dejectis longe minor aut deterior esse cœperit, emptoris damnum est, cui necesse est, licet rem non fuerit nactus, pretium solvere. Quidquid enim sine dolo et culpa venditoris accidit, in eo venditor securus est. Sed et, si post emptionem fundo aliquid per alluvionem accessit, ad emptoris commodum pertinet; nam et commodum ejus esse debet, cujus periculum est. Quod si fugerit homo qui veniit, aut subreptus fuerit, ita ut neque dolus neque culpa venditoris interveniat, animadvertendum erit an custodiam ejus usque ad traditionem venditor susceperit : sane enim si suscepit, ad ipsius periculum is casus pertinet; si non suscepit, securus est. Idem et in ceteris animalibus ceterisque rebus intelligimus. Utique tamen vindicationem rei et condictionem exhibere debebit emptori, quia sane qui nondum rem emptori tradidit, adhuc ipse dominus est. Idem est etiam de furti et de damni injuriæ actione.

4. Emptio tam sub conditione, quam pure contrahi potest : sub conditione, veluti : SI STICHUS INTRA CERTUM DIEM TIBI PLACUERIT, ERIT TIBI EMPTUS AUREIS TOT.

5. Loca sacra vel religiosa, item publica, veluti forum, basilicam, frustra quis sciens emit. Quæ tamen si pro profanis vel privatis deceptus a venditore emerit, habebit actionem ex empto, quod non habere ei liceat, ut consequatur quod sua interest deceptum non esse. Idem juris est, si hominem liberum pro servo emerit.

Digitized by Google

142. Locatio autem et conductio similibus regulis constituuntur : nisi enim merces certa statuta sit, non videtur locatio et conductio contrahi.

143. Unde si alieno arbitrio merces promissa sit, velut quanti Titius æstimaverit, quæritur an locatio et conductio contrahatur. Qua de causa si fulloni polienda curandave, sarcinatori sarcienda vestimenta dederim, nulla statim mercede constituta, postea tantum daturus quanti inter nos convenerit, quæritur an locatio et conductio contrahatur.

144. Vel si rem tibi utendam dederim, et invicem aliam rem utendam acceperim, quæritur an locatio et conductio contrahatur.

145. Adeo autem emptio et venditio et locatio et conductio familiaritatem aliquam inter se habere videntur, ut in quibusdam causis quæri soleat, utrum emptio et venditio contrahatur, an locatio et conductio : veluti si qua res in perpetuum locata sit; quod evenit in prædiis mu-

Google

Tit. XXIV. De locatione et conductione.

Locatio et conductio proxima est emptioni et venditioni, iisdemque juris regulis consistit : nam ut emptio et venditio ita contrahitur, si de pretio convenerit, sic etiam locatio et conductio ita contrahi intelligitur, si merces constituta sit; et competit locatori quidem locati actio, conductori verò conducti.

1. Et quæ supra diximus, si alieno arbitrio pretium permissum fuerit, eadem et de locatione et conductione dicta esse intelligamus, si alieno arbitrio merces permissa fuerit. Qua de causa, si fulloni polienda curandave, aut sarcinatori sarcienda vestimenta quis dederit, nulla statim mercede constituta, sed postea tantum daturus quantum inter eos convenerit, non proprie locatio et conductio contrahi intelligitur, sed eo nomine actio præscriptis verbis datur.

2. Præterea, sicut vulgo quærebatur, an permutatis rebus emptio et venditio contrahitur, ita quæri solebat de locatione et conductione, si forte rem aliquam tibi utendam sive fruendam quis dederit, et invicem a te aliam rem utendam sive fruendam acceperit. Et placuit non esse locationem et conductionem, sed proprium genus esse contractus : veluti, si, cum unum bovem quis haberet et vicinus ejus unum, placuerit inter eos ut per denos dies invicem boves commodarent ut opus facerent, et apud alterum bos periit, neque locati vel conducti neque commodati competit actio, quia non fuit gratuitum commodatum; verum præscriptis verbis agendum est.

3. Adeo autem familiaritatem aliquam inter se habere videntur emptio et venditio, item locatio et conductio, ut in quibusdam causis quæri soleat, utrum emptio et venditio contrahatur, an locatio et conductio : ut ecce de prædiis quæ perpetuo quibusdam fruenda traduntur, id

Digitized by Google

nicipum, quæ ea lege locantur, ut, quamdiu id vectigal præstetur, neque ipsi conductori, neque heredi ejus prædium auferatur. Sed magis placuit locationem conductionemque esse.

146. Item [quæritur], si gladiatores ea lege tibi tradiderim, ut in singulos, qui integri exierint, pro sudore denarii XX mihi darentur, in eos vero singulos, qui occisi aut debilitati fuerint, denarii mille, quæritur utrum emptio et venditio an locatio et conductio contrahatur. Et magis placuit, eorum qui integri exierint, locationem et conductionem contractam videri, at eorum qui occisi aut debilitati sunt, emptionem et venditionem esse : idque ex accidentibus apparet, tamquam sub conditione facta cujusque venditione an locatione; jam enim non dubitatur, quin sub conditione res veniri aut locari possint.

147. Item quæritur, si cum aurifice mihi convenerit ut is ex auro suo certi ponderis certæque formæ anulos mihi faceret, et acciperet verbi gratia denarios CC, utrum emptio et venditio, an locatio et conductio contrahatur.

Google

est, ut, quamdiu pensio sive reditus pro his domino præstetur, neque ipsi conductori, neque heredi ejus, cuive conductor heresve ejus id prædium vendiderit, aut donaverit, aut dotis nomine dederit, aliove quoquo modo alienaverit, auferre liceat.

Sed talis contractus quia inter veteres dubitabatur, et a quibusdam locatio, a quibusdam venditio existimabatur, lex Zenoniana (1) lata est, quæ emphyteuseos contractui propriam statuit naturam, neque ad locationem, neque ad venditionem inclinantem, sed suis pactionibus fulciendam; et, si quidem aliquid pactum fuerit, hoc ita obtinere, ac si natura talis esset contractus : sin autem nihil de periculo rei fuerit pactum, tunc, si quidem totius rei interitus accesserit, ad dominum super hoc redundare periculum; sin particularis, ad emphyteuticarium hujusmodi damnum venire. Quo jure utimur.

4. Item quæritur, si cum aurifice Titius convenerit, ut is ex auro suo certi ponderis certæque formæ anulos ei faceret, et acciperet verbi gratia aureos decem, utrum emptio et venditio contrahi videatur, an locatio et con-

(1) *Zeno, L.* 1, *C., De jure emphyteutico* (IV, 66).

Google

Cassius ait, materiæ quidem emptionem *et* venditionem contrahi, operarum autem locationem et conductionem. Sed plerisque placuit emptionem et venditionem contrahi. Atqui si meum aurum ei dedero, mercede pro opera constituta, convenit locationem conductionem contrahi.

148. Societatem coire solemus aut totorum bonorum, aut unius alicujus negotii, veluti mancipiorum emendorum aut vendendorum.

(*Conf.* GAI. INST., III, 150, *infra.*)

149. Magna autem quæstio fuit an ita coiri possit societas, ut quis majorem partem lucretur, minorem damni præstet. Quod Quintus Mucius etiam (*contra naturam societatis esse censuit. Sed Servius Sulpicius, cujus*) prævaluit sententia, adeo ita coiri posse societatem existimavit,

Digitized by Google

ductio? Cassius ait, materiæ quidem emptionem et venditionem contrahi, operæ autem locationem et conductionem; sed placuit tantum emptionem et venditionem contrahi. Quod si suum aurum Titius dederit, mercede pro opera constituta, dubium non est quin locatio et conductio sit.

5. Conductor omnia secundum legem conductionis facere debet; et, si quid in lege prætermissum fuerit, id ex bono et æquo debet præstare. Qui pro usu aut vestimentorum, aut argenti, aut jumenti mercedem aut dedit, aut promisit, ab eo custodia talis desideratur, qualem diligentissimus paterfamilias suis rebus adhibet: quam si præstiterit, et aliquo casu rem amiserit, de restituenda ea non tenebitur.

6. Mortuo conductore intra tempora conductionis, heres ejus eodem jure in conductione succedit.

Tit. XXV. De societate.

Societatem coire solemus aut totorum bonorum, quam Græci specialiter κοινοπραξίαν appellant, aut unius alicujus negotiationis, veluti mancipiorum emendorum vendendorumque, aut olei, vini, frumenti emendi vendendique.

1. Et quidem si nihil de partibus lucri et damni nominatim convenerit, æquales scilicet partes et in lucro et in damno spectantur. Quod si expresse fuerint partes, hæ servari debent; nec enim umquam dubium fuit quin valeat conventio, si duo inter se pacti sunt ut ad unum quidem duæ partes et lucri et damni pertineant, ad alium tertia.

2. De illa sane conventione quæsitum est, si Titius et Seius inter se pacti sunt ut ad Titium lucri duæ partes pertineant, damni tertia, ad Seium duæ partes damni, lucri tertia, an rata debeat haberi conventio? Quintus Mucius contra naturam societatis talem pactionem esse

Digitized by Google

ut dixerit illo quoque modo coiri posse, ut quis nihil omnino damni præstet, sed lucri partem capiat, si modo opera ejus tam pretiosa videatur, ut æquum sit eum cum hac pactione in societatem admitti. Nam et ita posse coiri societatem constat, ut unus pecuniam conferat, alter non conferat, et tamen lucrum inter eos commune sit; sæpe enim opera alicujus pro pecunia valet.

150. Et illud certum est, si de partibus lucri et damni nihil inter eos convenerit, tamen æquis ex partibus commodum ut incommodum inter eos commune esse.

Sed si in altero partes expressæ fuerint, velut in lucro, in altero vero omissæ, in eo quoque quod omissum est, similes partes erunt.

151. Manet autem societas eousque donec in eodem sensu perseverant. At cum aliquis renuntiaverit societati, societas solvitur. Sed plane, si quis in hoc renuntiaverit societati, ut obveniens aliquod lucrum solus habeat, veluti si mihi totorum bonorum socius, cum ab aliquo heres esset relictus, in hoc renuntiaverit societati, ut hereditatem solus lucrifaciat, cogetur hoc lucrum communicare; si quid vero aliud lucrifecerit, quod non captaverit, ad ipsum solum pertinet : mihi vero quidquid omnino post renuntiatam societatem adquiritur, soli conceditur.

152. Solvitur adhuc societas etiam morte socii, quia qui societatem contrahit, certam personam sibi eligit.
153. Dicitur et capitis diminutione solvi societatem, quia

Google

existimavit, et ob id non esse ratam habendam. Servius Sulpicius, cujus sententia prævaluit, contra sensit; quia sæpe quorumdam ita pretiosa est opera in societate, ut eos justum sit meliore conditione in societatem admitti : nam et ita coiri posse societatem non dubitatur, ut alter pecuniam conferat, alter non conferat, et tamen lucrum inter eos commune sit, quia sæpe opera alicujus pro pecunia valet. Et adeo contra Quinti Mucii sententiam obtinuit, ut illud quoque constiterit posse conveniri, ut quis lucri partem ferat, damno non teneatur; quod et ipsum Servius convenienter sibi existimavit. Quod tamen ita intelligi oportet, ut si in aliqua re lucrum, in aliqua damnum allatum sit, compensatione facta, solum quod superest intelligatur lucri esse.

3. Illud expeditum est, si in una causa pars fuerit expressa, veluti in solo lucro, vel in solo damno, in altera vero omissa, in eo quoque quod prætermissum est, eamdem partem servari.

4. Manet autem societas eousque donec in eodem consensu perseveraverint; at cum aliquis renuntiaverit societati, solvitur societas. Sed plane, si quis callide in hoc renuntiaverit societati, ut obveniens aliquod lucrum solus habeat, veluti si totorum bonorum socius, cum ab aliquo heres esset relictus, in hoc renuntiaverit societati ut hereditatem solus lucrifaceret, cogetur hoc lucrum communicare; si quid vero lucrifaciat quod non captaverit, ad ipsum solum pertinet : ei vero cui renuntiatum est, quidquid omnino post renuntiatam societatem adquiritur, soli conceditur.

5. Solvitur adhuc societas etiam morte socii, quia qui societatem contrahit, certam personam sibi eligit. Sed et si consensu plurium societas contracta sit, morte unius

Google

civili ratione capitis diminutio morti *æquiparari* dicitur; sed si adhuc consentiant in societatem, nova videtur incipere societas.

154. Item si cujus ex sociis bona publice aut privatim venierint, solvitur societas. Sed hoc *quoque casu* societas denuo *contrahi* potest, quia consensu contrahitur nudo, jurisque gentium *est*; *consentire autem* omnes homines naturali ratione possunt (1).

GAIUS, *lib. II Rerum quotidianarum, sive Aureorum* (2).

Socius socio etiam culpæ nomine tenetur, id est, desidiæ atque negligentiæ. Culpa autem non ad exactissimam diligentiam dirigenda est; sufficit enim talem diligentiam communibus rebus adhibere, qualem suis rebus adhibere solet, quia qui parum diligentem sibi socium adquirit, de se queri debet.

155. Mandatum consistit, sive nostra gratia mandemus, sive aliena; itaque, sive *ut mea* negotia geras, sive ut alterius *mandem tibi*, *nascitur inter nos* obligatio, et invicem alter alteri tenebimur *in id quantum paret me tibi atque te* mihi bona fide præstare oportere.

GAIUS, *lib. II Rerum quotidianarum, sive Aureorum* (3).

Mandatum inter nos contrahitur, sive mea tantum gratia tibi mandem, sive aliena tantum, sive mea et aliena, sive mea et tua, sive tua et aliena. Quod si tua tantum gratia tibi mandem, supervacuum est mandatum, et ob id nulla ex eo obligatio nascitur.

---

(1) Alii sic restituunt: Sed *hoc quoque casu* societas *desinit quasi morte iterumque* consensu contrahitur nudo : juris *autem* gentium *obligationes contrahere* omnes, possunt.

(2) L. 72, *D.*, *Pro socio.* (XVII, 2).

(3) *L.* 2, *pr.*, §§ 1-6, *D.*, *Mandati* (XVII. 1).

Google

socii solvitur, etsi plures supersint, nisi in coeunda societate aliter convenerit.

6. Item si alicujus rei contracta societas sit, et finis negotio impositus est, finitur societas.

7. Publicatione quoque distrahi societatem manifestum est, scilicet si universa bona socii publicentur; nam cum in ejus locum alius succedat, pro mortuo habetur.

8. Item si quis ex sociis mole debiti prægravatus bonis suis cesserit, et ideo, propter publica aut privata debita, substantia ejus veneat, solvitur societas; sed hoc casu, si adhuc consentiant in societatem, nova videtur incipere societas.

9. Socius socio utrum eo nomine tantum teneatur pro socio actione, si quid dolo commiserit, sicut is qui deponi apud se passus est, an etiam culpæ, id est, desidiæ atque negligentiæ nomine, quæsitum est : prævaluit tamen etiam culpæ nomine teneri eum. Culpa autem non ad exactissimam diligentiam dirigenda est : sufficit enim talem diligentiam in communibus rebus adhibere socium, qualem suis rebus adhibere solet; nam qui parum diligentem socium sibi adsumpsit, de se queri debet.

Tit. XXVI. De mandato.

Mandatum contrahitur quinque modis : sive sua tantum gratia aliquis tibi mandet, sive sua et tua, sive aliena tantum, sive sua et aliena, sive tua et aliena. At si tua tantum gratia tibi mandatum sit, supervacuum est man-

Digitized by Google

Mea tantum gratia intervenit mandatum, veluti si tibi mandem, ut negotia mea geras, vel ut fundum mihi emas, vel ut pro me fidejubeas.

Aliena tantum, veluti si tibi mandem, ut Titii negotia geras, vel ut fundum ei emas, vel ut pro eo fidejubeas.

Mea et aliena, veluti si tibi mandem, ut mea et Titii negotia geras, vel ut mihi et Titio fundum emas, vel ut pro me et Titio fidejubeas.

Tua et mea, veluti si mandem tibi, ut sub usuris crederes ei, qui in rem meam mutuaretur.

Tua et aliena, veluti si tibi mandem, ut Titio sub usuris crederes; quod si, ut sine usuris crederes, aliena tantum gratia intervenit mandatum.

Tua autem gratia intervenit mandatum, veluti si mandem tibi, ut pecunias tuas potius in emptiones prædiorum colloces, quam fœneres, vel ex diverso ut fœneres potius, quam in emptiones prædiorum colloces. Cujus generis mandatum magis consilium est, quam mandatum, et ob id non est obligatorium, quia nemo ex consilio obligatur, etiamsi non expediat ei, cui dabatur : quia liberum est cuique apud se explorare, an expediat sibi consilium.

Google

datum, et ob id nulla ex eo obligatio, nec mandati inter vos actio nascitur.

1. Mandantis tantum gratia intervenit mandatum, veluti si quis tibi mandet ut negotia ejus gereres, vel ut fundum ei emeres, vel ut pro eo sponderes.

2. Tua et mandantis, veluti si mandet tibi ut pecuniam sub usuris crederes ei qui in rem ipsius mutuaretur; aut si, volente te agere cum eo ex fidejussoria causa, tibi mandet ut cum reo agas periculo mandantis (1), vel ut ipsius periculo stipuleris ab eo quem tibi deleget in id quod tibi debuerat.

3. Aliena autem causa intervenit mandatum, veluti si tibi mandet ut Titii negotia gereres, vel ut Titio fundum emeres, vel ut pro Titio sponderes.

4. Sua et aliena, veluti si de communibus suis et Titii negotiis gerendis tibi mandet, vel ut sibi et Titio fundum emeres, vel ut pro eo et Titio sponderes.

5. Tua et aliena, veluti si tibi mandet ut Titio sub usuris crederes: quod si ut sine usuris crederes, aliena tantum gratia intercedit mandatum.

6. Tua gratia intervenit mandatum, veluti si tibi mandet ut pecunias tuas in emptiones potius prædiorum colloces, quam fœneres; vel ex diverso, ut fœneres potius

---

(1) « Generaliter sancimus, quemadmodum in mandatoribus statutum est ut, contestatione contra unum ex his facta, alter non liberetur, ita et in fidejussoribus observari. Invenimus etenim et in fidejussorum cautionibus plerumque ex pacto hujusmodi causæ esse prospectum, et ideo generali lege sancimus nullo modo electione unius ex fidejussoribus, vel ipsius rei, alterum liberari, vel ipsum reum, fidejussoribus, vel uno ex his electo, liberationem mereri..... Idemque in duobus reis promittendi constituimus. » *Justinian.*, *L.* 28, *C.*, *De fidej.* (VIII, 42).

« Si quis crediderit et fidejussorem, aut mandatorem, aut sponsorem acceperit...., veniat primum ad eum qui aurum accepit debitumque contraxit, et si quidem inde receperit, ab aliis abstineat.... Si vero non valuerit a debitore recipere aut in partem aut in totum, secundum quod ab eo non potuerit recipere, secundum hoc ad fidejussorem... veniat. » *Nov.* 4, *cap.* 1.

156. Nam si tua gratia tibi mandem, supervacuum est mandatum : quod enim tu tua gratia facturus sis, id ex tua sententia, *non* ex meo mandato facere *videberis*. *Itaque* si otiosam pecuniam domi te ha*bere mihi dixeris*, *et* ego te hortatus fuerim u*t eam* fenerares, quamvis *eam* ei mutuam dederis, a quo *servare* non potueris, non tamen habebis mecum man*dati actionem*. I*tem* et si hortatus sim *ut rem a*liquam emeres, q*uamvis* non expedierit tibi eam emisse, non tamen *mandati tibi tenebor*. Et adeo hæc ita sunt, ut quæratur an mandati teneatur, qui mandavit tibi ut *Titio* pecuniam *fenerares*. *Sed obtinuit Sabini sententia, obligatorium esse in hoc casu mandatum*, qu*ia* non aliter Titio credidisses, quam si tibi mandatum esset.

157. Illud *constat, si tale quid* mandetur, quod contra bonos mores est, non contrahi obligationem, velut si tibi mandem ut Titio furtum aut injuriam facias.

158. Item si qui*d* post mortem meam faciendum mandetur, inutile mandatum est, quia generaliter placuit ab heredis persona obligationem incipere non posse.

(*Conf.* GAI. INST., III, 161, *infra*.)

PAULUS, *lib. XXXII ad Edictum* (1).

Præterea in causa mandati etiam illud vertitur, ut interdum nec melior causa mandantis fieri possit, interdum melior, deterior vero nunquam.

Et quidem si mandavi tibi, ut aliquam rem mihi emeres, nec de pretio quidquam statui, tuque emisti, utrimque actio nascitur.

Quod si pretium statui, tuque pluris emisti, quidam negaverunt, te mandati habere actionem, etiamsi paratus esses id quod excedit, remittere; namque iniquum est, non esse mihi cum illo actionem, si nolit, illi vero, si velit, mecum esse.

(1) *L.* 3, *pr.*, §§ 1, 2, *D.*, *Mandati*.

Google

quam in emptiones prædiorum colloces. Cujus generis mandatum magis consilium est quam mandatum, et ob id non est obligatorium; quia nemo ex consilio obligatur, etiamsi non expediat ei cui dabitur, cum liberum cuique sit apud se explorare an expediat consilium. Itaque si otiosam pecuniam domi te habentem hortatus fuerit aliquis ut rem aliquam emeres, vel eam crederes, quamvis non expediat tibi eam emisse vel credidisse, non tamen tibi mandati tenetur. Et adeo hæc ita sunt, ut quæsitum sit an mandati teneatur, qui mandavit tibi ut pecuniam Titio fœnerares. Sed obtinuit Sabini sententia, obligatorium esse in hoc casu mandatum, quia non aliter Titio credidisses, quam si tibi mandatum esset.

7. Illud quoque mandatum non est obligatorium, quod contra bonos mores est, veluti si Titius de furto, aut de damno faciendo, aut de injuria facienda tibi mandet; licet enim pœnam istius facti nomine præstiteris, non tamen ullam habes adversus Titium actionem.

8. Is qui exequitur mandatum, non debet excedere fines mandati: ut ecce, si quis usque ad centum aureos mandaverit tibi ut fundum emeres, vel ut pro Titio sponderes, neque pluris emere debes, neque in ampliorem pecuniam fidejubere; alioquin non habebis cum eo mandati actionem. Adeo quidem ut Sabino et Cassio placuerit, etiamsi usque ad centum aureos cum eo agere velis, inutiliter te acturum. Diversæ scholæ auctores recte usque ad centum aureos te acturum existimant; quæ sententia sane benignior est. Quod si minoris emeris, habebis scilicet cum eo actionem; quoniam qui mandat ut sibi centum aureorum fundus emeretur, is utique mandasse intelligitur ut minoris, si possit, emeretur.

Google

GAIUS, *lib. II Rerum quotidianarum, seu Aureorum* (1).

Sed Proculus recte eum usque ad pretium statutum acturum existimat. Quæ sententia sane benignior est.

159. Sed recte quoque consummatum mandatum, si, dum adhuc integra res sit, revocatum fuerit, evanescit.

160. Item, si adhuc integro mandato mors alterutrius alicujus interveniat, id est, vel ejus qui mandarit, vel ejus qui mandatum susceperit, solvitur mandatum. Sed utilitatis causa receptum est [ut], si mortuo eo qui mihi mandaverit, ignorans eum decessisse, exsecutus fuero mandatum, posse me agere mandati actione; alioquin justa et probabilis ignorantia damnum mihi adferret. Et huic simile est quod plerisque placuit, si debitor meus manumisso dispensatori meo per ignorantium solverit, liberari eum; cum alioquin stricta juris ratione non posset liberari eo quod alii solvisset quam cui solvere deberet.

161. Cum autem is cui recte mandaverim, egressus fuerit mandatum, ego quidem eatenus cum eo habeo mandati actionem, quatenus mea interest implesse eum mandatum, si modo implere potuerit : at ille mecum agere non potest. Itaque si mandaverim tibi ut verbi gratia fundum mihi sestertiis C emeres, tu se*stertiis* CL emeris, non habebis mecum mandati actionem, etiamsi tanti velis mihi dare fundum, quanti emendum tibi mandassem : idque maxime Sabino et Cassio placuit. Quod si minoris emeris, habebis mecum scilicet actionem, quia qui mandat ut C millibus emeretur, is utique mandare intelligitur uti minoris, si posset, emeretur.

---

(1) *L. 4, D., eod.*

Google

9. Recte quoque mandatum contractum, si, dum adhuc integra res sit, revocatum fuerit, evanescit.

10. Item si, adhuc integro mandato, mors alterutrius interveniat, id est, vel ejus qui mandaverit, vel illius qui mandatum susceperit, solvitur mandatum. Sed utilitatis causa receptum est, si, eo mortuo qui tibi mandaverat, tu ignorans eum decessisse executus fueris mandatum, posse te agere mandati actione : alioquin justa et probabilis ignorantia tibi damnum adferet. Et huic simile est quod placuit, si debitores, manumisso dispensatore Titii, per ignorantiam liberto solverint, liberari eos; cum alioquin, stricta juris ratione non possint liberari, quia alii solvissent quam cui solvere debuerint.

11. Mandatum non suscipere cuilibet liberum est : susceptum autem consummandum est, aut quam primum renuntiandum, ut per semetipsum aut per alium eamdem rem mandator exequatur; nam, nisi ita renuntiatur, ut integra causa mandatori reservetur eamdem rem explicandi, nihilominus mandati actio locum habet, nisi justa

162. In summa sciendum (*est, quotiens faciendum*) aliquid gratis dederim, quo nomine, si mercedem statuissem, locatio et conductio contraheretur, mandati esse actionem : veluti si fulloni polienda curandave vestimenta, aut sarcinatori sarcienda (*dederim*).

GAIUS, *lib. III Rerum quotidianorum, sive Aureorum* (1).

Si quis absentis negotia gesserit, si quidem ex mandatu, palam est, ex contractu nasci inter eos actiones mandati, quibus invicem experiri possunt de eo, quod alterum alteri ex bona fide præstare oportet : si vero sine mandatu, placuit quidem sane eos invicem obligari : eoque nomine proditæ sunt actiones, quas appellamus negotiorum gestorum, quibus æque invicem experiri possunt de eo, quod ex bona fide alterum alteri præstare oportet. Sed neque ex contractu, neque ex maleficio actiones nascuntur : neque enim is, qui gessit, cum absente creditur ante contraxisse; neque ullum maleficium est, sine mandatu suscipere negotiorum administrationem : longe minus is, cujus negotia gesta sunt, ignorans, aut contraxisse, aut deliquisse intelligi potest. Sed utilitatis causa receptum est, invicem eos obligari. Ideo autem id ita receptum est, quia plerumque homines eo animo peregre proficiscuntur, quasi statim rediturí, nec ob id ulli curam negotiorum suorum mandant; deinde novis causis intervenientibus, ex necessitate diutius absunt : quorum negotia deperire iniquum erat, quæ sane deperirent, si vel is, qui obtulisset se negotiis gerundis, nullam habiturus esset actionem de eo, quod utiliter de suo impendisset, vel is, cujus gesta essent, adversus eum, qui invasisset negotia ejus, nullo jure agere posset.

(1) *L.* 5, *pr.*, § 1. *D.*, *De oblig. et act.* (XLIV, 7).

Google

causa intercessit aut non renuntiandi, aut intempestive renuntiandi.

12. Mandatum et in diem differri, et sub conditione fieri potest.

13. In summa, sciendum est mandatum, nisi gratuitum sit, in aliam formam negotii cadere : nam mercede constituta incipit locatio et conductio esse. Et, ut generaliter dixerimus, quibus casibus, sine mercede suscepto officio, mandati aut depositi contrahitur negotium, iis casibus, interveniente mercede, locatio et conductio contrahi intelligitur; et ideo, si fulloni polienda curandave vestimenta dederis, aut sarcinatori sarcienda, nulla mercede constituta neque promissa, mandati competit actio.

Tit. XXVII. De obligationibus quasi ex contractu.

Post genera contractuum enumerata, dispiciamus etiam de iis obligationibus quæ non proprie quidem ex contractu nasci intelliguntur, sed tamen, quia non ex maleficio substantiam capiunt, quasi ex contractu nasci videntur.

1. Igitur, cum; quis absentis negotia gesserit, ultro citroque inter eos nascuntur actiones quæ appellantur negotiorum gestorum; sed domino quidem rei gestæ adversus eum qui gessit, directa competit actio, negotiorum autem gestori contraria. Quas ex nullo contractu proprie nasci manifestum est : quippe ita nascuntur istæ actiones, si sine mandato quisque alienis negotiis gerendis se obtulerit; ex qua causa ii quorum negotia gesta fuerint, etiam ignorantes obligantur. Idque utilitatis causa receptum est, ne absentium, qui, subita festinatione coacti, nulli demandata negotiorum suorum administratione, peregre profecti essent, desererentur negotia : quæ sane nemo curaturus esset, si, de eo quod quis impendisset, nullam habiturus esset actionem. Sicut autem is qui utiliter gesserit negotia, habet obligatum dominum negotiorum, ita et contra iste

Digitized by Google

Tutelæ quoque judicio qui tenentur, non proprie ex contractu obligati intelliguntur : nullum enim negotium inter tutorem et pupillum contrahitur; sed quia sane non ex maleficio tenentur, quasi ex contractu teneri videntur. Et hoc autem casu mutuæ sunt actiones : non tantum enim pupillus cum tutore, sed et contra tutor cum pupillo habet actionem, si vel impenderit aliquid in rem pupilli, vel pro eo fuerit obligatus, aut rem suam creditori ejus obligaverit.

ULPIANUS, *lib. XXX ad Sabinum* (1).

Ut sit pro socio actio, societatem intercedere oportet; nec enim sufficit, rem esse communem, nisi societas intercedat. Communiter autem res agi potest etiam citra societatem, utputa cum non affectione societatis incidimus in communionem, ut evenit in re duobus legata, item si a duobus simul empta res sit, aut si hereditas vel donatio communiter nobis obvenit, aut si a duobus separatim emimus partes eorum, non socii futuri.

IDEM, *lib. II ad Edictum* (2).

Nam cum tractatu habito societas coïta est, pro socio actio est; cum sine tractatu, in re ipsa et negotio communiter gestum videtur.

IDEM, *lib. XXXI ad Edictum* (3).

Ut in conductionibus publicorum, item in emptionibus; nam qui nolunt inter se contendere, solent per nuntium rem emere in commune : quod a societate longe remotum est. Et ideo societate sine tutoris auctoritate coïta pupillus non tenetur : attamen communiter gesto negotio tenetur.

GAIUS, *lib. X ad Edictum provinciale* (4).

Quibus casibus, si quid forte unus in eam rem impenderit, sive

(1) *L.* 31, *D.*, *Pro socio* (XVII, 2). — (2) *L.* 32, *D.*, *eod.* — (3) *L.* 33, *eod.* — (4) *L.* 34, *eod.*

Google

quoque tenetur ut administrationis rationem reddat : quo casu ad exactissimam quisque diligentiam compellitur reddere rationem, nec sufficit talem diligentiam adhibuisse qualem suis rebus adhibere soleret, si modo alius diligentior commodius administraturus esset negotia.

2. Tutores quoque, qui tutelæ judicio tenentur, non proprie ex contractu obligati intelliguntur, nullum enim negotium inter tutorem et pupillum contrahitur; sed quia sane non ex maleficio tenentur, quasi ex contractu teneri videntur. Et hoc autem casu mutuæ sunt actiones : non tantum enim pupillus cum tutore habet tutelæ actionem, sed ex contrario tutor cum pupillo habet contrariam tutelæ, si vel impenderit aliquid in rem pupilli, vel pro eo fuerit obligatus, aut rem suam creditoribus ejus obligaverit.

3. Item si inter aliquos communis sit res sine societate, velati quod pariter eis legata donatave esset, et alter eorum alteri ideo teneatur communi dividundo judicio, quod solus fructus ex ea re perceperit, aut quod socius ejus solus in eam rem necessarias impensas fecerit, non intelligitur proprie ex contractu obligatus, quippe nihil inter se contraxerunt; sed, quia non ex maleficio tenetur, quasi ex contractu teneri videtur.

4. Idem juris est de eo qui coheredi suo familiæ erciscundæ judicio ex his causis obligatus est.

Google

fructus mercedesve unus perceperit, vel deteriorem fecerit rem, non societatis judicio locus est; sed inter coheredes quidem familiæ erciscundæ judicio agitur, inter ceteros communi dividundo. Inter eos quoque, quibus hereditario jure communis res est, potest communi dividundo agi.

IDEM, *lib. III Rerum quotidianorum, sive Aureorum* (1).

Heres quoque, qui legatum debet, neque ex contractu, neque ex maleficio obligatus esse intelligitur : nam neque cum defuncto, neque cum herede contraxisse quicquam legatarius intelligitur; maleficium autem nullum in ea re esse, plus quam manifestum est.

Is quoque, qui non debitum accipit per errorem solventis, obligatur quidem quasi ex mutui datione, et eadem actione tenetur, qua debitores creditoribus; sed non potest intelligi is, qui ex ea causa tenetur, ex contractu obligatus esse : qui enim solvit per errorem, magis distrahendæ obligationis animo, quam contrahendæ, dare videtur.

(*Conf.* GAI. INST., II, 283, *supra;* IV, 9, 171, *infra.*)

(1) *L.* 5, §§ 2, 3, *D.,'De obl. et act.* (XLIV, 7).

Google

5. Heres quoque legatorum nomine non proprie ex contractu obligatus intelligitur, neque enim cum herede, neque cum defuncto ullum negotium legatarius gessisse proprie dici potest, et tamen, quia ex maleficio non est obligatus heres, quasi ex contractu debere intelligitur.

6. Item is cui quis per errorem non debitum solvit, quasi ex contractu debere videtur. Adeo enim non intelligitur proprie ex contractu obligatus, ut, si certiorem rationem sequamur, magis, ut supra diximus, ex distractu quam ex contractu possit dici obligatus esse : nam qui solvendi animo pecuniam dat, in hoc dare videtur ut distrahat potius negotium, quam contrahat; sed tamen perinde is qui accepit obligatur, ac si mutuum illi daretur, et ideo condictione tenetur.

7. Ex quibusdam tamen causis repeti non potest quod per errorem non debitum solutum sit. Namque definierunt veteres, ex quibus causis inficiando lis crescit, ex iis causis non debitum solutum repeti non posse, veluti ex lege Aquilia, item ex legato. Quod veteres quidem in iis legatis locum habere voluerunt, quæ certa constituta per damnationem cuicumque legata fuerant.

Nostra autem constitutio (1), cum unam naturam omnibus legatis et fideicommissis indulsit, hujusmodi augmentum in omnibus legatis et fideicommissis extendi voluit; sed non omnibus legatariis præbuit, sed tantummodo in iis legatis et fideicommissis quæ sacrosanctis ecclesiis et

(1) *L. 2, C., Communia de legatis et fideicommissis* (VI, 43).

Google

163. Expositis generibus obligationum, quæ ex contractu nascuntur, admonendi sumus adquiri nobis non solum per nosmetipsos, sed etiam per eas personas quæ in nostra potestate, manu, mancipiove sunt.

164. Per liberos quoque homines et alienos servos quos bona fide possidemus, adquiritur nobis; sed tantum ex duabus causis, id est, si quid ex operis suis, vel ex re nostra adquirant.

165. Per eum quoque servum in quo usumfructum habemus, similiter ex duabus istis causis nobis adquiritur.

166. Sed qui nudum jus Quiritium in servo habet, licet dominus sit, minus tamen juris in ea re habere intelligitur, quam usufructuarius et bonæ fidei possessor; nam placet ex nulla causa ei adquiri posse, adeo ut, etsi nominatim ei dari stipulatus fuerit servus, mancipiove nomine ejus acceperit, quidam existiment nihil ei adquiri.

167. Communem servum pro dominica parte dominis

Google

ceteris venerabilibus locis, quæ religionis vel pietatis intuitu honorificantur, derelicta sunt : quæ, si indebita solvantur, non repetuntur.

Tit. XXVIII. Per quas personas nobis obligatio adquiritur.

Expositis generibus obligationum quæ ex contractu vel quasi ex contractu nascuntur, admonendi sumus adquiri nobis, non solum per nosmetipsos, sed etiam per eas personas quæ in nostra potestate sunt, veluti per servos et filios nostros :

Ut tamen quod per servos quidem nobis adquiritur, totum nostrum fiat; quod autem per liberos quos in potestate habemus, ex obligatione fuerit adquisitum, hoc dividatur secundum imaginem rerum proprietatis et ususfructus, quam nostra discrevit constitutio (1) : ut quod ab actione commodum perveniat, hujus usumfructum quidem habeat pater, proprietas autem filio servetur, scilicet patre actionem movente secundum novellæ nostræ constitutionis (2) divisionem.

1. Item per liberos homines et alienos servos quos bona fide possidemus, adquiritur nobis, sed tantum ex duabus causis, id est, si quid ex operis suis vel ex re nostra adquirant.

2. Per eum quoque servum in quo usumfructum vel usum habemus, similiter ex duabus istis causis nobis adquiritur.

3. Communem servum pro dominica parte dominis

(1) *L. 6, C., De bonis quæ liberis in potestate patris constitutis adquiruntur* (VI, 61). — (2) *L. 8, § 3, C., De bon. quæ liber.*

Google

adquirere certum est, excepto eo quod uni nominatim stipulando, aut mancipio accipiendo, illi soli adquirit, velut cum ita stipuletur : TITIO DOMINO MEO DARI SPONDES? aut cum ita mancipio accipiat : HANC REM EX JURE QUIRITIUM LUCII TITII DOMINI MEI ESSE AIO, EAQUE EI EMPTA ESTO HOC ÆRE ÆNEAQUE LIBRA.

167a. Illud quæritur an quod nomen adjectum *unius* domini efficit, idem faciat unius ex dominis jussum intercedens. Nostri præceptores perinde ei qui jusserit soli adquiri existimant, atque si nominatim ei soli stipulatus esset servus, mancipiove accepisset. Diversæ scholæ auctores proinde utrisque adquiri putant, ac si nullius jussum intervenisset.

168. Tollitur autem obligatio præcipue solutione ejus quod debeatur. Unde quæritur, si quis consentiente creditore aliud pro alio solverit, utrum ipso jure liberetur, quod nostris præceptoribus placet, an ipso jure maneat obligatus, sed adversus petentem exceptione doli mali defendi debeat, quod diversæ scholæ auctoribus visum est.

MARCIANUS, *lib. III Institutionum* (1).

Si pro me quis solverit creditori meo, licet ignorante me, adquiritur mihi actio pignoraticia. Item si quis solverit legata, debent discedere legatarii de possessione; alioquin nascitur heredi interdictum, ut eos dejicere possit.

169. Item per acceptilationem tollitur obligatio. Acceptilatio autem est veluti imaginaria solutio; quod enim ex verborum obligatione tibi debeam, id si velis mihi remittere, poterit sic fieri, ut patiaris hæc verba me dicere : QUOD EGO TIBI PROMISI, HABESNE ACCEPTUM? et tu respondeas : HABEO.

---

(1) *L.* 40, *D.*, *De solutionibus* (XLVI, 3).

Digitized by Google

adquirere certum est, excepto eo, quod uni nominatim stipulando, aut per traditionem accipiendo, illi soli adquirit, veluti cum ita stipulatur : TITIO DOMINO MEO DARE SPONDES ?

Sed si unius domini jussu servus fuerit stipulatus, licet antea dubitabatur, tamen post nostram decisionem (1) res expedita est, ut illi tantum adquirat qui hoc ei facere jussit, ut supra dictum est.

TIT. XXIX. QUIBUS MODIS OBLIGATIO TOLLITUR.

Tollitur autem omnis obligatio solutione ejus quod debetur, vel si quis consentiente creditore aliud pro alio solverit. Nec tamen interest quis solvat, utrum ipse qui debet, an alius pro eo; liberatur enim et alio solvente, sive sciente debitore, sive ignorante vel invito, solutio fiat. Item si reus solverit, etiam ii qui pro eo intervenerunt, liberantur. Idem ex contrario contingit, si fidejussor solverit; non enim solus ipse liberatur, sed etiam reus.

1. Item per acceptilationem tollitur obligatio. Est autem acceptilatio imaginaria solutio : quod enim ex verborum obligatione Titio debetur, id si velit Titius remittere poterit sic fieri, ut patiatur hæc verba debitorem dicere : QUOD EGO TIBI PROMISI HABESNE ACCEPTUM? et Titius respondeat : HABEO. Sed et græce potest acceptum fieri, dummodo sic fiat ut latinis verbis solet : ἔχεις λαβὼν δηνάρια τόσα; ἔχω λαβών.

(1) *L.* 3, *C.*, *Per quas personas nobis adquiritur* (IV, 27).

170. Quo genere, ut diximus, (*tantum hæ obligationes solvuntur, quæ ex verbis consistunt*), non etiam ceteræ. Consentaneum enim visum est, verbis factam obligationem posse aliis verbis dissolvi.

Sed *et* id quod ex alia causa debeatur, potest in stipulationem deduci et per acceptilationem (*dissolvi*).

171. *Sane in quibusdam differt vera solutio ab hac*) imaginaria solutione. *N*am (1) mulier sine tutoris auctoritate acceptum facere non potest, cum alioquin solvi ei sine tutoris auctoritate possit.

172. Item quod debetur, pro parte *quidem* recte solvitur : an autem in partem acceptum fieri p*ossit*, *quæsitum est*.

FLORENTINUS, *lib. VIII Institutionum* (2).

Et ex uno, et pluribus contractibus, vel certis, vel incertis, vel quibusdam, exceptis ceteris, et omnibus ex causis una acceptilatio et liberatio fieri potest.

Ejus rei stipulatio, quam acceptilatio sequatur, a Gallo Aquilio talis exposita est : Quidquid te mihi ex quacunque causa dare facere oportet, oportebit, præsens, in diemve, quarumque rerum mihi tecum actio, quæque adversus te petitio, vel adversus te persecutio est, eritve, quodve tu meum habes, tenes, possides, quanti quæque earum rerum res erit, tantam pecuniam dari stipulatus est Aulus Agerius, spopondit Numerius Negidius. Quod Numerius Negidius Aulo Agerio promisit, spopondit, id haberetne a se acceptum, Numerius Negidius Aulum Agerium rogavit; Aulus Agerius Numerio Negidio acceptum fecit.

(1) Cum omnes, quæ hactenus propositæ sunt, præcedentis loci restitutiones mihi displiceant, hanc ipse tentavi.

(2) *L.* 18, *pr.*, § 1, *D.*, *De acceptilatione* (XLVI, 4).

Google

Quo genere, ut diximus, tantum eæ solvuntur obligationes quæ ex verbis consistunt, non etiam cæteræ : consentaneum enim visum est, verbis factam obligationem aliis posse verbis dissolvi.

Sed et id quod alia ex causa debetur, potest in stipulationem deduci, et per acceptilationem dissolvi.

Sicut autem quod debetur, pro parte recte solvitur, ita in partem debiti acceptilatio fieri potest.

9. Est prodita stipulatio quæ vulgo Aquiliana appellatur, per quam stipulationem contingit, ut omnium rerum obligatio in stipulatum deducatur, et ea per acceptilationem tollatur, stipulatio enim Aquiliana novat omnes obligationes, et a Gallo Aquilio ita composita est : « Quidquid te mihi ex quacumque causa dare facere oportet, oportebit, præsens, in diemve, quarumque rerum mihi tecum actio, quæque abs te petitio, vel adversus te persecutio est, eritve, quodve tu meum habes, tenes, possides, dolove malo fecisti quominus possideas : quanti quæque earum rerum res erit, tantam pecuniam dari stipnlatus est Aulus Agerius; spopondit Numerius Negidius. Item ex diverso Numerius Negidius interrogavit Aulum Agerium : Quidquid tibi hodierno die per Aquilianam stipulationem spopondi, id omne habesne acceptum? respondit Aulus Agerius : Habeo, acceptumque tuli. »

Google

173. (*Est*) etiam alia species imaginariæ solutionis per æs et libram. Quod et ipsum genus certis in causis receptum est, veluti si quod eo nomine debeatur, quod per æs et libram gestum est, sive quid ex judicati causa debetur. **174.** Adhibentur autem non minus quam quinque testes et libripens. Deinde is qui liberatur, ita oportet loquatur: QUOD EGO TIBI TOT MILLIBUS EO NOMINE . . . . . SOLVO LIBEROQUE HOC ÆRE ÆNEAQUE LIBRA; HANC TIBI LIBRAM PRIMAM POSTREMAM . . . . . Deinde asse percutit libram, eumque dat ei a quo liberatur, veluti solvendi causa. **175.** Similiter legatarius heredem eodem modo liberat de legato quod per damnationem relictum est, ut tamen *scilicet*, *sicut judicatus sententia damnatum se* esse significat, *ita heres judicio defuncti se damnatum* esse dicat. De eo tamen *tantum* potest hoc modo liberari, quod pondere, numero constet, et ita si certum sit; quidam et de eo quod mensura constat, *idem existimant*.

176. Præterea novatione tollitur obligatio, veluti si quod tu mihi debeas, a Titio dari stipulatus sim. Nam interventu novæ personæ nova nascitur obligatio, et prima tollitur translata in posteriorem; adeo ut interdum, licet posterior stipulatio inutilis sit, tamen prima novationis jure tollatur, veluti si quod mihi debes, a Titio post mortem ejus, vel a muliere pupillove sine tutoris auctoritate stipulatus fuero. Quo casu rem amitto; nam et prior debitor liberatur, et posterior obligatio nulla est. Non idem juris est si a servo stipulatus fuero; nam tunc (*prior*) proinde adhuc obligatus tenetur, ac si postea a nullo stipulatus fuissem.

177. Sed si eadem persona sit a qua postea stipuler, ita demum novatio fit, si quid in posteriore stipulatione novi sit, forte si conditio, vel dies, aut sponsor adjiciatur aut detrahatur. **178.** Sed quod de sponsore dixi, non constat; nam diversæ scholæ auctoribus placuit, nihil ad

Google

3. Præterea novatione tollitur obligatio, veluti si id quod tu Seio debeas, a Titio dari stipulatus sit; nam interventu novæ personæ nova nascitur obligatio, et prima tollitur translata in posteriorem, adeo ut interdum, licet posterior stipulatio inutilis sit, tamen prima novationis jure tollatur, veluti si id quod tu Titio debebas, a pupillo sine tutoris auctoritate stipulatus fuerit. Quo casu res amittitur; nam et prior debitor liberatur, et posterior obligatio nulla est. Non idem juris est, si a servo quis fuerit stipulatus; nam tunc prior perinde obligatus manet, ac si postea nullus stipulatus fuisset.

Sed si eadem persona sit a qua postea stipuleris, ita demum novatio fit, si quid in posteriore stipulatione novi sit, forte si conditio, aut dies, aut fidejussor adjiciatur aut detrahatur.

Google

novationem proficere sponsoris adjectionem aut detract[at]ionem.

179. Quod autem diximus, si conditio adjiciatur, novationem fieri, sic intelligi *oportet*, ut ita dicamus factam novationem, si conditio extiterit : alioquin si defecerit, durat prior obligatio. Sed videamus num is qui eo nomine agat, doli mali aut pacti conventi exceptione possit summoveri. Et videtur inter eos id actum, ut ita ea res peteretur, si posterioris stipulationis extiterit conditio. Servius tamen Sulpicius existimavit statim et pendente conditione novationem fieri, et, si defecerit conditio , ex neutra causa agi posse, eo*que* modo rem perire. Qui consequenter et illud respondit, si quis id quod sibi Lucius Titius deberet, a servo fuerit stipulatus, novationem fieri, et rem perire, quia cum servo agi non potest. Sed in utroque casu alio jure utimur. Non magis his casibus novatio fit, quam si id quod tu mihi debeas, a peregrino, cum quo spon*sus* communio non est, SPONDES verbo stipulatus sim.

Digitized by Google

Quod autem diximus, si conditio adjiciatur novationem fieri, sic intelligi oportet, ut ita dicamus factam novationem, si conditio extiterit : alioquin, si defecerit, durat prior obligatio.

Sed cum hoc quidem inter veteres constabat tunc fieri novationem, cum novandi animo in secundam obligationem itum fuerat, per hoc autem dubium erat, quando novandi animo videretur hoc fieri, et quasdam de hoc præsumptiones alii in aliis casibus introducebant, ideo nostra processit constitutio (1), quæ apertissime definivit, tunc solum novationem fieri, quotiens hoc ipsum inter contrahentes expressum fuerit, quod propter novationem prioris obligationis convenerunt; alioquin manere et pristinam obligationem, et secundam ei accedere, ut maneat ex utraque causa obligatio, secundam nostræ constitutionis definitionem, quam licet ex ipsius lectione apertius cognoscere.

(1) *L.* 8, *C.*, *De novat.* (VIII, 42).

Digitized by Google

Tollitur adhuc obligatio litis contestatione, si legitimo judicio fuerit actum. Nam tunc obligatio quidem principalis dissolvitur, incipit autem teneri reus litis contestatione : sed si condemnatus sit, sublata litis contestatione, incipit ex causa judicati teneri. Et hoc (*est*) quod apud veteres scriptum est : ante litem contestatam dare debitorem oportere; post litem contestatam condemnari oportere; post condemnationem judicatum facere oportere. **181**. Unde fit, ut si legitimo judicio debitum petiero, postea de eo ipso jure agere non possim, quia inutiliter intendo DARI MIHI OPORTERE, quia litis contestatione dari oportere desiit : aliter atque si imperio continenti judicio egerim; tunc enim nihilominus obligatio durat, et ideo ipso jure postea agere possum, sed debeo per exceptionem rei judicatæ vel in judicium deductæ summoveri. Quæ autem legitima (*sint*) judicia, et quæ imperio contineantur, sequenti commentario referemus.

Google

4. Hoc amplius, eæ obligationes quæ consensu contrahuntur, contraria voluntate dissolvuntur; nam si Titius et Seius inter se consenserint, ut fundum Tusculanum emptum Seius haberet centum aureorum, deinde, re nondum secuta, id est, neque pretio soluto, neque fundo tradito, placuerit inter eos ut discederetur ab ea emptione et venditione, invicem liberantur. Idem est in conductione et locatione, et in omnibus contractibus qui ex consensu descendunt.

Google

182. Transeamus nunc ad obligationes quæ ex delicto oriuntur : veluti si quis furtum fecerit, bona rapuerit, damnum dederit, injuriam commiserit. Quarum omnium rerum uno genere consistit obligatio, cum ex contractu obligationes in IV genera deducantur, sicut supra exposuimus.

GAIUS, *lib. III Rerum quotidianarum sive Aureorum* (1).

Ex maleficio nascuntur obligationes, veluti ex furto, ex damno, ex rapina, ex injuria. Quæ omnia unius generis sunt; nam hæ re tantum consistunt, id est, ipso maleficio, quum alioquin ex contractu obligationes non tantum re consistant, sed etiam verbis et consensu.

PAULUS, *lib. XXXIX ad Edictum* (2).

Furtum a furvo, id est, nigro, dictum, Labeo ait, quod clam et obscuro fiat, et plerumque nocte; vel a fraude, ut Sabinus ait; vel a ferendo et auferendo; vel a græco sermone, quod φῶρας appellant fures : immo et Græci ἀπὸ τοῦ φέρειν φῶρας dixerunt. — Inde sola cogitatio furti faciendi non facit furem. — Sic is, qui depositum abnegat, non statim etiam furti tenetur, sed ita, si id intercipiendi causa occultaverit. — Furtum est contrectatio rei fraudulosa lucri faciendi gratia, vel ipsius rei, vel etiam usus ejus, possessionisve, quod lege naturali prohibitum est admittere.

183. Furtorum autem genera Servius Sulpicius et Masurius Sabinus IV esse dixerunt, manifestum et nec manifestum, conceptum et oblatum; Labeo duo, manifestum, nec manifestum : nam conceptum et oblatum species po-

(1) *L.* 4, *D.*, *De oblig. et act.* (XLIV, 7). — (2) *L.* 1, *pr.*, §§ 1-3, *D.*, *De furtis* (XLVII, 2).

Google

LIBER QUARTUS.

TIT. I. DE OBLIGATIONIBUS QUÆ EX DELICTO NASCUNTUR.

Cum expositum sit superiore libro de obligationibus ex contractu et quasi ex contractu, sequitur ut de obligationibus ex maleficio dispiciamus. Sed illæ quidem, ut suo loco tradidimus, in quatuor genera dividuntur : hæ vero unius generis sunt; nam omnes ex re nascuntur, id est, ex ipso maleficio, veluti ex furto, aut rapina, aut damno, aut injuria.

1. Furtum est contractatio rei fraudulosa, vel ipsius rei, vel etiam usus ejus, possessionisve, quod lege naturali prohibitum est admittere.

2. Furtum autem vel a furvo, id est, nigro, dictum est, quod clam et obscure fit, et plerumque nocte; vel a fraude; vel a ferendo, id est, auferendo; vel a græco sermone, qui φῶρας appellant fures : imo et Græci ἀπὸ τοῦ φέρειν φῶρας dixerunt.

3. Furtorum autem genera duo sunt, manifestum et nec manifestum; nam conceptum et oblatum species potius actionis sunt furto cohærentes, quam genera furtorum, sicut inferius apparebit.

Google

tius actionis esse furto cohærentes, quam genera furtorum; quod sane verius videtur, sicut inferius apparebit.

184. Manifestum furtum quidam id esse dixerunt, quod *dum* fit deprehenditur. Alii *vero* ulterius, quod eo loco deprehenditur, ubi fit : velut si in oliveto olivarum, in vineto uvarum furtum factum est, quamdiu in eo oliveto aut vineto fur sit; aut si in domo furtum factum sit, quamdiu in ea domo fur sit. Alii adhuc ulterius eo usque manifestum furtum esse dixerunt, donec perferret eo quo perferre fur destinasset. Alii adhuc ulterius, quandoque eam rem fur tenens visus fuerit; quæ sententia non obtinuit. Sed et illorum sententia qui existimaverunt, donec perferret eo quo fur destinasset, deprehensum furtum *manifestum esse, improbata est, quia videbatur* aliquam *admittere* dubitationem, *unius* diei, *an* etiam plurium dierum spatio id terminandum sit : quod eo pertinet, quia sæpe in aliis civitatibus subrept*as* res in alias civitates vel in alias provincias destinat fur perferre. Ex duabus itaque superioribus opinionibus alterutra approbatur : magis tamen plerique posteriorem probant.

185. Nec manifestum furtum quod sit, ex iis quæ diximus intelligitur; nam quod manifestum non est, id nec manifestum est.

186. Conceptum furtum dicitur, cum apud aliquem, testibus præsentibus, furtiva res quæsita et inventa est : nam in eum propria actio constituta est, quamvis fur non sit, quæ appellatur concepti.

187. Oblatum furtum dicitur, cum res furtiva tibi ab aliquo oblata sit, eaque apud te concepta sit; utique si ea mente data tibi fuerit, ut apud te potius, quam *apud* eum qui dederit, conciperetur : nam tibi, apud quem concepta est, propria adversus eum qui obtulit, quamvis fur non sit, constituta est actio, (*quæ*) appellatur oblati.

Digitized by Google

Manifestus fur est, quem Græci ἐπ' αὐτοφώρῳ appellant: nec solum is qui in furto deprehenditur, sed etiam is qui eo loco deprehenditur quo fit, veluti qui in domo furtum fecit, et nundum egressus januam deprehensus fuerit, et qui in oliveto olivarum, aut in vineto uvarum furtum fecit, quandiu in oliveto aut vineto fur deprehensus sit. Imo ulterius furtum manifestum extendendum est, quamdiu eam rem fur tenens visus vel deprehensus fuerit, sive in publico, sive in privato, vel a domino, vel ab alio, antequam eo pervenerit, quo perferre ac deponere rem destinasset: sed si pertulit quo destinavit, tametsi deprehendatur cum re furtiva, non est manifestus fur.

Nec manifestum furtum quid sit, ex iis quæ diximus intelligitur; nam quod manifestum non est, id scilicet nec manifestum est.

4. Conceptum furtum dicitur, cum apud aliquem, testibus præsentibus, furtiva res quæsita et inventa sit; nam in eum propria actio constituta est, quamvis fur non sit, quæ appellatur concepti.

Oblatum furtum dicitur, cum res furtiva ab aliquo tibi oblata sit, eaque apud te concepta sit, utique si ea mente tibi data fuerit, ut apud te potius, quam apud eum qui dedit, conciperetur: nam tibi apud quem concepta sit, propria adversus eum qui obtulit, quamvis fur non sit, constituta est actio quæ appellatur oblati.

Digitized by Google

188. Est *etiam* prohibiti furti (*actio*) adversus eum qui furtum quærere volentem prohibuerit.

189. Pœna manifesti furti ex lege XII tabularum capitalis erat. Nam liber verberatus addicebatur ei cui furtum fecerat : utrum autem servus efficeretur ex addictione, an adjudicati loco constitueretur, veteres quærebant. *Servum* æque verberat*um e saxo dejiciebant.* Postea improbata est asperitas pœnæ, et tam ex servi persona, quam ex liberi, quadrupli actio prætoris edicto constituta est. **190.** Nec manifesti furti pœna per legem (*XII*) tabularum dupli irrogatur, quam etiam prætor conservat. **191.** Concepti et oblati pœna ex lege XII tabularum tripli est; quæ similiter a prætore servatur. **192.** Prohibiti actio quadrupli ex edicto prætoris introducta (*est*). Lex autem eo nomine nullam pœnam constituit : hoc solum præcepit, ut qui quærere velit, nudus quærat, linteo cinctus, lancem habens; qui si quid invenerit, jubet id lex furtum manifestum esse. **193.** Quid sit autem linteum, quæsitum est; sed verius *est,* consuti genus esse quo necessariæ partes tegerentur. Quare lex tota ridicula est. Nam qui vestitum quærere prohibet, is et nudum quærere prohibiturus est, eo

Digitized by Google

Est etiam prohibiti furti actio adversus eum qui furtum quærere testibus præsentibus volentem prohibuerit.

Præterea pœna constituitur edicto prætoris per actionem furti non exhibiti, adversus eum qui furtivam rem apud se quæsitam et inventam non exhibuit.

Sed hæ actiones, id est, concepti, et oblati, et furti prohibiti, nec non furti non exhibiti, in desuetudinem abierunt: cum enim requisitio rei furtivæ hodie secundum veterem observationem non fit, merito ex consequentia etiam præfatæ actiones ab usu communi recesserunt, cum manifestissimum est, quod omnes qui scientes rem furtivam susceperint et celaverint, furti nec manifesti obnoxii sunt.

5. Pœna manifesti furti, quadrupli est, tam ex servi quam ex liberi persona; nec manifesti, dupli.

Vide Glossa in Instit. (Savigny Hist. Rom. Law Vol 2, App. 2) § 466, also Savigny's note 43a to his Chap XII.

Digitized by Google

magis quod ita quæsita res inventa majori penæ subjiciatur. Deinde quod lancem sive ideo haberi jubeat ut manibus occupantis nihil subjiciatur, sive ideo ut quod invenerit ibi imponat, neutrum eorum procedit, si id quod quæratur ejus magnitudinis aut naturæ sit, ut neque subjici neque ibi imponi possit. Certe non dubitatur, cujuscumque materiæ sit ea lanx, satis legi fieri. **194.** Propter hoc tamen quod lex ex ea causa manifestum furtum esse jubet, sunt qui scribunt furtum manifestum aut lege aut natura (*intelligi*) : lege id ipsum de quo loquimur, natura illud de quo superius exposuimus. Sed verius est natura tantum manifestum furtum intelligi : neque enim lex facere potest, ut qui manifestus fur non sit, manifestus sit, non magis quam (*ut*) qui omnino fur non sit, fur sit, et qui adulter aut homicida non sit, adulter vel homicida sit; at illud sane lex facere potest, ut perinde aliquis pœna teneatur atque si furtum, vel adulterium, vel homicidium admississet, quamvis nihil eorum admiserit.

195. Furtum autem fit, non solum cum quis intercipiendi causa rem alienam amovet, sed generaliter cum quis rem alienam invito domino contrectat. **196.** Itaque si quis re quæ apud eum deposita sit utatur, furtum committit; et si quis utendam rem acceperit, eamque in alium usum transtulerit, furti obligatur : veluti si quis argentum utendum acceperit, (*quod*) quasi amicos ad cœnam invitaturus rogaverit, et id peregre secum tulerit; aut si quis equum gestandi gratia commodatum longius secum aliquo duxerit, quod veteres scripserunt de eo qui in aciem perduxisset.

197. Placuit tamen eos qui rebus commodatis aliter uterentur quam utendas accepissent, ita furtum committere, si intelligant id se invito domino facere, eumque, si intellexisset, non permissurum; et si permissurum crederent, extra furti crimen videri : optima sane distinctione, quia furtum sine dolo malo non committitur.

Digitized by Google

6. Furtum autem fit, non solum cum quis intercipiendi causa rem alienam amovet, sed generaliter cum quis alienam rem invito domino contractat. Itaque, sive creditor pignore, sive is apud quem res deposita est, ea re utatur, sive is qui rem utendam accepit, in alium usum eam transferat quam cujus gratia ei data est, furtum committit: veluti, si quis argentum utendum acceperit quasi amicos ad cœnam invitaturus, et id peregre secum tulerit, aut si quis equum gestandi causa commodatum sibi longius aliquo duxerit, quod veteres scripserunt de eo qui in aciem equum perduxisset.

7. Placuit tamen eos qui rebus commodatis aliter uterentur, quam utendas acceperint, ita furtum committere, si se intelligant id invito domino facere, eumque, si intellexisset, non permissurum; at si permissurum credant, extra crimen videri: optima sane distinctione, quia furtum sine affectu furandi non committatur.

Google

198. Sed *et* si credat aliquis invito domino se rem *con*trectare, domino autem volente id fiat, dicitur furtum non fieri. Unde illud quæsitum [et probatum] est, cum Titius servum meum sollicita*verit* ut quasdam res mihi subriperet et ad eum perferret, (*et servus*) id ad me pertulerit, ego, cum volo Titium in ipso delicto deprehendere, permiserim servo quasdam res ad eum perferre, utrum furti, an servi corrupti judicio teneatur Titius mihi, an neutro. Responsum, neutro eum teneri : furti ideo quod non invito me res contrectavit; servi corrupti ideo quod deterior servus factus non est.

199. Interdum autem etiam liberorum hominum furtum fit, velut si quis liberorum nostrorum qui in potestate nostra sunt, sive etiam uxor quæ in manu nostra sit, sive etiam judicatus vel auctoratus meus subreptus *fuerit*.

200. Aliquando etiam suæ rei quisque furtum committit, veluti si debitor rem quam creditori pignori dedit, subtraxerit, vel si bonæ fidei possessori rem meam possedenti subripuerim : unde placuit eum qui servum suum, quem alius bona fide possidebat, ad se reversum celaverit, furtum committere.

Google

8. Sed et si credat aliquis invito domino se rem commodatam sibi contractare, domino autem volente id fiat, dicitur furtum non fieri. Unde illud quæsitum est, cum Titius servum Mævii sollicitaverit ut quasdam res domino subriperet et ad eum perferret, et servus id ad Mævium pertulerit; Mævius, dum vult Titium in ipso delicto deprehendere, permiserit servo quasdam res ad eum perferre, utrum furti, an servi corrupti judicio teneatur Titius, an neutro. Et cum nobis super hac dubitatione suggestum est, et antiquorum prudentium super hoc altercationes perspeximus, quibusdam neque furti, neque servi corrupti actionem præstantibus, quibusdam furti tantummodo, nos hujusmodi calliditati obviam euntes per nostram decisionem (1) sanximus, non solum furti actionem, sed et servi corrupti contra eum dari. Licet enim is servus deterior a sollicitatore minime factus est, et ideo non concurrant regulæ quæ servi corrupti actionem introducerent, tamen consilium corruptoris ad perniciem probitatis servi introductum est, ut sit ei pœnalis actio imposita, tamquam si re ipsa fuisset servus corruptus, ne ex hujusmodi impunitate et in alium servum, qui facile possit corrumpi, tale facinus a quibusdam perpetretur.

9. Interdum etiam liberorum hominum furtum fit, veluti si quis liberorum nostrorum, qui in potestate nostra sit, subreptus fuerit.

10. Aliquando etiam suæ rei furtum quisque committit, veluti si debitor rem, quam creditori pignoris causa dedit, subtraxerit.

---

(1) *L.* 20, *C.*, *De furtis et servo corrupto* (VI, 2).

Google

201. Rursus ex diverso, interdum (*rem*) alienam occupare et usucapere concessum est, nec creditur furtum fieri, velut res hereditarias quarum *non prius* nactus possessionem necessarius heres esset; nam necessario herede extante placuit ut pro herede usucapi possit. De*bi*tor *quoque*, qui fidu*ciam quam* creditori mancipaverit aut in jure cessierit, d*etinet*, *ut* superiore commentario retulimus, sine furto possidere et usucapere potest.

202. Interdum furti tenetur *qui* ipse furtum non fecerit, qualis est cujus ope consilio furtum factum est : in quo numero est qui nummos tibi excussit, ut eos alius subriperet, vel obstitit tibi, ut alius surriperet, aut oves, aut boves tuas fugavit, ut alius eas exciperet : et hoc veteres scripserunt de eo qui panno rubro fugavit armentum. Sed si quid per lasciviam, et non data opera ut furtum committeretur, factum sit, videbimus an utilis Aqui*liæ actio* dari debeat, cum per legem Aquiliam, quæ de damno lata (*est*), etiam culpa puniatur.

Google

11. Interdum furti tenetur qui ipse furtum non fecit, qualis est cujus ope consilio furtum factum est. In quo numero est, qui tibi nummos excussit, ut alius eos raperet, aut tibi obstitit, ut alius rem tuam exciperet, aut oves tuas vel boves fugavit, ut alius eas caperet; et hoc veteres scripserunt de eo qui panno rubro fugavit armentum. Sed si quid eorum per lasciviam, et non data opera ut furtum admitteretur, factum est, in factum actio dari debet.

At ubi ope Mævii Titius furtum fecerit, ambo furti tenentur. Ope consilio ejus quoque furtum admitti videtur, qui scalas forte fenestris supposuit, aut ipsas fenestras vel ostium effregit ut alius furtum faceret, quive ferramenta ad effringendum, aut scalas ut fenestris supponerentur, commodaverit, sciens cujus gratia commodaverit. Certe qui nullam opem ad furtum faciendum adhibuit, sed tantum consilium dedit, atque hortatus est ad furtum faciendum, non tenetur furti.

12. Hi qui in parentum vel dominorum potestate sunt, si rem eis subripiant, furtum quidem illis faciunt, et res in furtivam causam cadit, nec ob id ab ullo usucapi potest antequam in domini potestatem revertatur; sed furti actio non nascitur, quia nec ex alia ulla causa potest inter eos actio nasci. Si vero ope consilio alterius furtum factum fuerit, quia utique furtum committitur, convenienter ille

Google

203. Furti autem *actio* ei competit cujus interest rem salvam esse, licet dominus non sit. Itaque nec domino aliter competit, quam si ejus in*ter*sit rem non perire.

204. Unde constat creditorem de pignore subrepto furti agere posse, adeo quidem ut, quamvis ipse dominus, id est, ipse debitor eam rem subripuerit, nihilominus creditori competat actio furti.

205. Item si fullo polienda curandave, aut sarcinator sarcienda vestimenta mercede certa acceperit, eaque furto amiserit, ipse furti habet actionem, non dominus, quia domini nihil *interest* ea non perisse, cum judicio locati a fullone aut sarcinatore suum *con*sequi possit, si modo is fullo aut sarcinator (*ad*) rem præstandam sufficiat : nam si solvendo non est, tunc quia ab eo dom*inus suum* consequi non potest, ipsi furti actio competit, quia hoc casu ipsius interest rem salvam esse.

206. Quæ de fullone aut sarcinatore diximus, eadem transferemus et ad eum cui rem commodavimus; nam ut illi mercedem capiendo custodiam præstant, ita hic quoque utendo commodum percipiendo similiter necesse habet custodiam præstare.

Digitized by Google

furti tenetur, quia verum est ope consilio ejus furtum factum esset.

13. Furti autem actio ei competit cujus interest rem salvam esse, licet dominus non sit. Itaque nec domino aliter competit, quam si ejus intersit rem non perire.

14. Unde constat creditorem de pignore subrepto furti actione agere posse etiamsi idoneum debitorem habeat, quia expedit ei pignori potius incumbere, quam in personam agere : adeo quidem ut, quamvis ipse debitor eam rem subripuerit, nihilominus creditori competit actio furti.

15. Item si fullo polienda curandave, aut sarcinator sarcienda vestimenta mercede certa acceperit, eaque furto amiserit, ipse furti habet actionem, non dominus; quia domini nihil interest eam rem non periisse, cum judicio locati a fullone aut sarcinatore rem suam persequi potest. Sed et bonæ fidei emptori subrepta re quam emerit, quamvis dominus non sit, omnimodo competit furti actio, quemadmodum et creditori. Fulloni vero et sarcinatori non aliter furti competere placuit, quam si solvendo sint, hoc est, si domino rei æstimationem solvere possint; nam si solvendo non sunt, tunc quia ab eis suum dominus consequi non possit, ipsi domino furti competit actio, quia hoc casu ipsius interest rem salvam esse. Idem est, et si in partem solvendo sint fullo aut sarcinator.

16. Quæ de fullone et sarcinatore diximus, eadem et ad eum cui commodata res est, transferenda veteres existimabant; nam, ut ille fullo mercedem accipiendo custodiam præstat, ita is quoque qui commodum utendi percipit, similiter necesse habet custodiam præstare.

Sed nostra providentia etiam hoc in nostris decisionibus (1) emendavit, ut in domini voluntate sit, sive commodati actionem adversus eum qui rem commodatam ac-

(1) *L.* 22, §§ 1, 2. *C.*, *De furtis.* (VI, 2).

Google

207. Sed is apud quem res deposita est, custodiam non præstat, tantumque in eo obnoxius est, si quid ipse dolo fecerit. Qua de *causa, si* res ei subrepta fuerit quæ restituenda est, ejus nomine depositi non tenetur, nec ob id ejus interest rem salvam esse : furti itaque agere non potest : sed ea actio domino competit.

208. In summa sciendum est, quæsitum esse an im-

Google

cepit, movere desiderat, sive furti adversus eum qui rem subripuit, et alterutra earum electa dominum non posse ex pœnitentia ad alteram venire actionem. Sed si quidem furem elegerit, illum qui rem utendam accepit penitus liberari; sin autem commodator veniat adversus eum qui rem utendam accepit, ipsi quidem nullo modo competere posse adversus furem furti actionem, eum autem qui pro re commodata convenitur, posse adversus furem furti habere actionem : ita tamen, si dominus, sciens rem esse subreptam adversus eum cui res commodata fuit pervenit. Sin autem nescius et dubitans rem non esse subreptam apud eum, commodati actionem instituit, postea autem, re comperta, voluit remittere quidem commodati actionem, ad furti autem pervenire, tunc licentia ei concedatur et adversus furem venire, nullo obstaculo ei opponendo, quoniam incertus constitutus movit adversus eum qui rem utendam accepit, commodati actionem, nisi domino ab eo satisfactum est : tunc etenim omnimodo furem a domino quidem furti actione liberari, suppositum autem esse ei qui pro re sibi commodata domino satisfecit; cum manifestissimum est, etiamsi ab initio dominus actionem commodati instituit ignarus rem esse subreptam, postea autem hoc ei cognito adversus furem transivit, omnimodo liberari eum qui rem commodatam accepit, quemcumque causæ exitum dominus adversus furem habuerit : eadem definitione obtinente, sive in partem, sive in solidum solvendo sit is qui rem commodatam accepit.

17. Sed is apud quem res deposita est, custodiam non præstat; sed tantum in eo obnoxius est, si quid ipse dolo malo fecerit. Qua de causa, si res ei subrepta fuerit, quia restituendæ ejus rei nomine depositi non tenetur, nec ob id ejus interest rem salvam esse, furti agere non potest; sed furti actio domino competit.

18. In summa sciendum est quæsitum esse an impubes,

Digitized by Google

pubes rem alienam *amo*vendo furtum faciat. Plerisque placet, quia furtum ex ad*fe*ctu consistit, ita demum obligari eo crimine impuberem, si proximus pubertati sit, et ob id intelligat se delinquere.

209. Qui res alienas rapit, tenetur etiam furti : quis enim magis alienam rem invito domino contrectat, quam qui rapit? itaque recte *dic*tum est eum improbum furem esse; sed propriam actionem ejus *de*licti nomine prætor introduxit, quæ appellatur vi bonorum raptorum, et est intra annum quadrupli actio, post annum simpli. Quæ actio utilis est, etsi quis unam rem, licet minimam, rapuerit.

Google

rem alienam amovendo, furtum faciat? Et placet, quia furtum ex affectu consistit, ita demum obligari eo crimine impuberem si proximus pubertati sit, et ob id intelligat se delinquere.

19. Furti actio, sive dupli, sive quadrupli, tantum ad pœnæ persecutionem pertinet; nam ipsius rei persecutionem extrinsecus habet dominus, quam aut vindicando aut condicendo potest auferre. Sed vindicatio quidem adversus possessorem est, sive fur ipse possidet, sive alius quilibet; condictio autem adversus furem ipsum heredemve ejus, licet non possideat, competit.

Tit. II. De bonis vi raptis.

Qui res alienas rapit, tenetur quidem etiam furti : quis enim magis alienam rem invito domino contractat, quam qui vi rapit? ideoque recte dictum est, cum improbum furem esse; sed tamen propriam actionem ejus delicti nomine prætor introduxit, quæ appellatur vi bonorum raptorum, et est intra annum quadrupli, post annum simpli. Quæ actio utilis est, etiam si quis unam rem licet minimam rapuerit. Quadruplum autem non totum pœna est, et extra pœnam rei persecutio, sicut in actione furti manifesti diximus; sed in quadruplo inest et rei persecutio, ut pœna tripli sit, sive comprehendatur raptor in ipso delicto, sive non : ridiculum est enim levioris conditionis esse eum qui vi rapit, quam qui clam amovet.

1. Quia tamen ita competit hæc actio, si dolo malo quisque rapuerit, qui aliquo errore inductus, suam rem esse existimans, et imprudens juris, eo animo rapuit, quasi domino liceat etiam per vim rem suam auferre a possessoribus, absolvi debet : cui scilicet conveniens est, nec furti teneri eum qui eodem hoc animo rapuit.

Sed ne, dum talia excogitentur, inveniatur via per quam raptores impune suam exerceant avaritiam, melius

Google

210. Damni injuriæ actio constituitur per legem Aquiliam, cujus primo capite cautum est (*ut*), si quis hominem alienum, eamve quadrupedem quæ pecudum numero sit, injuria occiderit, quanti ea res in eo anno plurimi fuerit, tantum domino dare damnetur.

GAIUS, *lib. VII ad Edictum provinciale* (1).

Lege Aquilia capite primo cavetur : QUI SERVUM SERVAMVE ALIE-

(1) *L.* 2, *pr.*, §§ 1, 2, *D.*, *ad legem Aquiliam* (IX, 2).

Google

divalibus constitutionibus (1) pro hac parte prospectum est, ut nemini liceat vi rapere rem mobilem vel se moventem, licet suam eamdem rem existimet : sed si quis contra statuta fecerit, rei quidem suæ dominio cadere; sin autem aliena sit, post restitutionem ejus, etiam æstimationem ejusdem rei præstare. Quod non solum in mobilibus rebus, quæ rapi possunt, constitutiones obtinere censuerunt, sed etiam in invasionibus quæ circa res soli fiunt, ut ex hac causa omni rapina homines abstineant.

2. Sane in hac actione non utique expectatur rem in bonis actoris esse : nam sive in bonis sit, sive non sit, si tamen ex bonis sit, locum hæc actio habebit. Quare sive locata, sive commodata, sive pignorata, sive etiam deposita sit apud Titium sic ut intersit ejus eam rem non auferri, veluti si in re deposita culpam quoque promisit, sive bona fide possideat, sive usumfructum in ea quis habeat, vel quod aliud jus, ut intersit ejus non rapi, dicendum est competere ei hanc actionem, ut non dominium accipiat, sed illud solum quod ex bonis ejus qui rapinam passus est, id est, quod ex substantia ejus ablatum esse proponatur. Et generaliter dicendum est, ex quibus causis furti actio competit in rem clam facta, ex iisdem causis omnes habere hanc actionem.

Tit. III. De lege Aquilia.

Damni injuriæ actio constituitur per legem Aquiliam : cujus primo capite cautum est ut, si quis alienum hominem alienamve quadrupedem quæ pecudum numero sit, injuria occiderit, quanti ea res in eo anno plurimi fuerit, tantum domino dare damnetur.

1. Quod autem non præcise de quadrupede, sed de ea

(1) *Valent., Theod. et Arcad., L. 7, C., Unde vi* (VIII, 4).

Digitized by Google

NUM ALIENAMVE, QUADRUPEDEM VEL PECUDEM INJURIA OCCIDERIT, QUANTI ID IN EO ANNO PLURIMI FUIT, TANTUM ÆS DARE DOMINO DAMNAS ESTO.

Et infra deinde cavetur, ut adversus infitiantem in duplum actio esset.

Ut igitur apparet, servis nostris exæquat quadrupedes, quæ pecudum numero sunt, et gregatim habentur, veluti oves, capræ, boves, equi, muli, asini. Sed an sues pecudum appellatione contineantur, quæritur. Et recte Labeoni placet, contineri. Sed canis inter pecudes non est. Longe magis bestiæ in eo numero non sunt, veluti, ursi, leones, pantheræ. Elephanti autem et cameli quasi mixti sunt : nam et jumentorum operam præstant, et natura eorum fera est; et ideo primo capite contineri eos oportet.

MARCIANUS, *lib. VII Institutionum* (1).

Pecoribus legatis, Cassius scripsit, quadrupedes contineri, quæ gregatim pascuntur. Et sues autem pecorum appellatione continentur, quia et hi gregatim pascuntur. Sic denique et Homerus in Odyssea ait :

Δῆεις τόν γε σύεσσι παρήμενον· αἱ δὲ νέμονται
Πὰρ Κόρακος πέτρῃ, ἐπί τε κρήνῃ Ἀρεθούσῃ·

211. Is injuria autem occidere intelligitur, cujus dolo aut culpa id acciderit. Nec ulla alia lege damnum quod sine injuria datur, reprehenditur; itaque impunitus est qui, sine culpa et dolo malo, casu quodam damnum committit.

(1) *L.* 65, § 4, *D., De leg.* III (XXXII, I).

Digitized by Google

tantum quæ pecudum numero est, cavetur, eo pertinet ut neque de feris bestiis, neque de canibus cautum esse intelligamus, sed de iis tantum quæ proprie pasci dicuntur, quales sunt equi, muli, asini, boves, oves, capræ.

De suibus quoque idem placuit; nam et sues pecudum appellatione continentur, quia et hi gregatim pascuntur. Sic denique et Homerus in Odyssea ait, sicut Ælius Marcianus in suis Institutionibus refert:

Δήεις τόν γε σύεσσι παρήμενον· αἱ δὲ νέμονται
Πὰρ Κόρακος πέτρῃ, ἐπί τε κρήνῃ Ἀρεθούσῃ.

3. Injuria autem occidere intelligitur, qui nullo jure occidit. Itaque latronem qui occidit, non tenetur, utique si aliter periculum effugere non potest.

2. Ac ne is quidem hac lege tenetur, qui casu occidit, si modo culpa ejus nulla inveniatur; nam alioquin, non minus quam ex dolo, ex culpa quisque hac lege tenetur.

4. Itaque si quis, dum jaculis ludit vel exercitatur, transeuntem servum tuum trajecerit, distinguitur: nam si id a milite in campo, eove ubi solitum est exercitari, admissum est, nulla culpa ejus intelligitur; si alius tale quid admisit, culpæ reus est. Idem juris est de milite, si is in alio loco, quam qui exercitandis militibus destinatus est, id admisit.

5. Item si putator, ex arbore dejecto ramo, servum

Google

ULPIANUS, *lib. XVIII ad Edictum* (1).

Proculus ait, si medicus servum imperite secuerit, vel ex locato, vel ex lege Aquilia competere actionem.

GAIUS, *lib. VII ad Edictum provinciale* (2).

Idem juris est, si medicamento perperam usus fuerit. Sed et qui bene secuit, et dereliquit curationem, securus non erit, sed culpæ reus intelligitur.

Mulionem quoque, si per imperitiam impetum mularum retinere non potuerit, si eæ alienum hominem obtriverint, vulgo dicitur culpæ nomine teneri. Idem dicitur, et si propter infirmitatem sustinere mularum impetum non potuerit; nec videtur iniquum, si infirmitas culpæ adnumeretur, quum affectare quisque non debeat, in quo vel intelligit, vel intelligere debet, infirmitatem suam alii periculosam futuram. Idem juris est in persona ejus, qui impetum equi, quo vehebatur, propter imperitiam vel infirmitatem retinere non potuerit.

(*Conf.* GAI. INST. III, 214, *infra.*)

(1) *L.* 7, § 8, *D.. Ad leg. Aquil.* — (2) *L.* 8, *pr.*, § 1, *D.*, *eod.*

Digitized by Google

tuum transeuntem occiderit, si prope viam publicam aut vicinalem id factum est, neque proclamavit, ut casus evitari possit, culpæ reus est; si proclamavit, nec ille curavit cavere, extra culpam est putator. Æque extra culpam esse intelligitur, si seorsum a via forte vel in medio fundo cædebat, licet non proclamavit; quia in eo loco nulli extraneo jus fuerat versandi.

6. Præterea si medicus, qui servum tuum secuit, dereliquerit curationem, atque ob id mortuus fuerit servus, culpæ reus est.

7. Imperitia quoque culpæ adnumeratur, veluti si medicus ideo servum tuum occiderit, quod eum male secuerit aut perperam ei medicamentum dederit.

8. Impetu quoque mularum, quas mulio propter imperitiam retinere non potuerit, si servus tuus oppressus fuerit, culpæ reus est mulio; sed et si propter infirmitatem eas retinere non potuerit, cum alius firmior retinere potuisset, æque culpæ tenetur. Eadem placuerunt de eo quoque qui, cum equo veheretur, impetum ejus aut propter infirmitatem, aut propter imperitiam suam, retinere non potuerit.

9. His autem verbis legis, QUANTI IN EO ANNO PLURIMI FUERIT, illa sententia exprimitur, ut si quis hominem tuum, qui hodie claudus, aut mancus, aut luscus erit, occiderit, qui in eo anno integer et pretiosus fuerit, non tanti teneatur quanti hodie erit, sed quanti in eo anno plurimi fuerit. Qua ratione creditum est pœnalem esse hujus legis actionem, quia non solum tanti quisque obligatur quantum damni dederit, sed aliquando longe pluris : ideoque constat in heredem eam actionem non transire, quæ transitura fuisset, si ultra damnum nunquam lis æstimaretur.

Google

212. Nec solum corpus in actione hujus legis æstimatur, sed sane si servo occiso plus dominus capiat damni quam pretium servi *sit*, id quoque æstimatur : velut si servus meus ab aliquo heres institutus, antequam jussu meo hereditatem cerneret, occisus fuerit; non enim tantum ipsius pretium æstimatur, sed et hereditatis amissæ quantitas. Item si ex gemellis, vel ex comœdis, vel ex symphoniacis unus occisus fuerit, non solum occisit fit æstimatio, sed eo amplius computatur quod ceteri, qui supersunt, depretiati sunt. Idem juris est etiam, si (*quis*) ex pari mularum unam, vel etiam ex quadriga equorum unum occiderit.

213. Cujus autem servus occisus est, is liberum arbitrium habet, vel capitali crimine reum facere eum qui occiderit, vel hac lege damnum persequi.

214. Quod autem adjectum est in hac lege : QUANTI IN EO ANNO PLURIMI EA RES FUERIT, illud efficit (*ut*), si claudum puta, aut luscum servum occiderit, qui in eo anno integer fuit, (*non quanti mortis tempore, sed quanti in eo anno plurimi fuerit,*) æstimatió fiat. Quo fit ut quis plus interdum consequatur, quam ei damnum datum est.

215. Capite secundo (*in*) adstipulatorem qui pecuniam in fraudem stipulatoris acceptam fecerit, quanti ea res esset, tanti actio constituitur. **216.** Qua et ipsa parte legis damni nomine actionem introduci manifestum est; sed id caveri non fuit necessarium, cum actio mandati ad eam rem sufficeret, nisi quod ea lege adversus inficiantem in duplum agitur.

217. Capite tertio de omni cetero damno cavetur. Itaque si quis servum, vel eam quadrupedem quæ pecudum numero (*est, vulneraverit, sive eam quadrupedem quæ pecudum numero*) *non est*, velut canem, aut feram bestiam, velut ursum, leonem, vulneraverit vel occiderit, ex hoc capite actio constituitur. In ceteris quoque animalibus,

Google

10. Illud non ex verbis legis, sed ex interpretatione placuit, non solum perempti corporis æstimationem habendam esse, secundum ea quæ diximus, sed eo amplius quidquid præterea, perempto eo corpore, damni nobis allatum fuerit, veluti si servum tuum heredem ab aliquo institutum antea quis occiderit, quam jussu tuo adiret: nam hereditatis quoque amissæ rationem esse habendam constat. Item, si ex pari mularum unam, vel ex quadriga equorum unum occiderit, vel ex comœdis unus servus occisus fuerit, non solum occisi fit æstimatio, sed eo amplius id quoque computatur, quanti depretiati sunt qui supersunt.

11. Liberum autem est ei cujus servus occisus fuerit, et judicio privato legis Aquiliæ damnum persequi, et capitalis criminis eum reum facere.

12. Caput secundum legis Aquiliæ in usu non est.

13. Capite tertio de omni cetero damno cavetur. Itaque si quis servum, vel eam quadrupedem quæ pecudum numero est, vulneraverit, sive eam quadrupedem quæ pecudum numero non est, veluti canem aut feram bestiam, vulneraverit aut occiderit, hoc capite actio constituitur. In ceteris quoque omnibus animalibus, item in omnibus rebus quæ

item in omnibus rebus quæ anima carent, damnum injuria datum hac parte vindicatur. Si quid enim ustum, aut ruptum, aut fractum (*fuerit*), actio hoc capite constituitur, quamquam potuerit sola rupti appellatio in omnes istas causas sufficere; ruptum (*enim intelligitur, quod quoquo modo corruptum*) est. Unde non solum *usta*, *aut* rupta, aut fracta, sed et scissa, et collisa, et effusa, et *quoquo modo aliter* perempta atque deteriora facta hoc verbo continentur.

218. Hoc tamen capite non quanti in eo anno, sed quanti in diebus XXX proxumis ea res fuerit, damnatur is qui damnum dederit.

Ac ne PLURIMI quidem verbum adjicitur, et ideo quidam *auctores* putaverunt liberum esse *judici arbitrium ex* XXX diebus *proxumis vel eum eli*gere *quo* plurimi res fuit, vel *ali*um quo minoris fuit. Sed Sabino placuit perinde habendum, ac si etiam hac parte PLURIMI verbum adjectum esset; nam legis latorem contentum fuisse (*quod prima parte eo verbo usus esset*).

219. Et placuit ita demum ex ista lege actionem esse, si quis corpore suo damnum dederit, quia alio modo damno dato utiles actiones dantur : velut si quis alienum hominem aut pecudem incluserit et fame necaverit, aut jumentum tam vehementer egerit ut rumperetur; (*aut*) si quis alieno servo persuaserit ut in arborem ascenderet vel in puteum descenderet, et is ascendendo aut descendendo ceciderit, (*et*) aut mortuus fuerit, aut aliqua parte corporis læsus sit. *At* si quis alienum servum de ponte aut ripa in

Google

anima carent, damnum injuria datum hac parte vindicatur: si quid enim ustum, aut ruptum, aut fractum fuerit, actio ex hoc capite constituitur, quamquam poterat sola rupti appellatio in omnes istas causas sufficere; ruptum enim intelligitur, quod quoquo modo corruptum est. Unde non solum fracta, aut usta, sed etiam scissa, et collisa, et effusa, et quoquo modo perempta atque deteriora facta, hoc verbo continentur; denique responsum est, si quis in alienum vinum aut oleum id immiserit, quo naturalis bonitas vini aut olei corrumperetur, ex hac parte legis eum teneri.

14. Illud palam est, sicut ex primo capite ita demum quisque tenetur, si dolo aut culpa ejus homo aut quadrupes occisus occisave fuerit, ita ex hoc capite, ex dolo aut culpa, de cetero damno quemque teneri.

Hoc tamen capite, non quanti in eo anno, sed quanti in diebus triginta proximis res fuerit, obligatur is qui damnum dederit.

15. Ac ne PLURIMI quidem verbum adjicitur; sed Sabino recte placuit, perinde habendam æstimationem, ac si etiam hac parte PLURIMI verbum adjectum fuisset: nam plebem Romanam, quæ Aquilio tribuno rogante hanc legem tulit, contentam fuisse quod prima parte eo verbo usa est.

16. Ceterum placuit ita demum directam ex hac lege actionem esse, si quis præcipue corpore suo damnum dederit. Ideoque in eum qui alio modo damnum dederit, utiles actiones dari solent, veluti si quis hominem alienum aut pecus ita incluserit ut fame necaretur, aut jumentum tam vehementer egerit ut rumperetur, aut pecus in tantum exagitaverit ut præcipitaretur, aut si quis alieno servo persuaserit ut in arborem ascenderet vel in puteum descenderet, et is ascendendo vel descendendo aut mortuus

Digitized by Google

flumen projecerit, et is suffocatus fuerit, *hic utique* corpore suo damnum dedisse, eo quod projecerit, non difficiliter intelligi potest.

220. Injuria autem committitur, non solum cum quis pugno pulsa*tus aut* fuste percussus, vel *e*tiam verberatus erit, sed et si cui convicium factum fuerit; sive quis bona alicujus quasi debitoris, sciens eum ip*se* nihil debere sibi, proscripserit; sive quis ad infamiam alicujus libellum aut carmen scripserit; sive quis matremfamilias aut prætextatum adsectatus fuerit, et denique aliis pluribus modis.

221. Pati autem injuriam videmur non solum per nosmetipsos, sed et per liberos nostros quos in potestate habemus; item per uxores nostras, qua*mvis* in manu

Digitized by Google

aut aliqua corporis parte læsus fuerit, utilis actio in eum datur. Sed si quis alienum servum aut de ponte aut de ripa in flumen dejecerit, et is suffocatus fuerit, eo quod projecit, corpore suo damnum dedisse non difficulter intelligi poterit, ideoque ipsa lege Aquilia tenetur.

Sed si non corpore damnum datum, neque corpus læsum fuerit, sed alio modo damnum alicui contigerit, cum non sufficit neque directa neque utilis Aquilia, placuit eum qui obnoxius fuerit, in factum actione teneri : veluti si quis, misericordia ductus, alienum servum compeditum solverit, ut fugeret.

Tit. IV. De injuriis.

Generaliter injuria dicitur, omne quod non jure fit. Specialiter, alias contumelia, quæ a contemnendo dicta est, quam Græci ὕβριν appellant; alias culpa, quam Græci ἀδίκημα dicunt, sicut in lege Aquilia damnum injuriæ accipitur; alias iniquitas et injustitia, quam Græci ἀδικίαν vocant : cum enim prætor vel judex non jure contra quem pronuntiat, injuriam accepisse dicitur.

1. Injuria autem committitur, non solum cum quis pugno, puta, aut fustibus cæsus, vel etiam verberatus erit, sed et si cui convicium factum fuerit, sive cujus bona, quasi debitoris, qui nihil deberet, possessa fuerint ab eo qui intelligebat nihil eum sibi debere; vel si quis ad infamiam alicujus libellum aut carmen scripserit, composuerit, ediderit, dolove malo fecerit quo quid eorum fieret; sive quis matremfamilias, aut prætextatum prætextatamve adsectatus fuerit, sive cujus pudicitia attentata esse dicetur; et denique aliis pluribus modis admitti injuriam manifestum est.

2. Patitur autem quis injuriam non solum per semetipsum, sed etiam per liberos suos quos in potestate habet; item per uxorem suam, id enim magis prævaluit.

Digitized by Google

nostra (*non*) sint. Itaque si filiæ meæ quæ Titio nupta est, injuriam feceris, non solum filiæ nomine tecum agi injuriarum potest, verum etiam meo quoque et Titii nomine.

222. Servo autem ipsi qu*idem* nulla injuria intelligitur fieri, sed domino per eum fieri videtur: non tamen iisdem modis quibus etiam per liberos nostros vel uxores injuriam pati videmur, sed ita cum quid atrocius commissum fuerit, quod aperte in *con*tumeliam domini fieri videtur, veluti si quis alienum servum verberaverit, et in hunc casum formula proponitur; at si quis servo convicium fecerit, vel pugno eum percusserit, non proponitur ulla formula, nec temere petenti datur.

223. Pœna autem injuriarum ex lege XII tabularum propter membrum quidem ruptum talio erat, propter os vero fractum aut collisum trecentorum assium pœna erat *sta*tuta, si libero os fractum erat; at si servo, CL: propter ceteras vero injurias XXV assium pœna erat constituta; et

Google

Itaque si filiæ alicujus quæ Titio nupta est, injuriam feceris, non solum filiæ nomine tecum injuriarum agi potest, sed etiam patris quoque et mariti nomine. Contra autem, si viro injuria facta sit, uxor injuriarum agere non potest : defendi enim uxores a viris, non viros ab uxoribus æquum est. Sed et socer nurus nomine, cujus vir in potestate est, injuriarum agere potest.

3. Servis autem ipsis quidem nulla injuria fieri intelligitur; sed domino per eos fieri videtur, non tamen iisdem modis quibus etiam per liberos et uxores, sed ita cum quid atrocius commissum fuerit, et quod aperte ad contumeliam domini respicit : veluti si quis alienum servum verberaverit, et in hunc casum actio proponitur; at si quis servo convicium fecerit, vel pugno eum percusserit, nulla in eum actio domino competit.

4. Si communi servo injuria facta sit, æquum est, non pro ea parte qua dominus quisque est, æstimationem injuriæ fieri, sed ex dominorum persona, quia ipsis fit injuria.

5. Quod si ususfructus in servo Titii est proprietas Mævii, magis Mævio injuria fieri intelligitur.

6. Sed si libero, qui tibi bona fide servit, injuria facta sit, nulla tibi actio dabitur, sed suo nomine is experiri poterit; nisi in contumeliam tuam pulsatus sit : tunc enim competit et tibi injuriarum actio. Idem ergo est et in servo alieno bona fide tibi serviente, ut totiens admittatur injuriarum actio, quotiens in tuam contumeliam injuria ei facta sit.

7. Pœna autem injuriarum ex lege duodecim tabularum, propter membrum quidem ruptum talio erat; propter os vero fractum nummariæ pœnæ erant constitutæ, quasi in magna veterum paupertate. Sed postea prætores permittebant ipsis qui injuriam passi sunt, eam æstimare,

Digitized by Google

videbantur illis temporibus in magna paupertate satis idoneæ istæ pecuni*ariæ* pœnæ *esse*. 224. Sed nunc alio jure utimur; permittitur enim nobis a prætore *ipsis* injuriam æstimare, et judex vel tanti condemnat quanti nos æstimaverimus, vel minoris, pro*ut* illi *visum* fuerit. Sed cum atrocem injuriam prætor æstimare soleat, si simul constituerit quantæ pecuniæ nomine fieri debeat vadimonium, hac ipsa quantitate taxamus formulam, et judex, qu*amvis* possit vel minoris damnare, plerumque tamen propter ipsius prætoris auctoritatem non audet minuere condemnationem.

225. Atrox autem injuria æstimatur vel ex facto, velut si quis ab aliquo vulneratus, aut verberatus, fustibusve cæsus fuerit; vel ex loco, velut si cui in theatro aut in foro injuria facta sit; vel ex persona, velut si magistratus injuriam passus fuerit, vel senatoribus ab humili persona facta sit injuria.

LIB. III. EXPLIC.

Google

ut judex vel tanti reum condemnet, quanti injuriam passus æstimaverit, vel minoris, prout ei visum fuerit. Sed pœna quidem injuriarum quæ ex lege duodecim tabularum introducta est, in desuetudinem abiit; quam autem prætores introduxerunt, quæ etiam honoraria appellatur, in judiciis frequentatur. Nam secundum gradum dignitatis vitæque honestatem crescit aut minuitur æstimatio injuriæ : qui gradus condemnationis et in servili persona non immerito servatur, ut aliud in servo auctore, aliud in medii actus homine, aliud in vilissimo vel compedito constituatur.

8. Sed et lex Cornelia de injuriis loquitur, et injuriarum actionem introduxit, quæ competit ob eam rem quod se pulsatum quis verberatumve, domumve suam vi introitam esse dicat. Domum autem accipimus, sive in propria domo quis habitat, sive in conducta, vel gratis sive hospitio receptus sit.

9. Atrox injuria æstimatur vel ex facto, veluti si quis ab aliquo vulneratus fuerit vel fustibus cæsus; vel ex loco, veluti si cui in theatro, vel in foro, vel in conspectu prætoris injuria facta sit; vel ex persona, veluti si magistratus injuriam passus fuerit, vel si senatori ab humili injuria facta sit, aut parenti patronove fiat a liberis vel libertis : aliter enim senatoris et parentis patronique, aliter extranei et humilis personæ injuria æstimatur. Nonnunquam et locus vulneris atrocem injuriam facit, veluti si in oculo quis percusserit. Parvi autem refert, utrum patrifamilias, an filiofamilias talis injuria facta sit : nam et hæc atrox æstimabitur.

10. In summa sciendum est, de omni injuria eum qui passus est, posse vel criminaliter agere, vel civiliter. Et si quidem civiliter agatur, æstimatione facta, secundum quod dictum est, pœna imponitur; sin autem criminaliter, officio judicis extraordinaria pœna reo irrogatur.

GAIUS, *lib. III Rerum quotidianarum sive Aureorum* (1).

Si judex litem suam fecerit, non proprie ex maleficio obligatus videtur : sed quia neque ex contractu obligatus est, et utique peccasse aliquid intelligitur, licet per imprudentiam, ideo videtur quasi ex maleficio teneri in factum actione, et in quantum de ea re æquum religioni judicantis visum fuerit, pœnam sustinebit.

GAIUS, *ibid.* (2).

Is quoque, ex cujus cenaculo, vel proprio ipsius, vel conducto, vel in quo gratis habitabat, dejectum effusumve aliquid est, ita ut alicui noceret, quasi ex maleficio teneri videtur. Ideo autem non proprie ex maleficio obligatus intellegitur, quia plerumque ob alterius culpam tenetur, aut servi, aut liberi. Cui similis est is, qui ea parte, qua vulgo itér fieri solet, id positum aut suspensum habet, quod potest, si ceciderit, alicui nocere.

---

(1) *L.* 6, *D.*, *De extraordinariis cognitionibus* (I, 13).
(2) *L.* 5, § 5, *D.*, *De obl. et act.* (XLIV, 7).

Google

Hoc videlicet observando quod Zenoniana constitutio (1) introduxit, ut viri illustres, quique super eos sunt, et per procuratorem possint actionem injuriarum criminaliter vel persequi, vel suscipere, secundum ejus tenorem, qui ex ipsa manifestius apparet.

II. Non solum autem is injuriarum tenetur, qui fecit injuriam, id est, qui percussit; verum ille quoque continebitur, qui dolo fecit vel curavit ut cui mala pugno percuteretur.

III. Hæc actio dissimulatione aboletur; et ideo, si quis injuriam dereliquerit, hoc est, statim passus ad animum suum non revocaverit, postea, ex pœnitentia, remissam injuriam non poterit recolere.

TIT. V. DE OBLIGATIONIBUS QUÆ QUASI EX DELICTO NASCUNTUR.

Si judex litem suam fecerit, non proprie ex maleficio obligatus videtur : sed quia neque ex contractu obligatus est, et utique peccasse aliquid intelligitur, licet per imprudentiam, ideo videtur quasi ex maleficio teneri, et in quantum de ea re æquum religioni judicantis videbitur, pœnam sustinebit.

I. Item is ex cujus cœnaculo, vel proprio ipsius, vel conducto, vel in quo gratis habitabat, dejectum effusumve aliquid est, ita ut alicui noceretur, quasi ex maleficio obligatus intelligitur. Ideo autem non proprie ex maleficio obligatus intelligitur, quia plerumque ob alterius culpam tenetur, aut servi, aut liberi. Cui similis est is qui, ea parte qua vulgo iter fieri solet, id positum aut supensum habet, quod potest, si ceciderit, alicui nocere : quo casu pœna decem aureorum constituta est. De eo vero quod dejectum

(1) *L.* 11, *C.*, *De injuriis* (IX, 35).

Google

GAIUS, *lib. VI ad Edictum provinciale* (1).

Cum liberi hominis corpus ex eo, quod dejectum effusumve quid erit, læsum fuerit, judex computat mercedes medicis præstitas, cæteraque impendia, quæ in curatione facta sunt, præterea operarum, quibus caruit aut cariturus est ob id, quod inutilis factus est. Cicatricium autem aut deformitatis nulla fit æstimatio, quia liberum corpus nullam recipit æstimationem.

GAIUS, *lib. III Aureorum* (2).

Ideo si filiusfamilias seorsum a patre habitaverit, et quid ex cenaculo ejus dejectum effusumve sit, sive quid positum suspensumve habuerit, cujus casus periculosus est, Juliano placuit, in patrem, neque de peculio, neque noxalem dandam esse actionem; sed cum ipso filio agendum.

Item exercitor navis, aut cauponæ, aut stabuli, de damno aut furto, quod in nave, aut caupona, aut stabulo factum sit, quasi ex maleficio teneri videtur; si modo ipsius nullum est maleficium, sed alicujus eorum, quorum opera navem, aut cauponam, aut stabulum exerceret : cum enim neque ex contractu sit adversus eum constituta hæc actio, et aliquatenus culpæ reus est, quod opera malorum hominum uteretur, ideo quasi ex maleficio teneri videtur.

---

(1) *L.* 7, *D.*, *De his qui effuderint vel dejecerint* (IX, 3). — (2) *L.* 5, §§ 5, 6, *D.*, *De oblig. et act.* (XLIV, 7).

Google

effusumve est, dupli, quanti damnum datum sit, constituta est actio.

Ob hominem vero liberum occisum, quinquaginta aureorum pœna constituitur; si vero vivat, nocitumque ei esse dicatur, quantum ob eam rem æquum judici videtur, actio datur: judex enim computare debet mercedes medicis præstitas, ceteraque impendia quæ in curatione facta sunt, præterea operarum quibus caruit aut cariturus est, ob id quod inutilis factus est.

2. Si filiusfamilias seorsum a patre habitaverit, et quid ex cœnaculo ejus dejectum effusumve sit, sive quid positum suspensumve habuerit, cujus casus periculosus est, Juliano placuit in patrem nullam esse actionem, sed cum ipso filio agendum. Quod et in filiofamilias judice observandum est, qui litem suam fecerit.

3. Item exercitor navis, aut cauponæ, aut stabuli, de damno aut furto quod in navi, aut in caupona, aut in stabulo factum erit, quasi ex maleficio teneri videtur, si modo ipsius nullum est maleficium, sed alicujus eorum quorum opera navem aut cauponam aut stabulum exerceret; cum enim neque ex contractu sit adversus eum constituta hæc actio, et aliquatenus culpæ reus est, quod opera malorum hominum uteretur, ideo quasi ex maleficio teneri videtur. In his autem casibus in factum actio competit, quæ heredi quidem datur, adversus heredem autem non competit.

Digitized by Google

COMMENTARIUS QUARTUS.

1. *Superest ut de actionibus loquamur.*

CELSUS, *lib. III Digestorum* (1).

Nihil aliud est actio, quam jus, quod sibi debeatur, judicio persequendi.

Si quæratur quot genera actionum sint, verius videtur duo esse, in rem et in personam; nam qui quatuor esse dixerunt ex sponsionum generibus, non animadverterunt quasdam species actionum inter genera se retulisse.

2. In personam actio est, quotiens cum aliquo agimus, qui nobis vel ex contractu, vel ex delicto obligatus est, id est, cum intendimus dare, facere, præstare oportere.

3. In rem actio est, cum aut corporalem rem intendimus nostram esse, *aut* jus aliquod nobis competere, velut utendi aut utendi fruendi, eundi, agendi, aquamve ducendi, vel altius tollendi, *vel* prospiciendi. Item actio ex diverso adversario est negativa.

ULPIANUS, *libro singulari Regularum* (2).

Actionum genera sunt duo : in rem, quæ dicitur vindicatio, et in personam, quæ condictio appellatur. In rem actio est, per quam rem nostram, quæ ab alio possidetur, petimus; et semper adversus eum est, qui rem possidet. In personam actio est, qua cum eo agimus, qui obligatus est nobis ad faciendum aliquid, vel dandum; et semper adversus eumdem locum habet.

(1) *L.* 51, *D., De oblig. et act.* (XLIV, 7). — (2) *L.* 25, *D., eod.*

Digitized by Google

Tit. VI. De actionibus.

Superest ut de actionibus loquamur.

Actio autem nihil aliud est, quam jus persequendi judicio quod sibi debetur.

1. Omnium actionum, quibus inter aliquos apud judices arbitrosve de quacumque re quæritur, summa divisio in duo genera deducitur : aut enim in rem sunt, aut in personam. Namque agit unusquisque aut cum eo qui ei obligatus est vel ex contractu, vel ex maleficio, quo casu proditæ sunt actiones in personam, per quas intendit adversarium ei dare facere oportere, et aliis quibusdam modis; aut cum eo agit qui nullo jure ei obligatus est, movet tamen alicui de aliqua re controversiam, quo casu proditæ actiones in rem sunt : veluti si rem corporalem possideat quis, quam Titius suam esse affirmet, et possessor dominum se esse dicat; nam si Titius suam esse intendat, in rem actio est.

2. Æque si agat jus sibi esse fundo forte vel ædibus utendi fruendi, vel per fundum vicini eundi agendi, vel ex fundo vicini aquam ducendi, in rem actio est. Ejusdem generis est actio de jure prædiorum urbanorum, veluti, si agat jus sibi esse altius ædes suas tollendi, prospiciendive, vel projiciendi aliquid, vel immittendi in vicini ædes. Contra quoque de usufructu et de servitutibus prædiorum rusticorum, item prædiorum urbanorum, invicem quoque proditæ sunt actiones, ut si quis intendat jus non esse adversario utendi fruendi, eundi agendi, aquamve ducendi, item altius tollendi, prospiciendi, projiciendi, immittendi,

Digitized by Google

(*Conf.* GAI. INST. IV, 36, *infra.*)

Google

istæ quoque actiones in rem sunt, sed negativæ. Quod genus actionis in controversiis rerum corporalium proditum non est, nam in his is agit qui non possidet; ei vero qui possidet; non est actio prodita per quam neget rem actoris esse. Sane uso casu, qui possidet nihilominus actoris partes obtinet, sicut in latioribus Digestorum libris opportunius apparebit.

3. Sed istæ quidem actiones quarum mentionem habuimus, et si quæ sunt similes, ex legitimis et civilibus causis descendunt. Aliæ autem sunt quas prætor ex sua jurisdictione comparatas habet, tam in rem, quam in personam, quas et ipsas necessarium est exemplis ostendere. Ecce plerumque ita permittit in rem agere, ut vel actor diceret se quasi usucepisse quod non usuceperit, vel ex diverso possessorem diceret adversarium suum non usucepisse quod usuceperit.

4. Namque, si cui ex justa causa res aliqua tradita fuerit, veluti ex causa emptionis, aut donationis, aut dotis, aut legatorum, necdum ejus rei dominus effectus est, si ejus rei possessionem casu amiserit, nullam habet directam in rem actionem ad eam persequendam, quippe ita proditæ sunt jure civili actiones ut quis dominium suum vindicet: sed quia sane durum erat eo casu deficere actionem, inventa est a prætore actio, in qua dicit is qui possessionem amisit, eam rem se usucepisse, et ita vindicat suam esse. Quæ actio Publiciana appellatur, quoniam primum a Publicio prætore in edicto proposita est.

5. Rursus ex diverso, si quis, cum reipublicæ causa abesset, vel in hostium potestate esset, rem ejus qui in civitate esset usuceperit, permittitur domino, si possessor reipublicæ causa abesse desierit, tunc intra annum (1),

(1) « Sancimus.... quadriennium continuum tantummodo numerari ex die ex quo annus utilis currebat. » *Justinianus*, *L.* 7, *C.*, *De temporibus in integrum restitutionis* (II, 53).

Google

Google

rescissa usucapione (1), eam rem petere, id est, ita petere ut dicat possessorem usu non cepisse, et ob id suam rem esse. Quod genus actionis quibusdam et aliis, simili æquitate motus, prætor accommodat, sicut ex latiore Digestorum seu Pandectarum volumine intelligere licet.

6. Item, si quis in fraudem creditorum rem suam alicui tradiderit, bonis ejus a creditoribus ex sententia præsidis possessis, permittitur ipsis creditoribus rescissa traditione eam rem petere, id est, dicere eam rem traditam non esse, et ob id in bonis debitoris mansisse.

7. Item Serviana, et quasi Serviana, quæ etiam hypothecaria vocatur, ex ipsius prætoris jurisdictione substantiam capiunt. Serviana autem experitur quis de rebus coloni, quæ pignoris jure pro mercedibus fundi ei tenentur; quasi Serviana autem, qua creditores pignora hypothecasve persequuntur. Inter pignus autem et hypothecam, quantum ad actionem hypothecariam attinet, nihil interest; nam de qua re inter creditorem et debitorem convenerit, ut sit pro debito obligata, utraque hac appellatione continetur. Sed in aliis differentia est : nam pignoris appellatione eam proprie rem contineri dicimus, quæ simul etiam traditur creditori, maxime si mobilis sit, at eam quæ sine traditione nuda conventione tenetur, proprie hypothecæ appellatione contineri dicimus.

8. In personam quoque actiones ex sua jurisdictione propositas habet prætor : veluti de pecunia constituta, cui similis videbatur receptitia.

Sed ex nostra constitutione (2), cum et si quid plenius

---

(1) « Si quando abfuerit is qui res alienas..... detinet, et desiderat dominus suam intentionem proponere, et non ei licentia sit, absente suo adversario.... sua auctoritate ea res usurpare, licentia ei detur adire præsidem provinciæ vel libellum ei porrigere.... et sufficere hoc ad plenissimam interruptionem. » *Justinianus, L, 2, C., De annali exceptione* (VII, 40).

(2) *L. 2, pr.*, § 1, *C., De const. pecun.* (IV, 18).

Digitized by Google

(*Conf.* GAI. INST. IV, 46, *infra*.)

4. Sic itaque discretis actionibus certum est, *non posse* nos rem nostram ab alio ita petere : SI PARET EUM DARE OPORTERE : nec enim quod nostrum est, nobis dari potest,

Google

habebat, hoc in actionem pecuniæ constitutæ transfusum est, ea quasi supervacua jussa est cum sua auctoritate a nostris legibus recedere.

Item prætor proposuit de peculio servorum filiorumque familias, et ex qua quæritur an actor juraverit, et alias complures.

9. De constituta autem pecunia cum omnibus agitur quicumque pro se vel pro alio soluturos se constituerint, nulla scilicet stipulatione interposita; nam alioquin, si stipulanti promiserint, jure civili tenentur.

10. Actiones autem de peculio ideo adversus patrem dominumve comparavit prætor, quia, licet ex contractu filiorum servorumve ipso jure non teneantur, æquum tamen est peculio tenus, quod veluti patrimonium est filiorum filiarumque, item servorum, condemnari eos.

11. Item si quis, postulante adversario, juraverit deberi sibi pecuniam quam peteret, neque ei solvatur, justissime accommodat ei talem actionem, per quam non illud quæritur an ei pecunia debeatur, sed an juraverit.

12. Pœnales quoque actiones bene multas ex sua jurisdictione introduxit : veluti adversus eum qui quid ex albo ejus corrupisset; et in eum qui patronum vel parentem in jus vocasset, cum id non impetrasset; item adversus eum qui vi exemerit eum qui in jus vocaretur, cujusve dolo alius exemerit, et alias innumerabiles.

13. Præjudiciales actiones in rem esse videntur, quales sunt per quas quæritur an aliquis liber, vel an libertus sit, vel de partu agnoscendo. Ex quibus fere una illa legitimam causam habet, per quam quæritur an aliquis liber sit : ceteræ ex ipsius prætoris jurisdictione substantiam capiunt.

14. Sic itaque discretis actionibus, certum est non posse actorem suam rem ita ab aliquo petere : SI PARET EUM DARE OPORTERE; nec enim quod actoris est, id ei dari oportet, quia scilicet dari cuiquam id intelligitur, quod ita datur ut

Digitized by Google

cum solum id dari nobis intelligatur, quod (*ita datur*, *ut*) nostrum fiat; nec res quæ nostra (*est*), amplius (*nostra*) fieri potest. Plane odio furum, quo magis pluribus actionibus teneantur, effectum est ut, extra pœnam dupli aut quadrupli, rei recipiendæ nomine fures ex hac actione etiam teneantur : SI PARET EOS DARE OPORTERE, quamvis sit etiam adversus eos hæc actio qua rem nostram esse petimus.

5. Appellantur autem in rem quidem actiones vindicationes, in personam vero actiones, quibus dari fieri ve oportere intendimus, condictiones.

(*Conf.* GAI. INST. IV, 18, *infra*).

6. Agimus autem interdum ut rem tantum consequamur, interdum ut pœnam tantum, alias ut rem et pœnam.

7. Rem tantum persequimur, velut actionibus ex contractu [agimus].

8. Pœnam tantum consequimur, velut actione furti, et injuriarum, et, secundum quorumdam opinionem, actione

Google

ejus fiat, nec res quæ jam actoris est magis ejus fieri potest. Plane odio furum, quo magis pluribus actionibus teneantur, effectum est ut, extra pœnam dupli aut quadrupli, rei recipiendæ nomine fures etiam hac actione teneantur, SI PARET EOS DARE OPORTERE, quamvis sit adversus eos etiam hæc in rem actio, per quam rem suam quis esse petit.

15. Appellamus autem in rem quidem actiones, vindicationes; in personam vero actiones, quibus dare facere oportere intenditur, condictiones : condicere enim est denuntiare, prisca lingua. Nunc vero abusive dicimus, condictionem actionem in personam esse, qua actor intendit dari sibi oportere; nulla enim hoc tempore eo nomine denuntiatio fit.

16. Sequens illa divisio est, quod quædam actiones rei persequendæ gratia comparatæ sunt, quædam pœne persequendæ, quædam mixtæ sunt.

17. Rei persequendæ causa comparatæ sunt omnes in rem actiones. Earum vero actionum quæ in personam sunt, eæ quidem quæ ex contractu nascuntur, fere omnes rei persequendæ causa comparatæ videntur : veluti, quibus mutuam pecuniam, vel in stipulatum deductam petit actor, item commodati, depositi, mandati, pro socio, ex empto vendito, locato conducto. Plane, si depositi agatur eo nomine, quod tumultus, incendii, ruinæ, naufragii causa depositum sit, in duplum actionem prætor reddit, si modo cum ipso apud quem depositum sit, aut cum herede ejus ex dolo ipsius agetur : quo casu mixta est actio.

18. Ex maleficiis vero proditæ actiones aliæ tantum pœnæ persequendæ causa comparatæ sunt, aliæ tam pœnæ quam rei persequendæ, et ob id mixtæ sunt.

Pœnam tantum persequitur quis actione furti : sive enim manifesti agatur quadrupli, sive nec manifesti dupli, de

Google

vi bonorum raptorum: nam ipsius rei et vindicatio et condictio nobis competit.

9. Rem vero et pœnam persequimur, velut ex his causis ex quibus adversus inficiantem in duplum agimus : quod accidit per actionem judicati, depensi, damni in*juriæ ex lege* Aqui*lia*, *et* legatorum nomine quæ per damnationem certa relicta sunt.

10. Quædam præterea sunt actiones quæ ad legis actionem exprimuntur, quædam sua vi ac potestate constant. Quod ut manifestum fiat, opus est ut prius de legis actionibus loquamur.

11. Actiones quas in usu veteres habuerunt, legis actiones appellabantur, vel ideo quod legibus proditæ erant, quia tunc edicta prætoris, quibus complures actiones introductæ sunt, nondum in usu habebantur; vel ideo quia ipsarum legum verbis accommodatæ erant, et ideo immutabiles proinde atque leges observabantur. Unde eum qui de vitibus succisis ita egisset, ut in actione vites nominaret, responsum est rem perdidisse, quia debuisset arbores nominare, eo quod lex XII tabularum, ex qua de vitibus succisis actio competeret, generaliter de arboribus succisis loqueretur.

Digitized by Google

sola pœna agitur : nam ipsam rem propria actione persequitur quis, id est, suam esse petens, sive fur ipse eam rem possideat, sive alius quilibet; eo amplius, adversus furem etiam condictio est rei.

19. Vi autem bonorum raptorum actio mixta est, quia in quadruplum rei persecutio continetur, pœna autem tripli est. Sed et legis Aquiliæ actio de damno injuriæ mixta est, non solum si adversus inficiantem in duplum agatur, sed interdum et si in simplum quisque agit : veluti si quis hominem claudum aut luscum occiderit, qui in eo anno integer et magni pretii fuerit : tanti enim damnatur, quanti is homo in eo anno plurimi fuerit, secundum jam traditam divisionem.

Item mixta est actio contra eos qui relicta sacrosanctis ecclesiis vel aliis venerabilibus locis, legati vel fideicommissi nomine, dare distulerint usque adeo ut etiam in judicium vocarentur : tunc enim et ipsam rem vel pecuniam quæ relicta est, dare compelluntur, et aliud tantum pro pœna, et ideo in duplum ejus fit condemnatio (1).

(1) *L.* 46, *pr.*, § 7, *C.*, *De episc. et clcr.* (1, 3).

12. Lege autem agebatur modis quinque : sacramento, per judicis postulationem, per condictionem, per manus injectionem, per pignoris capionem.

13. Sacramenti actio generalis erat : *de* quibus enim rebus ut aliter ageretur lege cautum non erat, de his sacramento agebatur. Eaque actio perinde periculosa erat falsi *convictis*, atque hoc tempore periculosa est actio certæ creditæ pecuniæ, propter sponsionem, qua periclitatur reus si temere neget, (*et*) restipulationem, qua periclitatur actor si non debitum petat : nam qui victus erat, summam sacramenti præstabat pœnæ nomine, *eaque in publicum cedebat*, *prædes*que eo nomine prætori dabantur, non ut nunc sponsionis et restipulationis pœna lucro cedit adversàrio qui vicerit. 14. Pœna autem sacramenti aut quingenaria erat, aut quinquagenaria. *Nam* de rebus mille aris plurisve quingentis assibus, de minoris *vero* quinquaginta assibus sacramento contendebatur : nam *ita* lege XII tabularum cautum erat. *At si de libertate* hominis *controversia* erat, etsi pretiosissimus homo esset, tamen ut L assibus sacramento contenderetur, eadem lege cautum est, favoris *causa*, *ne satisdatio*ne onerarentur adsertores . . . . . .
. . . . . .
istae omnes actiones . . . . . .
. . . . . .
captus . . . . . .
. . . . . 15. . . . . ad judicem accipiendum venirent. Postea *vero* reversis dabatur *post diem* XXX. judex, *idque* per legem Pinariam factum est; ante eam autem legem *nondum* dabatur judex.* Illud ex superioribus intelligimus, si de re minoris quam (M) æris agebatur, quinquagenario sacramento, non quingenario eos contendere solitos fuisse. Postea tamen quam judex datus esset, comperendinum diem, ut ad ju-

* Sed Vide Aulus Gellius XVI. 1.
Orod. Tab. IX. Dr. 3 apud Dirksen
" " " 2 " "

Google

dicem venirent, denuntiabant. Deinde cum ad judicem venerant, antequam apud eum *causam* perorarent, solebant breviter ei, et quasi per indicem, rem exponere : quæ dicebatur causæ collectio, quasi causæ suæ in breve coactio. **16.** Si in rem agebatur, mobilia quidem et moventia, quæ modo in jus adferri adducive possent, in jure vindicabantur ad hunc modum. Qui vindicabat festucam tenebat : deinde ipsam rem adprehendebat, velut hominem, et ita dicebat : HUNC EGO HOMINEM EX JURE QUIRITIUM MEUM ESSE AIO SECUNDUM SUAM CAUSAM, SICUT DIXI : ECCE TIBI VINDICTAM IMPOSUI. Et simul homini festucam imponebat. Adversarius eadem similiter dicebat et faciebat. Cum uterque vindicasset, prætor dicebat : MITTITE AMBO HOMINEM. Illi mittebant. Qui prior vindica(*verat, ita alterum interroga*)bat : POSTULO ANNE DICAS QUA EX CAUSA VINDICAVERIS. Ille respondebat : JUS PEREGI SICUT VINDICTAM IMPOSUI. Deinde qui prior vindicaverat, dicebat : QUANDO TU INJURIA VINDICAVISTI, D ÆRIS SACRAMENTO TE PROVOCO; adversarius quoque dicebat : SIMILITER EGO TE; seu L asses sacramenti nominabant. Deinde eadem sequebantur quæ cum in personam ageretur. Postea prætor secundum alterum eorum vindicias dicebat, id est, interim aliquem possessorem constituebat, eumque jubebat prædes adversario dare litis et vindiciarum, id est, rei et fructuum : alios autem prædes ipse prætor ab utroque accipiebat sacramenti, quod id in publicum cedebat. Festuca autem utebantur quasi hastæ loco, signo quodam justi dominii, *quia maxime* sua esse credebant, quæ ex hostibus cepissent : unde in centumviralibus judiciis hasta præponitur. **17.** Si qua res talis erat, ut (*non*) sine incommodo posset in jus adferri vel adduci, velut si columna, aut grex alicujus pecoris esset, pars aliqua inde sumebatur; deinde in eam partem, quasi in totam rem præsentem, fiebat vindicatio. Itaque ex grege vel una ovis aut capra in jus adducebatur, vel *etiam* pilus

Digitized by Google

Google

inde sumebatur et in jus adferebatur; ex nave vero et columna aliqua pars defringebatur. Similiter si de fundo, vel de ædibus, sive de hereditate controversia erat, pars aliqua inde sumebatur et in jus adferebatur, et in eam partem perinde atque in totam rem præsentem fiebat vindicatio : velut ex fundo gleba sumebatur, et ex ædibus tegula, et si de hereditate controversia erat, æque . . . . . qualem . . . . . .

18. Et hæc quidem actio proprie condictio vocabatur; nam actor adversario denuntiabat, ut ad judicem capiendum die XXX. adesset. Nunc vero non proprie condictionem dicimus actionem in personam (*esse, qua*) intendimus dare nobis oportere; nulla enim hoc tempore eo nomine denuntiatio fit. 19. Hæc autem legis actio constituta est per legem Siliam et Calpurniam : lege quidem Silia certæ pecuniæ; lege vero Calpurnia de omni certa re. 20. Quare autem hæc actio desiderata sit, cum de eo quod nobis dari oportet, potuerimus sacramento, aut per judicis postulationem agere, valde quæritur.

21. Per manus injectionem æque (*de*) his rebus agebatur, de quibus ut ita ageretur, lege *aliqua* cautum est, velut judicati lege XII tabularum. Quæ actio talis erat. Qui agebat sic dicebat : QUOD TU MIHI JUDICATUS SIVE DAMNATUS ES SESTERTIUM X MILLIA, QUÆ DOLO MALO NON SOLVISTI, OB EAM REM EGO TIBI SESTERTIUM X MILLIUM JUDICATI MANUS INJICIO; et simul aliquam partem corporis ejus prendebat. Nec licebat judicato manum sibi depellere, et pro se lege agere; sed vindicem dabat, qui pro se causam agere solebat : qui vindicem non dabat, domum ducebatur ab actore et vinciebatur. 22. Postea quædam leges ex aliis quibusdam causis pro judicato manus injectionem in quosdam dederunt : sicut lex Publilia in eum pro quo sponsor dependisset, *si* in sex mensibus proximis quam pro eo depensum esset, non solvisset sponsori pecuniam; item lex Furia

Digitized by Google

Google

de sponsu adversus eum qui a sponsore plus quam virilem partem exegisset; et denique complures aliæ leges in multis causis talem actionem dederunt. 23. Sed aliæ leges ex quibusdam *causis* constituerunt quasdam actiones per manus injectionem, sed puram, id est, non pro judicato: velut lex (*Furia*) testamentaria adversus eum qui legatorum nomine mortisve causa plus *M* assibus cepisset, cum ea lege non esset exceptus ut ei plus capere liceret; item lex Marcia adversus fœneratores, ut, si usuras exegissent, de his reddendis per manus injectionem cum eis ageretur. 24. Ex quibus legibus, et si quæ aliæ similes essent, cum agebatur, manum sibi depellere et pro se lege agere (*licebat*). Nam et actor in ipsa legis actione non adjiciebat hoc verbum PRO JUDICATO, sed nominata causa ex qua agebat, ita dicebat: OB EAM REM EGO TIBI MANUM INJICIO; cum hi quibus pro judicato actio data erat, nominata causa ex qua agebant, ita inferebant: OB EAM REM EGO TIBI PRO JUDICATO MANUM INJICIO. Nec me præterit, in forma legis Furiæ testamentariæ PRO JUDICATO verbum inseri, cum in ipsa lege non sit: quod videtur nulla ratione factum. 25. Sed postea lege . . . ., excepto judicato et eo pro quo depensum est, ceteris omnibus, cum quibus per manus injectionem agebatur, permissum est sibi manum depellere et pro se agere. Itaque judicatus et is pro quo depensum est, etiam post hanc legem, vindicem dare debebant, et, nisi darent, domum ducebantur; idque, quamdiu legis actiones in usu erant, semper ita observabatur: unde nostris temporibus is cum quo judicati depensive agitur, judicatum solvi satisdare cogitur.

26. Per pignoris capionem lege agebatur de quibusdam rebus moribus, (*de quibusdam*) lege. 27. Introducta est moribus, rei militaris. Nam propter stipendium licebat militi ab eo qui dist*rib*uebat, nisi daret, pignus capere: dicebatur autem ea pecunia quæ stipendii nomine da-

Google

Digitized by Google

batur, æs militare. Item propter eam pecuniam licebat pignus capere, ex qua equus emendus erat : quæ pecunia dicebatur æs equestre. Item propter eam pecuniam ex qua hordeum equis erat comparandum : quæ pecunia dicebatur æs hordiarium. **28**. Lege autem introducta est pignoris capio, velut lege XII tabularum adversus eum qui hostiam emisset, nec pretium redderet; item adversus eum qui mercedem non redderet pro eo jumento quod quis ideo locasset, ut inde pecuniam acceptam in dapem, id est, in sacrificium impenderet. Item lege. . . . . oria data est pignoris captio publicanis vectigalium publicorum populi Romani adversus eos qui aliqua lege vectigalia deberent. **29**. Ex omnibus autem istis causis certis verbis pignus capiebatur, et ob id plerisque placebat hanc quoque actionem legis actionem esse; quibusdam autem (*non*) placebat : primum quod pignoris captio extra jus peragebatur, id est, non apud prætorem, plerumque etiam absente adversario, cum alioquin ceteris actionibus non aliter uti possent quam apud prætorem, præsente adversario; præterea nefasto quoque die, id est, quo non licebat lege agere; pignus capi poterat.

30. Sed istæ omnes legis actiones paulatim in odium venerunt; namque ex nimia subtilitate veterum qui tunc jura condiderunt, eo res perducta est, ut vel qui minimum errasset, *litem* perderet. Itaque per legem Æbutiam et duas Julias sublatæ sunt istæ legis actiones; effectumque est ut per concepta verba, id est, per formulas litigaremus. **31**. Tantum ex duabus causis permissum est lege agere, damni infecti, et si centumvirale judicium fit. *Proinde etiam nunc*, cum ad centumviros itur, ante lege agitur sacramento apud prætorem urbanum vel peregrinum. Damni vero infecti nemo vult lege agere; sed potius stipulatione, quæ in edicto proposita est, obligat adversa-

Digitized by Google

Google

rium *per* mag*istratum*, quod et commodius jus et plenius est. Per pignoris. . . .

. . . . . .

32. . . . apparet. Item in ea forma quæ publicano proponitur, talis fictio est, ut, quanta pecunia olim, si pignus captum esset, id pignus is a quo captum erat luere deberet, tantam pecuniam condemnetur. **33**. Nulla autem formula ad condictionis fictionem exprimitur : sive enim pecuniam, sive rem aliquam certam de*bi*tam nobis petamus, eam ipsam dari nobis oportere intendimus, nec ullam adjungimus condictionis fictionem. Itaque simul intelligimus, eas formulas quibus pecuniam aut rem aliquam nobis dare oportere intendimus, sua vi ac potestate valere. Ejusdem naturæ sunt actiones commodati, fiduciæ, negotiorum gestorum, et aliæ innumerabiles.

34. Habemus ad*h*uc alterius generis fictiones in quibusdam formulis, velut cum is qui ex *edicto* bonorum possessionem pe*tiit*, ficto se herede agit. Cum enim prætorio jure et non legitimo succedat in locum defuncti, non habet directas actiones, et neque id quod defuncti fuit, potest intendere suum *esse*, *neque id quod defuncto de*bebatur, potest intendere dare sibi oportere. Itaque ficto se herede intendit, veluti *hoc* mo*do* : JUDEX ESTO, SI AULUS AGERIUS, id est, ipse actor, *LUCIO TITIO* HERES ESSET, TUM SI FUNDUM DE QUO AGITUR EX JURE QUIRITIUM EJUS ESSE *OPORTERET*; *vel* si i*n per*sonam agatur, præposita simili *fictione*, *intentio* ita subjicitur : TUM SI PARET NUMERIUM NEGIDIUM AULO (*AGERIO*) SESTERTIUM X MILLIA DARE OPORTERE. **35**. Similiter et bonorum emptor ficto se herede agit. Sed interdum et alio modo agere solet; nam ex persona ejus cujus bona emerit sumpta intentione, convertit condemnationem in suam personam, id est, ut quod illius esset, vel illi dare oporteret, eo nomine adversarius huic condemnetur : quæ species actionis appellatur Rutiliana, quia a prætore Publio Ru-

Digitized by Google

Google

tilio, qui et bonorum venditionem introduxisse dicitur, comparata est. Superior autem species actionis, qua ficto se herede bonorum emptor *agit*, Serviana vocatur **36.** (*Ejusdem generis est, quæ Publiciana vocatur.* Datur autem hæc actio ei qui ex justa causa traditam sibi rem nondum usucepit, eamque amissa possessione petit. Nam, quia non potest eam ex jure Quiritium suam esse intendere, fingitur rem usucepisse, et ita quasi ex jure Quiritium dominus factus esset, intendit hoc modo : JUDEX ESTO. SI QUEM HOMINEM AULUS AGERIUS EMIT, ET IS EI TRADITUS EST, ANNO POSSEDISSET, TUM SI EUM HOMINEM DE QUO AGITUR, EJUS EX JURE QUIRITIUM ESSE OPORTERET, et reliqua. **37.** Item civitas Romana peregrino fingitur, si eo nomine agat, aut cum eo agatur, quo nomine nostris legibus actio constituta est, si modo justum sit eam actionem etiam ad peregrinum extendi : velut si furtum *faciat* peregrinus, et cum eo agatur, formula ita concipitur : JUDEX ESTO. SI PARET (*OPE*) CONSILIOVE DIONIS HERMÆI FILII FURTUM FACTUM ESSE PATERÆ AUREÆ, QUAM OB REM EUM, SI CIVIS ROMANUS ESSET, PRO FURE DAMNUM DECIDERE OPORTERET, et reliqua. Item si peregrinus furti agat, civitas ei Romana fingitur. Similiter si ex lege Aquilia peregrinus damni injuriæ agat, aut cum eo agatur, ficta civitate Romana judicium datur. **38.** Præterea aliquando fingimus adversarium nostrum *capite* deminutum non esse. Nam si ex contractu nobis obligatus obligatave sit, et capite deminutus deminutave fuerit, velut mulier per coemptionem, masculus per adrogationem, desinit jure civili debere nobis, nec directo intendere *possumus* dare eum eamve oportere ; sed ne in potestate ejus sit jus nostrum corrumpere, introducta est contra eum eamve actio *utilis*, rescissa capitis deminutione, id est, in qua fingitur capite deminutus deminutave non esse.

Google

Google

Digitized by Google

20. Quædam actiones mixtam causam obtinere videntur, tam in rem quam in personam : qualis est familiæ erciscundæ actio, quæ competit coheredibus de dividenda hereditate; item communi dividundo, quæ inter eos redditur, inter quos aliquid commune est, ut id dividatur; item finium regundorum, quæ inter eos agitur qui confines agros habent. In quibus tribus judiciis permittitur judici, rem alicui ex litigatoribus ex bono et æquo adjudicare, et, si unius pars prægravare videbitur, eum invicem certa pecunia alteri condemnare.

21. Omnes autem actiones vel in simplum conceptæ sunt, vel in duplum, vel in triplum, vel in quadruplum; ulterius autem nulla actio extenditur.

22. In simplum agitur : veluti ex stipulatione, ex mutui datione, ex empto vendito, locato conducto, mandato, et denique ex aliis compluribus causis.

23. In duplum agimus : veluti furti nec manifesti, damni injuriæ ex lege Aquilia, depositi ex quibusdam casibus; item servi corrupti, quæ competit in eum cujus hortatu consiliove servus alienus fugerit, aut contumax adversus dominum factus est, aut luxuriose vivere cœperit, aut denique quolibet modo deterior factus sit : in qua actione etiam earum rerum quas fugiendo servus abstulit, æstimatio deducitur.

Item ex legato quod venerabilibus locis relictum est, secundum ea quæ supra diximus (1).

24. Tripli vero, cum quidam majorem vere æstimationis quantitatem in libello conventionis inseruit, ut ex hac causa viatores, id est, executores litium, ampliorem summam sportularum nomine exegerint : tunc enim id quod propter eorum causam damnum passus fuerit reus, in triplum ab actore consequetur, ut in hoc triplo et simplum,

(1) *L.* 46. § 7, *C.*, *De episc. et cler.*

Google

(*Conf.* GAI. INST. IV, 62, *infra.*)

Google

in quo damnum passus est, connumeretur. Quod nostra constitutio (1) induxit, quæ in nostro Codice fulget, ex qua dubio procul est ex lege condictitiam emanare.

25. Quadrupli, veluti furti manifesti; item de eo quod metus causa factum sit, deque ea pecunia quæ in hoc data sit, ut is cui datur calumniæ causa negotium alicui faceret, vel non faceret.

Item ex lege condictitia a nostra constitutione (2) oritur, in quadruplum condemnationem imponens iis executoribus litium, qui contra constitutionis normam a reis quidquam exegerint.

26. Sed furti quidem nec manifesti actio, et servi corrupti, a ceteris de quibus simul locuti sumus eo differunt, quod hæ actiones omnimodo dupli sunt; at illæ, id est, damni injuriæ ex lege Aquilia et interdum depositi, inficiatione duplicantur, in confitentem autem in simplum dantur.

Sed illa quæ de iis competit quæ relicta venerabilibus locis sunt, non solum inficiatione duplicatur, sed etiam si distulerit relicti solutionem usquequo jussu magistratuum nostrorum conveniatur; in confitentem vero, et antequam jussu magistratuum conveniatur solventem, simplum redditur (3).

27. Item actio de eo quod metus causa factum sit, a ceteris de quibus simul locuti sumus eo differt, quod ejus natura tacite continetur, ut qui judicis jussu ipsam rem actori restituat, absolvatur. Quod in ceteris casibus non ita est, sed omnimodo quisque in quadruplum condemnatur : quod est et in furti manifesti actione.

28. Actionum autem quædam bonæ fidei sunt, quædam stricti juris. Bonæ fidei sunt hæ: ex empto vendito, locato

---

(1) *L.* 2, § 2, *C.*, *De plus pet.* (III, 10). — (2) *L.* 4, *C.*, *De sportul.* (III, 2). — (3) *L.* 46, § 7, *C.*, *De episc. et cler.*

Google

(*Conf.* Gai. Inst. IV, 61, *infra*.)

Google

conducto, negotiorum gestorum, mandati, depositi, pro socio, tutelæ, commodati, pigneratitia, familiæ erciscundæ, communi dividundo, præscriptis verbis quæ de æstimato proponitur, et ea quæ ex permutatione competit, et hereditatis petitio.

Quamvis enim usque adhuc incertum erat, sive inter bonæ fidei judicia connumeranda sit hereditatis petitio, sive non, nostra tamen constitutio (1) aperte eam esse bonæ fidei disposuit.

29. Fuerat antea et rei uxoriæ actio una ex bonæ fidei judiciis.

Sed cum, pleniorem esse ex stipulatu actionem invenientes, omne jus quod res uxoria ante habebat, cum multis divisionibus, in actionem ex stipulatu quæ de dotibus exigendis proponitur, transtulimus, merito, rei uxoriæ actione sublata, ex stipulatu, quæ pro ea introducta est, naturam bonæ fidei judicii tantum in exactione dotis meruit; ut bonæ fidei sit (2). Sed et tacitam ei dedimus hypothecam (3). Præferri autem aliis creditoribus in hypothecis tunc censuimus, cum ipsa mulier de dote sua experiatur, cujus solius providentia hoc induximus (4).

30. In bonæ fidei autem judiciis libera potestas permitti videtur judici ex bono et æquo æstimandi, quantum actori restitui debeat. In quo et illud continetur, ut, si quid invicem præstare actorem oporteat, eo compensato in reliquum is cum quo actum est, debeat condemnari. Sed et in strictis judiciis ex rescripto divi Marci, opposita doli mali exceptione, compensatio inducebatur.

Sed nostra constitutio (5) eas compensationes quæ jure aperto nituntur, latius introduxit, ut actiones ipso jure mi-

---

(1) *L.* 12, § 3, *C.*, *De petit. hered.* (III, 31) — (2) *L. un.*, *pr.*, § 1, 2, *C.*, *De rei uxor. act.* (V, 13).—(3) *L.* 30, *C.*, *De jure dotium* (V, 12). — (4) *L.* 12, § 1, *C.*, *qui potior. in pignore* (VIII, 18). —(5) *L.* 14, *pr.*, § 1, *C.*, *De compens.* (IV, 31); *L.* 11, *Depositi* (IV, 34).

39. Partes autem formularum hæ sunt : demonstratio, intentio, adjudicatio, condemnatio. **40.** Demonstratio est ea pars formulæ quæ præcipue id*eo* inseritur, ut demonstretur res de qua agitur, velut hæc pars formulæ : QUOD AULUS AGERIUS NUMERIO NEGIDIO HOMINEM VENDIDIT; item hæc : QUOD AULUS AGERIUS (APUD) NUMERIUM NEGIDIUM HOMINEM DEPOSUIT. **41.** Intentio est ea pars formulæ qua actor desiderium suum concludit, velut hæc pars formulæ : SI PARET NUMERIUM NEGIDIUM AULO AGERIO SESTERIUM X MILLIA DARE OPORTERE; item hæc : QUIDQUID PARET NUMERIUM NEGIDIUM AULO AGERIO DARE FACERE (*OPORTERE*); item hæc : SI PARET HOMINEM EX JURE QUIRITIUM AULI AGERII ESSE. **42.** Adjudicatio est ea pars formulæ qua permittitur judici rem alicui ex litigatoribus adjudicare : velut si inter coheredes familiæ erciscundæ agatur, aut inter socios communi divi-

Google

nuant, sive in rem, sive in personam, sive alias quascumque : excepta sola depositi actione, cui aliquid compensationis nomine opponi satis impium esse credidimus, ne, sub prætextu compensationis, depositarum rerum quis exactione defraudetur.

31. Præterea quasdam actiones arbitrarias, id est, ex arbitrio judicis pendentes, appellamus, in quibus, nisi arbitrio judicis is cum quo agitur actori satisfaciat, veluti rem restituat, vel exhibeat, vel solvat, vel ex noxali causa servum dedat, condemnari debeat. Sed istæ actiones tam in rem quam in personam inveniuntur : in rem, veluti Publiciana, Serviana de rebus coloni, quasi Serviana quæ etiam hypothecaria vocatur; in personam, veluti quibus de eo agitur quod aut metus causa, aut dolo malo factum est, item cum id quod certo loco promissum est petitur; ad exhibendum quoque actio ex arbitrio judicis pendet. In his enim actionibus et ceteris similibus permittitur judici ex bono et æquo, secundum cujusque rei de qua actum est naturam, æstimare quemadmodum actori satisfieri oporteat.

Digitized by Google

dundo, aut inter vicinos finium regundorum; nam illic *ita est:* QUANTUM ADJUDICARI OPORTET, JUDEX TITIO ADJUDICATO. **43** Condemnatio est ea pars formulæ qua judici condemnandi absolvendive potestas permittitur, velut hæc pars formulæ: JUDEX NUMERIUM NEGIDIUM AULO AGERIO SESTERTIUM X MILLIA CONDEMNA: SI NON PARET, ABSOLVE; item hæc: JUDEX NUMERIUM NEGIDIUM AULO AGERIO DUNTAXAT (*X MILLIA*) CONDEMNA: SI NON PARET, ABSOLVITO; item hæc: JUDEX NUMERIUM NEGIDIUM X MILLIA CONDEMNATO, et reliqua, ut non adjiciatur: SI NON PARET, ABSOLVITO. **44.** Non *tamen* istæ omnes partes simul inveniuntur; sed quædam inveniuntur, quædam non inveniuntur. Certe intentio aliquando sola invenitur, sicut in præjudicialibus formulis, qualis est qua quæritur aliquis libertus sit, vel quanta dos sit, et aliæ complures. Demonstratio autem et adjudicatio et condemnatio nunquam solæ inveniuntur; nihil (*enim*) omnino sine intentione vel condemnatione valet (*demonstratio*); item condemnatio sine [demonstratione vel] intentione [vel adjudicatione] nullas vires habet, *et* ob id nunquam solæ inveniuntur.

45. Sed eas quidem formulas in quibus de jure quæritur, *in jus* conceptas vocamus: quales sunt quibus intendimus nostrum esse aliquid ex jure Quiritium, aut nobis dare oportere, aut pro fure damnum (*decidere oportere; in*) quibus juris civilis intentio est. **46.** Ceteras vero in factum conceptas vocamus, id est, in quibus nulla talis intentionis conceptio est, (*sed*) initio formulæ nominato eo quod factum *est*, adjiciuntur ea verba per quæ judici damnandi absolvendive potestas datur: qualis est formula qua utitur patronus contra libertum, qui eum contra edictum prætoris in jus vocat; nam in ea ita est: RECUPERATORES SUNTO. SI PARET ILLUM PATRONUM AB ILLO LIBERTO CONTRA EDICTUM ILLIUS PRÆTORIS IN JUS VOCATUM ESSE, RECUPERATORES ILLUM LIBERTUM ILLI PATRONO SESTERTIUM X MILLIA

Google

Google

MNATE; SI NON PARET, ABSOLVITE. Ceteræ quoque formulæ sub titulo de in jus vocando propositæ sunt, ...um conceptæ sunt : velut adversus eum qui in jus vocatus neque venerit, neque vindicem dederit; item contra eum qui vi exemerit eum qui in jus vocatur; et denique innumerabiles ejusmodi aliæ formulæ in albo proponuntur. **47**. Sed ex quibusdam causis prætor et in jus et in factum conceptas formulas proponit, velut depositi et commodati. Illa enim formula quæ ita concepta est : JUDEX ESTO. QUOD AULUS AGERIUS APUD NUMERIUM NEGIDIUM MENSAM ARGENTEAM DEPOSUIT, QUA DE RE AGITUR, QUIDQUID OB EAM REM NUMERIUM NEGIDIUM AULO AGERIO DARE FACERE OPORTET EX FIDE BONA [EJUS], ID JUDEX NUMERIUM NEGIDIUM AULO AGERIO CONDEMNATO... (1) : SI NON PARET ABSOLVITO, in jus concepta est. At illa formula quæ ita concepta est : JUDEX ESTO. SI PARET AULUM AGERIUM APUD NUMERIUM NEGIDIUM MENSAM ARGENTEAM DEPOSUISSE, EAMQUE DOLO MALO NUMERII NEGIDII AULO AGERIO REDDITAM NON ESSE, QUANTI EA RES ERIT, TANTAM PECUNIAM JUDEX NUMERIUM NEGIDIUM AULO AGERIO CONDEMNATO : SI NON PARET, ABSOLVITO, in factum concepta est. Similes etiam commodati formulæ sunt.

48. Omnium autem formularum quæ condemnationem habent, ad pecuniariam æstimationem condemnatio concepta est. Itaque etsi corpus aliquod petamus, *velut* fundum, *hominem*, vestem, *aurum*, *argentum*, judex non ipsam rem condemnat eum cum quo actum est, sicut olim fieri solebat, (*sed*) æstimata re pecuniam eum condemnat. **49**. Condamnatio autem vel certæ pecuniæ in formula ponitur, vel incertæ. **50**. Certæ pecuniæ, in ea formula qua certam *pecuniam petimus ;* nam illic ima parte formulæ ita est : JUDEX NUMERIUM NEGIDIUM AULO AGERIO SESTERTIUM X MILLIA CONDEMNA : SI NON PARET, ABSOLVE. **51**. In-

(1) Cod. : *nr.* Quidam conjiciunt : *nisi restituat.*

Google

Google

certæ vero condemnatio pecuniæ duplicem significationem habet. Est enim una cum aliqua præfinitione, quæ vulgo dicitur cum taxatione, veluti si incertum aliquid petamus : nam illic *ima pars for*mulæ ita *est* : JUDEX NUMERIUM NEGIDIUM AULO AGERIO DUNTAXAT X MILLIA CONDEMNA : SI NON PARET, ABSOLVE. *Di*versa est quæ infinita est, *vel*ut si rem aliquam a possidente nostram esse petamus, id est, si in rem agamus, vel ad exhibendum; nam illic ita est : QUANTI EA RES ERIT, TANTAM PECUNIAM *JUDEX* NUMERIUM NEGIDIUM *AULO AGERIO* CONDEMNA : SI NON PARET, ABSOLVITO. 52. Quid er*go* est? judex (1) si condemnat, certam pecuniam condemnare debet, etsi certa pecunia in condemnatione posita non sit. Debet autem judex attendere *ut cum* certæ pecuniæ condemnatio posita sit, neque majoris, neque minoris summa petita condemnet : alioquin litem suam facit; item si taxatio posita sit, ne pluris condemnet quam taxatum sit : ali*as* enim similiter litem suam facit; minoris autem damnare ei permissum est. . . . . .
. . . . . .
. . . . intendere debent. . . . . .
condemnatione constringi. . . . . .
. . . . . .

53. Si quis intentione plus complexus *fuerit*, *causa cadit*, *id est*, *rem perdit;* nec a prætore in in*tegrum restituitur*, *præterquam quibusd*am casibus, in *quibus prætor edicto succurrit*. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .

(1) Alii conjiciunt : Qui de re vera est judex.

Google

32. Curare autem debet judex ut omnimodo, quantum possibile ei sit, certæ pecuniæ vel rei sententiam ferat, etiam si de incerta quantitate apud eum actum est.

33. Si quis agens in intentione sua plus complexus fuerit quam ad eam pertineret, causa cadebat, id est, rem amittebat; nec facile in integrum a prætore restituebatur; nisi minor erat viginti quinque annis: huic enim, sicut in aliis causis causa cognita succurrebatur, si lapsus juventute fuerat, ita et in hac causa succurri solitum erat. Sane, si tam magna causa justi erroris interveniebat, ut etiam constantissimus quisque labi posset, etiam majori viginti quinque annis succurrebatur: veluti, si quis totum legatum petierit, post deinde prolati fuerint codicilli quibus aut pars leguti adempta sit, aut quibusdam aliis legata data sint, quæ efficiebant ut plus petiisse videretur

Google

Plus autem quatuor modis petitur : re, tempore, *loco*, *causa*. . . . . .
. . . . . .
quæ enim. . . . . .
aut si is, *cujus* ex parte res est, totam rem *vel majore ex parte suam esse intenderit*. . . . . .
. . . . . .
dari promissum. . . . . .

. . *verbi gratia*, *si is qui ita stipulatus est* : EPHESI DARE SPONDES? DARE SPONDEO, *Romæ pure intendat dari sibi oportere* . . . . . .
. . . dare . . plus . . . . . .
. . . . . .
petere id *etiam* (1) non adjecto loco.

Causa plus petitur, velut si quis in intentione tollat electionem debitoris, quam is habet obligationis jure; velut si quis ita stipulatus sit : SESTERTIUM X MILLIA AUT HOMINEM STICHUM DARE SPONDES? deinde alterutrum ex his petat; nam

(1) Holweg proponit : *pure* petere, id est.....

Google

petitor quam dodrantem, atque ideo lege Falcidia legata minuebantur.

Plus autem quatuor modis petitur : re, tempore, loco, causa.

Re, veluti si quis pro decem aureis qui ei debebantur, viginti petierit ; aut si is cujus ex parte res est, totam eam vel majore ex parte suam esse intenderit.

Tempore, veluti si quis ante diem vel ante conditionem petierit : qua ratione enim qui tardius solvit quam solvere deberet, minus solvere intelligitur, eadem ratione qui præmature petit, plus petere videtur.

Loco plus petitur, veluti cum quis id quod certo loco sibi stipulatus est, alio loco petit, sine commemoratione illius loci in quo sibi dari stipulatus fuerit : verbi gratia, si is qui ita stipulatus fuerit : EPHESI DARE SPONDES ? Romæ pure intendat sibi dari oportere. Ideo autem plus petere intelligitur, quia utilitatem quam habuit promissor si Ephesi solveret, adimit ei pura intentione. Propter quam causam alio loco petenti arbitraria actio proponitur, in qua scilicet ratio habetur utilitatis quæ promissori competitura fuisset, si illo loco solveret : quæ utilitas plerumque in mercibus maxima invenitur, veluti vino, oleo, frumento, quæ per singulas regiones diversa habent pretia, sed et pecuniæ numeratæ non in omnibus regionibus sub iisdem usuris fœnerantur. Si quis tamen Ephesi petat, id est, eo loco petat quo ut sibi detur stipulatus est, pura actione recte agit ; idque etiam prætor monstrat, scilicet quia utilitas solvendi salva est promissori.

Huic autem qui loco plus petere intelligitur, proximus est is qui causa plus petit : ut ecce, si quis ita a te stipuletur : HOMINEM STICHUM AUT DECEM AUREOS DARE SPONDES ? deinde alterutrum petat, veluti hominem tantum, aut decem aureos tantum. Ideo autem plus petere intelligitur, quia in eo genere stipulationis promissoris est electio,

Google

quamvis petat quod minus est, plus tamen petere videtur, quia potest adversarius interdum facilius id præstare quod non petitur. Similiter si quis genus stipulatus sit, deinde speciem petat; velut si quis *purpuram* stipulatus sit generaliter, deinde Tyriam specialiter petat : quin etiam *licet* vilissimam petat, idem juris est propter eam rationem quam proxime diximus. Idem juris est, si quis generaliter hominem stipulatus sit, deinde nominatim aliquem petat, velut Stichum, quamvis vilissimum. Itaque sicut ipsa stipulatio concepta est, ita et intentio formulæ concipi debet.

54. Illud satis apparet, in incertis formulis plus peti non posse, quia, cum certa quantitas non petatur, sed quidquid adversarium dare facere oporteat intendatur, nemo potest plus intendere. Idem juris est, et si in rem incertæ partis actio data sit, velut si heres quantam partem *paret* in eo fundo, quo de agitur, *ipsius* esse, *intendat :* quod genus actionis in paucissimis causis dari solet.

55. Item palam est, si quis aliud pro alio intenderit, nihil eum periclitari, eumque ex integro agere posse, quia *nihil in judicium deducitur*, *velut* si is qui hominem

Google

utrum pecuniam an hominem solvere malit; qui igitur pecuniam tantum, vel hominem tantum sibi dari oportere intendit, eripit electionem adversario, et eo modo suam quidem conditionem meliorem facit, adversarii vero sui deteriorem. Qua de causa talis in ea re prodita est actio, ut quis intendat hominem Stichum aut aureos decem sibi dari oportere, id est, ut eodem modo peteret quo stipulatus est. Præterea, si quis generaliter hominem stipulatus sit, et specialiter Stichum petat, aut generaliter vinum stipulatus, specialiter Campanum petat, aut generaliter purpuram stipulatus sit, deinde specialiter Tyriam petat, plus petere intelligitur, quia electionem adversario tollit, cui stipulationis jure liberum fuit aliud solvere quam quod peteretur. Quin etiam, licet vilissimum sit quod quis petat, nihilominus plus petere intelligitur, quia sæpe accidit ut promissori facilius sit illud solvere, quod majoris pretii est.

Sed hæc quidem antea in usu fuerant. Postea autem lex Zenoniana (1) et nostra (2) rem coercuit. Et si quidem tempore plus fuerit petitum, quid statui oportet, Zenonis divæ memoriæ loquitur constitutio. Sin autem quantitate vel alio modo plus fuerit petitum, omne, si quod forte damnum ex hac causa acciderit, ei contra quem plus petitum fuerit, commissa tripli condemnatione, sicut supra diximus, púniatur.

---

(1) *L.* 1, *C.*, *De plus petitionibus* (III, 10). — (2) *L.* 2, *C.*, *eod.*

Google

Stichum petere deberet, Erotem petierit; aut si quis ex testamento dari sibi oportere intenderit, cui ex stipulatu debebatur; aut si cognitor aut procurator intenderit sibi dare oportere.

56. Sed plus quidem intendere, sicut supra diximus, periculosum est; minus autem intendere licet : sed de reliquo intra ejusdem prætoram agere non permittitur; nam qui ita agit, per exceptionem excluditur, quæ exceptio appellatur litis dividuæ.

(*Conf.* GAI. INST. IV, 55, *supra.*)

57. At si in condemnatione plus positum sit quam *oportet*, actoris qui*dem* periculum nullum est, sed (*reus*, *cum*) iniquam formulam acceperit, in integrum restituitur, ut minuatur condemnatio. Si vero minus positum fuerit quam oportet, hoc solum (*actor*) consequitur quod posuit : nam tota qui*dem* res in judicium deducitur, constringitur autem condemnationis fine, quam judex egredi non potest. Nec ex ea parte prætor in integrum restituit; facilius enim reis prætor succurrit quam actoribus. Loquimur autem exceptis minoribus XXV annorum; nam hujus ætatis hominibus in omnibus rebus lapsis prætor succurrit.

58. Si in demonstratione plus aut minus positum sit, nihil in judicium deducitur, et ideo res in integro manet; et hoc est quod dicitur, falsa demonstratione rem non perimi. **59.** Sed sunt qui putant minus recte comprehendi nam qui forte Stichum et Erotem emerit, recte videtur ita

Google

34. Si minus in intentione complexus fuerit actor quam ad eum pertineret, veluti si, cum ei decem deberentur, quinque sibi dari oportere intenderit, aut si, cum totus fundus ejus esset, partem dimidiam suam esse petierit, sine periculo agit: in reliquum enim nihilominus judex adversarium in eodem judicio condemnat, ex constitutione divæ memoriæ Zenonis (1).

35. Si quis aliud pro alio intenderit, nihil eum periclitari placet; sed in eodem judicio, cognita veritate, errorem suum corrigere ei permittimus, veluti, si is qui hominem Stichum petere deberet, Erotem petierit, aut si quis ex testamento sibi dari oportere intenderit, quod ex stipulatu debetur.

(1) *L.* 1, § 3, *C.*, *De plus pet.*

Google

demonstrare : QUOD EGO DE TE HOMINEM EROTEM EMI ; et si velit, de Sticho alia formula id*em* agat ; quia verum est eum qui duos emer*it*, singulos q*uoque* emisse ; idque ita maxime Labeoni visum est. Sed si is qui unum emerit, de duobus egerit, falsum demonstrat. Idem et in aliis actionibus est, velut commodati, depositi. ⊗⊗. Sed nos apud quosdam scriptum invenimus, in actione depositi, et denique in ceteris omnibus quibus damnatus unusquisque ignominia notatur, eum qui plus quam oporteret demonstraverit, litem perdere : velut si quis, una re deposita, duas res deposuisse demonstraverit ; aut si is cui pugno mala percussa est, in actione injuriarum esse aliam partem corporis percussam sibi demonstraverit. Quod an debeamus credere verius esse, diligentius requiremus. Certe cum duæ sint depositi formulæ, alia in jus concepta, alia in factum, sicut supra quoque notavimus, et in ea quidem formula quæ in jus concepta est, initio res de qua agitur demonstretur, tum designetur, deinde inferatur juris contentio his verbis : QUIDQUID OB EAM REM ILLUM MIHI DARE FACERE OPORTET ; in ea vero quæ in factum concepta est, *sine demonstratione in intentione res* (1) de *qua agitur* designetur his verbis : SI PARET ILLUM APUD ILLUM DEPOSUISSE, dubitare non debemus, quin si quis in formula quæ in factum composita est, plures res designaverit quam deposuerit, l*item* perdat, quia in intentione plus po*suisse* videtur. . . . . .

(1) Alii sic restituunt : *Statim initio intentionis loco res.*

36. Sunt præterea quædam actiones quibus non solidum quod nobis debetur, persequimur, sed modo solidum consequimur, modo minus, ut ecce, si in peculium filii servive agamus : nam si non minus in peculio sit quam persequimur, in solidum dominus paterve condemnatur; si vero

Google

61. *In bonæ fidei autem judiciis libera potestas permitti videtur judici, ex æquo et bono æstimandi quantum actori restitui debeat : in quo et illud* continetur, ut habita ratione ejus quod *invicem actorem* ex eadem causa præstare oportet, in reliquum eum cum quo actum est, condemnare (*debeat*).

62. Sunt autem bonæ fidei judicia hæc : ex empto vendito, locato conducto, negotiorum gestorum, mandati, depositi, fiduciæ, pro socio, tutelæ, *commo*dati.

63. *In his* tamen judici, *hujusmodi* compensationis *ratio*nem habere, *non ipsis quidem* formulæ verbis præcipitur ; sed quia id bonæ fidei judicio conveniens videtur, id officio ejus contineri creditur.

64. Alia causa est illius actionis qua argentarius experitur ; nam is cogitur cum compensatione agere, *id est*, *ut* compensatio verbis formulæ comprehendatur. *Itaque* argen*tarius*, ab initio compensatione facta, minus intendit sibi dare oportere. Ecce enim si sestertium X millia debeat

Google

minus inveniatur, eatenus condemnat judex, quatenus in peculio sit. Quemadmodum autem peculium intelligi debeat, suo ordine proponemus.

37. Item, si de dote judicio mulier agat, placet eatenus maritum condemnari debere, quatenus facere possit, id est, quatenus facultates ejus patiuntur. Itaque, si dotis quantitati concurrant facultates ejus, in solidum damnatur; si minus, in tantum quantum facere potest. Propter retentionem quoque dotis repetitio minuitur; nam ob impensas in res dotales factas marito retentio concessa est, quia ipso jure necessariis sumptibus dos minuitur, sicut ex latioribus Digestorum libris cognoscere licet.

38. Sed et si quis cum parente suo patronove agat, item si socius cum socio judio societatis agat, non plus actor consequitur, quam adversarius ejus facere potest. Idem est, si quis ex donatione sua conveniatur.

39. Compensationes quoque oppositæ plerumque officiunt, ut minus quisque consequatur, quam ei debebatur; namque ex bono et æquo, habita ratione ejus, quod invicem actorem ex eadem causa præstare oportet, in reliquum eum cum quo actum est condemnare, sicut jam dictum est.

Digitized by Google

Titio, atque ei XX debeat *Titius*, *ita* intendit, si paret Titium sibi X millia dare oportere amplius quam ipse *Titio* debet.

65. Item. . . bonorum emptor cum deductione agere *debet*, id *est*, *ut* in hoc solum adversarius condemnetur, quod superest, deducto eo quod invicem sibi defraudatoris nomine debetur (1).

66. Inter compensationem autem, quæ argentario interponitur, et deductionem, quæ objicitur *bonorum emptori*, illa differentia est, quod in compensationem hoc solum vocatur, quod ejusdem generis et naturæ est, veluti pecunia cum pecunia compensatur, tritieum cum tritico, vinum cum vino; adeo ut quibusdam placeat, non omnimodo vinum cum vino, aut triticum cum tritico compensandum, sed ita si ejusdem naturæ qualitatisque sit : in deductionem autem vocatur et quod non est ejusdem generis; itaque si pecuniam petat bonorum emptor, et invicem frumentum aut vinum *ipse* debeat, deducto quanti id erit, in reliquum experitur. **67.** Item vocatur in deductionem et id quod in diem debetur : compensatur autem hoc solum quod præsenti die debetur. **68.** Præterea compensationis quidem ratio in intentione ponitur; quo fit ut, si facta compensatione plus nummo uno intendat argentarius, causa cadat et ob id rem perdat : deductio vero ad condemnationem ponitur, quo loco plus petenti periculum non intervenit; utique bonorum emptore agente, qui, licet de certa pecunia agat, incerti tamen condemnationem concipit.

---

(1) Alii sic : invicem ei bonorum *emptor* defraudatoris nomine debet.

Google

40. Eum quoque qui creditoribus suis bonis cessit, si postea aliquid adquisierit quod idoneum emolumentum habeat, ex integro in id quod facere potest, creditores cum eo experiuntur : inhumanum enim erat spoliatum fortunis suis in solidum damnari.

Google

69. Quia tamen superius mentionem habuimus de actione qua in peculium filiorumfamilias servorumque agitur, opus est ut de hac actione et de ceteris quæ eorumdem nomine in parentes dominosve dari solent, diligentius admoneamus.

70. In primis itaque, si jussu patris dominive negotium gestum erit, in solidum prætor actionem in patrem dominumve comparavit, et recte; quia qui ita negotium gerit, magis patris dominive, quam filii servive fidem sequitur.

71. Eadem ratione comparavit duas alias actiones, exercitoriam *et* institoriam. Tunc autem exercitoria locum habet, cum pater dominusve filium servumve magistrum navis præposuerit, et quid cum eo, ejus rei gratia cui præpositus fuit, negotium gestum erit; cum enim ea quoque res ex voluntate patris dominive contrahi videatur, æquissimum *prætori* visum est in solidum actionem dari. Quin etiam, licet extraneum quisquam *magistrum navi* præposuerit, sive servum, sive liberum, tamen ea prætoria actio in eum redditur. Ideo autem exercitoria actio appellatur, quia exercitor vocatur is ad quem quotidianus navis quæstus pervenit. Institoria *vero* formula tum locum habet, cum quis tabernæ aut cuilibet negotiationi filium servumve *suum*, *aut etiam* quemlibet extraneum, sive servum, sive liberum, præposuerit, et quid cum eo, ejus rei gratia cui præpositus est, contractum fuerit. Ideo au-

Google

Tit. VII. Quod cum eo, qui in alienâ potestate est, negotium gestum esse dicetur.

Quia tamen superius mentionem habuimus de actione, quæ in peculium filiorumfamilias servorumve agitur, opus est ut de hac actione, et de ceteris quæ eorumdem nomine in parentes dominosve dari solent, diligentius admoneamus. Et quia, sive cum servis negotium gestum sit, sive cum iis qui in potestate parentis sunt, his fere eadem jura servantur, ne verbosa fiat disputatio, dirigamus sermonem in personam servi dominique, idem intellecturi de liberis quoque et parentibus quorum in potestate sunt; nam si quid in his proprie observatur, separatim ostendemus.

1. Si igitur jussu domini cum servo negotium gestum erit, in solidum prætor adversus dominum actionem pollicetur; scilicet quia qui ita contrahit, fidem domini sequi videtur.

2. Eadem ratione prætor duas alias in solidum actiones pollicetur, quarum altera exercitoria, altera institoria appellatur. Exercitoria tunc habet locum, cum quis servum suum magistrum navi præposuerit, et quid cum eo, ejus rei gratia cui præpositus erit, contractum fuerit: ideo autem exercitoria vocatur, quia exercitor appellatur is ad quem quotidianus navis quæstus pertinet. Institoria tunc locum habet, cum quis tabernæ forte aut cuilibet negotiationi servum præposuerit, et quid cum eo, ejus rei causa cui præpositus erit, contractum fuerit: ideo autem institoria appellatur, quia qui negotiationibus præponuntur, institores vocantur. Istas tamen duas actiones prætor reddit, et si liberum quis hominem, aut alienum servum, navi, aut tabernæ, aut cuilibet negotiationi præposuerit, scilicet quia eadem æquitatis ratio etiam eo casu interveniebat.

Google

tem institoria *appellatur*, *quia qui* tabernæ præponitur, institor appellatur. Quæ et ipsa formula in solidum est.

72. Præterea tributoria *quoque actio* in patrem dominumve *prætoris edicto*. . . . . constituta est, cum filius servusve *in peculiari merce sciente patre dominove negotiatur. Nam si quid cum eo ejus rei causa contractum erit, ita prætor jus dicit, ut quidquid in his mercibus erit, quodque inde receptum erit, id inter patrem dominumve, si quid ei debebitur, et ceteros creditores pro rata portione distribuatur; et quia ipsi patri dominove distributionem permittit, si quis ex creditoribus queratur, quasi minus ei tributum sit quam oportuerit, hanc ei actionem accommodat quæ tributoria appellatur.*

73. *Præterea introducta est actio de peculio, deque eo quod in rem patris dominive versum erit, ut quamvis sine volontate patris dominive negotium gestum erit, tamen, sive quid in rem ejus versum fuerit, id totum præstare debeat, sive quid non sit in rem ejus versum, id eatenus præstare debeat quatenus peculium patitur. In rem autem patris dominive versum intelligitur, quidquid necessario in rem ejus impenderit filius servusve : veluti si mutuatus pecuniam creditoribus ejus solverit, aut ædificia ruentia fulserit, aut familiæ frumentum emerit, vel etiam fundum aut quamlibet aliam rem necessariam mercatus erit. Itaque si ex decem ut puta sestertiis, quæ servus tuus a Titio mutua accepit, creditori tuo quinque sestertia solverit, reliqua vero quinque quolibet modo consumpserit, pro quinque quidem in solidum damnari debes, pro ceteris vero quinque eatenus, quatenus in peculio sit. Ex quo scilicet apparet, si tota decem sestertia in rem tuam versa fuerint, tota decem sestertia Titium consequi posse. Licet enim una est actio qua de peculio, deque eo quod in rem patris dominive versum sit, agitur, tamen duas habet*

Digitized by Google

3. Introduxit et aliam actionem prætor, quæ tributoria vocatur. Namque si servus in peculiari merce sciente domino negotietur, et quid cum eo, ejus rei causa, contractum erit, ita prætor jus dicit, ut quidquid in his mercibus erit, quodque inde receptum erit, id inter dominum, si quid ei debetur, et ceteros creditores pro rata portione distribuatur. Et quia ipsi domino distributionem permittit, si quis ex creditoribus queratur, quasi minus ei tributum sit quam oportuerit, hanc ei actionem accommodat, quæ tributoria appellatur.

4. Præterea introducta est actio de peculio deque eo quod in rem domini versum erit, ut, quamvis sine voluntate domini negotium gestum erit, tamen, sive quid in rem ejus versum fuerit, id totum præstare debeat, sive quid non sit in rem ejus versum, id eatenus præstare debeat, quatenus peculium patitur. In rem autem domini versum intelligitur, quidquid necessario in rem ejus impenderit servus : veluti, si mutuatus pecuniam creditoribus ejus solverit, aut ædificia ruentia fulserit, aut familiæ frumentum emerit, vel etiam fundum aut quamlibet aliam rem necessariam mercatus erit. Itaque, si ex decem ut puta aureis quos servus tuus a Titio mutuos accepit, creditori tuo quinque aureos solverit, reliquos vero quinque quolibet modo consumpserit, pro quinque quidem in solidum damnari debes, pro ceteris vero quinque, eatenus quatenus in peculio sit. Ex quo scilicet apparet, si toti decem aurei in rem tuam versi fuerint, totos decem aureos Titium consequi posse. Licet enim una est actio qua de peculio deque eo quod in rem domini versum sit agitur, tamen duas habet

Google

*condemnationes. Itaque judex, apud quem de ea actione agitur, ante dispicere solet an in rem patris dominive versum sit; nec aliter ad peculii æstimationem transit, quam si aut nihil in rem patris dominive versum esse intelligatur, aut non totum. Cum autem quæritur quantum in peculio sit, ante de*ducitur quod patri dominove, quique *in potestate ejus est, a fi*lio servove debetur, et quod superest hoc solum peculium *esse* intelligitur. *Aliquando tamen id quod ei* debet filius servusve qui in potestate patris dominive *est, non* deducitur ex peculio : velut (*si*) is cui debet, in hujus peculio sit.

74. Ceterum *dubium non est quin is quoque qui jussu patris* dominive contrax*erit*, *cuique institoria vel exercitoria* formula competit, de peculio aut de in rem verso agere possit. Sed nemo tam stultus erit, ut qui aliqua illarum actionum sine dubio solidum consequi possit, in difficultatem se deducat probandi *in rem patris dominive versum esse, vel habere filium servumve peculium, et tantum habere ut solidum sibi solvi possit.* Is quoque cui tributiora actio competit, de peculio vel de in rem verso agere potest. Sed huic sane plerumque expedit hac potius actione uti quam tributoria ; nam in tributoria ejus solius peculii ratio habetur, quod in his mercibus *continetur*, quibus negotiatur filius servusve, *quod*que inde receptum erit : at in actione peculii, totius; et potest quisque tertia forte, aut quarta, vel etiam minore parte peculii negotiari, maximam vero partem *in prædiis vel* in aliis rebus habere. Longe *magis*, *si* potest adprobari id quod *debe*atur *totum* in rem patris dominive versum esse, ad hanc actionem transire debet; nam ut supra diximus, eadem formula et de peculio et de in rem verso agitur.

GAIUS, *lib. IX ad Edictum provinciale* (1).

Aliquando etiam agentibus expedit potius de peculio agere,

(1) *L.* 11, *D.*, *De tributoria actione* (XIV, 4).

Digitized by Google

condemnationes. Itaque judex, apud quem de ea actione agitur, ante dispicere solet an in rem domini versum sit; nec aliter ad peculii æstimationem transit, quam si aut nihil in rem domini versum esse intelligatur, aut non totum. Cum autem quæritur quantum in peculio sit, ante deducitur quidquid servus domino, sive qui in potestate ejus sit, debet, et quod superest id solum peculium intelligitur. Aliquando tamen id quod ei debet servus qui in potestate domini sit, non deducitur ex peculio, veluti si is in hujus ipsius peculio sit : quod eo pertinet, ut, si quid vicario suo servus debeat, id ex peculio ejus non deducatur.

5. Ceterum dubium non est quin is quoque qui jussu domini contraxerit, cuique institoria vel exercitoria actio competit, de peculio, deque eo quod in rem domini versum est, agere possit; sed erit stultissimus, si omissa actione qua facillime solidum ex contractu consequi possit, se ad difficultatem perducat probandi in rem domini versum esse vel habere servum peculium, et tantum habere ut solidum sibi solvi possit. Is quoque cui tributoria actio competit, æque de peculio et in rem verso agere potest; sed sane huic modo tributoria expedit agere, modo de peculio et in rem verso. Tributoria ideo expedit agere, quia in ea domini conditio præcipua non est, id est, quod domino debetur non deducitur, sed ejusdem juris est dominus cujus et ceteri creditores : at in actione de peculio ante deducitur quod domino debetur, et in id quod reliquum est creditori dominus condemnatur. Rursus de peculio ideo expedit agere, quod in actione totius peculii ratio habetur: at in tributoria, ejus tantum quo negotiatur, et potest quisque tertia forte parte peculii aut quarta vel etiam minima negotiari, majorem autem partem in prædiis et mancipiis, aut fœnebri pecunia habere. Prout ergo expedit, ita quisque vel hanc actionem, vel illam eligere debet : certe, qui potest probare in rem domini versum esse, de in rem verso agere debet.

Digitized by Google

quam tributoria; nam in hac actione, de qua loquimur, hoc solum in divisionem venit, quod in mercibus est, quibus negotiatur, quodque eo nomine receptum est : at in actione de peculio totius peculii quantitas spectatur, in quo et merces continentur; et fieri potest, ut dimidia forte parte peculii, aut tertia, vel etiam minore negotietur; fieri præterea potest, ut patri dominove nihil debeat.

75. Ex maleficiis filiorumfamilias servorumve, veluti si furtum fecerint, aut injuriam commiserint, noxales actiones proditæ sunt, uti liceret patri dominove aut litis æstimationem sufferre, aut noxæ dedere; erat enim iniquum, nequitiam eorum ultra ipsorum corpora parentibus dominisve damnosam esse.

Google

6. Quæ diximus de servo et domino, eadem intelligimus et de filio et filia aut nepote et nepte, et patre avove in cujus potestate sunt.

7. Illud proprie servatur in eorum persona, quod senatusconsultum Macedonianum prohibuit mutuas pecunias dari eis qui in parentis erunt potestate, et ei qui crediderit denegatur actio tam adversus ipsum filium filiamve, nepotem neptemve, sive adhuc in potestate sunt, sive morte parentis vel emancipatione suæ potestatis esse cœperint, quam adversus patrem avumve, sive eos habeat adhuc in potestate, sive emancipaverit. Quæ ideo senatus prospexit, quia sæpe onerati ære alieno creditarum pecuniarum, quas in luxuriam consumebant, vitæ parentum insidiabantur.

8. Illud in summa admonendi sumus, id quod jussu patris dominive contractum fuerit, quodque in rem ejus versum erit, directo quoque posse a patre dominove condici, tanquam si principaliter cum ipso negotium gestum esset. Ei quoque qui vel exercitoria vel institoria actione tenetur, directo posse condici placet, quia hujus quoque jussu contractum intelligitur.

Tit. VIII. De noxalibus actionibus.

Ex maleficiis servorum, veluti si furtum fecerint, aut bona rapuerint, aut damnum dederint, aut injuriam commiserint, noxales actiones proditæ sunt, quibus domino damnato permittitur, aut litis æstimationem sufferre, aut hominem noxæ dedere.

76. Constitutæ sunt autem noxales actiones aut legibus, aut edicto : legibus, velut furti lege XII tabularum, damni injuriæ lege Aquilia; edicto Prætoris, velut injuriarum et vi bonorum raptorum.

77. Omnes autem noxales actiones caput sequuntur : nam si filius tuus servusve noxam commiserit, quamdiu in tua potestate est, tecum est actio ; si in alterius potestatem pervenerit, cum illo incipit actio esse ; si sui juris cœperit esse, directa actio cum ipso est, et noxæ deditio extinguitur. Ex diverso quoque directa actio noxalis esse incipit ; nam si paterfamilias noxam commiserit, et hic se in adrogationem tibi dederit, aut servus tuus esse cœperit, (*quod*) quibusdam casibus accidere primo commentario tradidimus, incipit tecum noxalis actio esse, quæ ante directa fuit.

78. Sed si filius patri, aut servus domino noxam commiserit, nulla actio nascitur ; nulla enim omnino inter me et eum qui in potestate mea est, obligatio nascitur. Ideoque etsi in alienam potestatem pervenerit, aut sui juris esse cœperit, neque cum ipso, neque cum eo cujus nunc in potestate est, agi potest. Unde quæritur, si alienus servus filiusve noxam commiserit mihi, et is postea in mea esse cœperit potestate, utrum intercidat actio, an quiescat.

Digitized by Google

1. Noxa autem est corpus quod nocuit, id est, servus; noxia, ipsum maleficium, veluti furtum, damnum, rapina, injuria.

2. Summa autem ratione permissum est noxæ deditione defungi; namque erat iniquum nequitiam eorum ultra ipsorum corpora dominis damnosam esse.

3. Dominus, noxali judicio servi sui nomine conventus, servum actori noxæ dedendo liberatur; nec minus perpetuum ejus dominium a domino transfertur : si autem damnum ei cui deditus est servus resarcierit quæsita pecunia, auxilio prætoris, invito domino manumittetur.

4. Sunt autem constitutæ noxales actiones, aut legibus, aut edicto prætoris : legibus, veluti furti lege duodecim tabularum, damni injuriæ lege Aquilia; edicto prætoris, veluti injuriarum et vi bonorum raptorum.

5. Omnis autem noxalis actio caput sequitur : nam si servus tuus noxiam commiserit, quamdiu in tua potestate sit, tecum est actio; si in alterius potestatem pervenerit, cum illo incipit actio esse; at si manumissus fuerit, directo ipse tenetur, et extinguitur noxæ deditio. Ex diverso quoque directa actio noxalis esse incipit : nam si liber homo noxiam commiserit, et is servus tuus esse cœperit, quod quibusdam casibus effici primo libro tradidimus, incipit tecum esse noxalis actio, quæ antea directa fuisset.

6. Si servus domino noxiam commiserit, actio nulla nascitur : namque inter dominum et eum qui in potestate ejus est, nulla obligatio nasci potest; ideoque, et si in alienam potestatem servus pervenerit, aut manumissus fuerit, neque cum ipso, neque cum eo cujus nunc in potestate sit, agi potest. Unde, si alienus servus noxiam tibi commiserit, et is postea in potestate tua esse cœperit, intercidit actio, quia in eum casum deducta sit, in quo con-

Nostri præceptores intercidere putant, quia in eum casum deducta sit in quo actio consistere non potuerit; ideoque, licet exierit de mea potestate, agere me non posse. Diversæ scholæ auctores, quamdiu in mea potestate sit, quiescere actionem putant, cum ipse mecum agere non possim; cum vero exierit de mea potestate, tunc eam resuscitari.

79. Cum autem filiusfamilias ex noxali causa mancipio datur, diversæ scholæ auctores putant ter eum mancipio dari debere, quia lege XII tabularum cautum sit, (*ne aliter filius de potestate patris*) exeat, quam si ter fuerit mancipatus; Sabinus et Cassius ceterique nostræ scholæ auctores, sufficere unam mancipationem (*putant*): crediderunt enim tres lege XII tabularum ad voluntarias mancipationes pertinere.

80 Hæc ita de his personis quæ in potestate (*sunt*), sive ex contractu, sive ex maleficio earum *controversia* esset. Quod vero ad eas personas quæ in manu mancipiove sunt, *ita* jus *dicitur*, ut cum ex *contractu* earum ageretur (1), nisi ab eo cujus juri subjectæ sunt in *solidum* defendantur, bona quæ earum *futura forent*, si *ejus* juri subjectæ non essent, *veneant*. Sed cum, rescissa *capitis deminutione*, imperio continenti judicio. . . . . .
. . . . . enim . . . . . .
81. . . . . *quamquam* diximus . . . . . *permissum* fuisse ei mortuos homines dedere, tamen et si quis *eum* dederit, qui fato suo vita excesserit, æque liberatur.

(1) Ita Bœcking. Lachmann autem sic : *quotiens* aut *ex contractu, aut* ex *maleficio* earum ageretur — — *veneunt*.

Digitized by Google

sistere non potuit; ideoque, licet exierit de tua potestate, agere non potes, quemadmodum si dominus in servum suum aliquid commiserit, nec si manumissus aut alienatus fuerit servus, ullam actionem contra dominum habere potest.

7. Sed veteres quidem hæc et in filiisfamilias masculis et feminis admisere.

Nova autem hominum conversatio hujusmodi asperitatem recte respuendam esse existimavit, et ab usu communi hæc penitus recessit. Quis enim patiatur filium suum et maxime filiam in noxam alii dare, ut pene per corpus pater magis quam filius periclitetur, cum in filiabus etiam pudicitiæ favor hoc bene excludit? Et ideo placuit in servos tantummodo noxales actiones esse proponendas, cum apud veteres legum commentatores invenimus sæpius dictum, ipsos filiosfamilias pro suis delictis posse conveniri.

Tit. IX. Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.

Animalium nomine quæ ratione carent, si qua lascivia aut fervore aut feritate pauperiem fecerint, noxalis actio lege duodecim tabularum prodita est. Quæ animalia, si noxæ dedantur, proficiunt reo ad liberationem, quia ita lex duodecim tabularum scripta est, ut puta, si equus calcitrosus calce percusserit, aut bos cornu petere solitus petierit. Hæc autem actio in iis quæ contra naturam mo-

Digitized by Google

82. *Nunc admonendi sumus, agere posse quemlibet aut suo nomine, aut alieno :* alieno, veluti cognitorio, procuratorio, tutorio, curatorio; cum olim, *quamdiu. . . . legis* actiones in usu fuissent, alteri*us* nomine agere non liceret (1), (*nisi*) pro populo *et libertatis causa.*

83. Cognitor autem certis verbis in litem coram adversario substituitur. Nam actor ita cognitorem dat : QUOD EGO

(1) Alii sic restituunt : cum olim, *quo tempore erant legis* actiones, in usu fuisset alterius nomine agere non licere.

Google

ventur locum habet : ceterum, si genitalis sit feritas, cessat. Denique si ursus fugit a domino et sic nocuit, non potest quondam dominus conveniri, quia desiit dominus esse ubi fera evasit. Pauperies autem est damnum sine injuria facientis datum : nec enim potest animal injuriam fecisse dici, quod sensu caret. Hæc quod ad noxalem pertinet actionem.

8. Ceterum sciendum est ædilitio edicto prohiberi nos canem, verrem, aprum, ursum, leonem ibi habere qua vulgo iter fit; et si adversus ea factum erit, et nocitum libero homini esse dicetur, quod bonum et æquum judici videtur, tanti dominus condemnetur; ceterarum rerum, quanti damnum datum sit, dupli. Præter has autem ædilitias actiones et de pauperie locum habebit : numquam enim actiones, præsertim pœnales, de eadem re concurrentes alia aliam consumit.

Tit. X. De iis per quos agere possumus.

Nunc admonendi sumus agere posse quemlibet hominem aut suo nomine, aut alieno : alieno, veluti procuratorio, tutorio, curatorio; cum olim in usu fuisset alterius nomine agere non posse, nisi pro populo, pro libertate, pro tutela. Præterea lege Hostilia permissum est furti agere eorum nomine qui apud hostes essent, aut reipublicæ causa abessent, quive in eorum cujus tutela essent. Et quia hoc non minimam incommoditatem habebat, quod alieno nomine neque agere, neque excipere actionem licebat, cœperunt homines per procuratores litigare; nam et morbus, et ætas, et necessaria peregrinatio, itemque aliæ multæ causæ sæpe impedimento sunt quominus rem suam exequi possint.

Google

A TE verbi gratia FUNDUM PETO, IN EAM REM LUCIUM TITIUM *TIBI* COGNITOREM DO; ad*versarius* ita: QUANDO TU A ME FUNDUM PETIS, IN EAM REM PUBLIUM MÆVIUM COGNITOREM DO. Potest ut actor ita dicat: QUOD EGO TECUM AGERE VOLO, IN EAM REM COGNITOREM DO; adversarius ita: QUANDO TU MECUM AGERE vis, *IN EAM REM* COGNITOREM DO. Nec interest præsens, an absens cognitor detur; sed si absens datus fuerit, cognitor ita erit, si cognoverit *et susceperit* officium cognitoris.

84. Procurator vero nullis certis verbis in litem *constituitur*; sed ex solo mandato, et absente et ignorante adversario, constituitur. Quin etiam sunt qui putant, *vel cum* procuratorem videri, cui non sit mandatum, si modo bona fide accedat a*d* negotium, et caveat ratam rem dominum habiturum; igitur et*si non* edat mandatum procurator, *agere tamen posse*, quia sæpe mandatum initio litis in obscuro est, et postea apud judicem ostenditur.

85. Tutores autem et curatores quemadmodum constituantur, primo commentario retulimus.

86. Qui autem alieno nomine agit, intentionem quidem ex persona domini sumit, condemnationem autem in suam personam convertit. N*am* si verbi gratia Lucius Titius (*pro*) Publio Mævio agat, ita formula concipitur: SI PARET NUMERIUM NEGIDIUM PUBLIO MÆVIO SESTERTIUM X MILLIA DARE OPORTERE, JUDEX NUMERIUM NEGIDIUM LUCIO TITIO SESTERTIUM X MILLIA CONDEMNA; SI NON PARET, ABSOLVE. In rem quoque si agat, intendit Publii *Mævii* rem esse ex jure Quiritium, et condemnationem in suam personam convertit. **87.** Ab adversarii quoque parte si interveniat aliquis cum quo actio constituitur, intenditur dominum dare oportere; condemnatio autem in ejus personam convertitur qui judicium accepit. Sed cum in rem agitur, nihil (*in*) intentione facit ejus persona cum quo agitur, sive suo nomine, sive alieno aliquis judicio interveniat; tantum enim intenditur rem actoris esse.

Google

8. Procurator neque certis verbis, neque præsente adversario, immo plerumque ignorante eo constituitur : cuicumque enim permiseris rem tuam agere aut defendere, is procurator intelligitur.

9. Tutores et curatores quemadmodum constituuntur, primo libro expositum est.

88. Videamus nunc quibus ex causis is cum quo agitur, vel hic qui agit, satisdare *cogatur*. **89.** Igitur si verbi gratia in rem tecum agam, satis mihi dare debes : æquum enim visum est (*te i*)deo quod interea tibi rem, quæ an *ad* te pertineat dubium (*est*), possidere conceditur, cum satisdatione mihi cavere, ut, si victus sis, nec rem ipsam restituas, nec litis æstimationem sufferas, sit mihi potestas aut tecum agendi, aut cum sponsoribus tuis. **90.** Multoque magis debes satisdare mihi, si alieno nomine judicium accipias.

91. Ceterum cum in rem actio duplex *sit*, aut enim per formulam petitoriam agitur, aut per sponsionem, siquidem per formulam petitoriam agitur, illa stipulatio locum habet, quæ appellatur judicatum solvi ; si vero per sponsionem, illa quæ appellatur pro præde litis et vindiciarum. **92.** Petitoria autem formula hæc est qua actor intendit rem suam esse. **93.** Per sponsionem vero hoc modo agimus. Provocamus adversarium tali sponsione : SI HOMO, QUO DE AGITUR, EX JURE QUIRITIUM MEUS EST, SESTERTIOS XXV NUMMOS DARE SPONDES ? Deinde formulam edimus qua intendimus sponsionis summam nobis dare oportere ; qua formula ita demum vincimus, si probaverimus rem nostram esse. **94.** Non tamen hæc summa sponsionis exigitur ; nec enim pœnalis est, sed præjudicialis, et propter hoc solum fit ut per eam de re judicetur : unde etiam is cum quo a*gitur*, *non restipulatur*. **94ª.** *Ideo* autem appellata est pro præde litis vindiciarum stipulatio, *qui*a in locum prædium successit, qu*ia* olim, cum lege agebatur, pro lite et vindiciis, id est, pro re et fructibus, a possessore petitori dabantur prædes. **95.** Ceterum si apud centumviros agitur, summam sponsionis non per formulam

Digitized by Google

Tit. XI. De satisdationibus.

Satisdationum modus alius antiquitati placuit, alium novitas per usum amplexa est. Olim enim, si in rem agebatur, satisdare possessor compellebatur, ut, si victus esset, nec rem ipsam restitueret, nec litis æstimationem ejus, potestas esset petitori aut cum eo agendi, aut cum fidejussoribus ejus : quæ satisdatio appellatur JUDICATUM SOLVI. Unde autem sic appellatur, facile est intelligere; namque stipulatur quis ut solvatur sibi quod fuerit judicatum. Multo magis is qui in rem actione conveniebatur, satisdare cogebatur, si alieno nomine judicium accipiebat.

Google

petimus, sed per legis actionem : sacramento enim *reum* provocamus; eaque sponsio sestertiorum CXXV nummorum *fieri* solet propter legem. . . . . .

96. Ipse autem qui in rem agit, si suo nomine agit, satis non dat.

97. Ac nec si per cognitorem quidem agatur, ulla satisdatio vel ab ipso, vel a domino desideratur; cum enim certis et quasi solemnibus verbis in locum domini substituatur cognitor, merito domini loco habetur.

98. Procurator vero si agat, satisdare jubetur ratam rem dominum habiturum : periculum *enim est* ne iterum dominus de eadem re experiatur; quod periculum (*non*) intervenit, si per cognitorem actum fuit, quia de qua re quisque per cognitorem egerit, de ea non magis amplius actionem habet quam si ipse egerit.

99. Tutores et curatores, eo modo quo et procuratores, satisdare debere verba edicti faciunt; sed aliquando illis satisdatio remittitur.

100. Hæc ita si in rem agatur.

Si vero in personam, ab actoris quidem parte quando satisdari debeat quærentes, eadem repetemus quæ diximus in actione qua in rem agitur. **101.** Ab ejus vero parte cum quo agitur, si quidem alieno nomine aliquis interveniat, omnimodo satisdari debet, quia nemo alienæ rei sine satisdatione defensor idoneus intelligitur. Sed si quidem cum cognitore agatur, dominus satisdare jubetur; si vero cum procuratore, ipse procurator : idem et de tutore et de curatore juris est.

102. Quod si proprio nomine aliquis judicium *accipiat* in personam, certis ex causis satisdari solet, quas ipse prætor significat. Quarum satisdationum duplex causa est; nam aut propter genus actionis satisdatur, aut propter personam, quia suspecta sit : propter genus actionis, velut judicati depensive, aut cum de moribus mulieris agetur;

Digitized by Google

Ipse autem qui in rem agebat, si suo nomine petebat, satisdare non cogebatur.

Procurator vero, si in rem agebat, satisdare jubebatur RATAM REM DOMINUM HABITURUM : periculum enim erat ne iterum dominus de eadem re experiretur.

Tutores et curatores, eodem modo quo et procuratores, satisdare debere verba edicti faciebant; sed aliquando his agentibus satisdatio remittebatur.

Hæc ita erant, si in rem agebatur.

II. Si vero in personam, ab actoris quidem parte eadem obtinebant, quæ diximus in actione qua in rem agitur. Ab ejus vero parte cum quo agitur, si quidem alieno nomine aliquis interveniret, omnimodo satisdaret, quia nemo defensor in aliena re sine satisdatione idoneus esse creditur.

Quod si proprio nomine aliquis judicium accipiebat in personam, JUDICATUM SOLVI satisdare non cogebatur.

Google

propter personam, velut si cum eo agitur qui decoxerit, cujusve bona (*a*) creditoribus possessa proscriptave sunt, sive cum eo herede agatur quem prætor suspectum æstimaverit.

Digitized by Google

2. Sed hæc hodie aliter observantur. Sive enim quis in rem actione convenitur, sive in personam suo nomine, nullam satisdationem pro litis æstimatione dare compellitur, sed pro sua tantum persona, quod in judicio permaneat usque ad terminum litis, vel committitur suæ promissioni cum jurejurando, quam juratoriam cautionem vocant; vel nudam promissionem, vel satisdationem, pro qualitate personæ suæ, dare compellitur.

3. Sin autem per procuratorem lis vel infertur, vel suscipitur, in actoris quidem persona, si non mandatum actis insinuatum est, vel præsens dominus litis in judicio procuratoris sui personam confirmaverit, RATAM REM DOMINUM HABITURUM satisdationem procurator dare compellitur: eodem observando, et si tutor, vel curator, vel aliæ tales personæ quæ alienarum rerum gubernationem receperunt, litem quibusdam per alium inferunt.

4. Si vero aliquis convenitur, si quidem præsens procuratorem dare paratus est, potest vel ipse in judicium venire, et sui procuratoris personam per JUDICATUM SOLVI satisdationis solemnes stipulationes firmare, vel extra judicium satisdationem exponere, per quam ipse sui procuratoris fidejussor existat pro omnibus JUDICATUM SOLVI satisdationis clausulis: ubi et de hypotheca suarum rerum convenire compellitur, sive in judicio promiserit, sive extra judicium caverit, ut tam ipse quam heredes ejus obligentur; alia insuper cautela vel satisdatione propter personam ipsius exponenda, quod tempore sententiæ recitandæ in judicio invenietur, vel, si non venerit, omnia dabit fidejussor quæ condemnatione continentur, nisi fuerit provocatum.

Google

103. Omnia autem judicia aut legitimo jure consistunt, aut imperio continentur. **104.** Legitima sunt judicia, quæ in urbe Roma, vel intra primum urbis Romæ milliarium, inter omnes cives Romanos, sub uno judice accipiuntur; eaque lege Julia judiciaria, nisi in anno et sex mensibus judicata fuerint, expirant : et hoc est quod vulgo dicitur, e lege Julia litem anno et sex mensibus mori. **105.** Imperio vero continentur recuperatoria, et quæ sub uno judice accipiuntur interveniente peregrini persona judicis aut litigatoris. In eadem causa sunt quæcumque extra primum urbis Romæ milliarium, tam inter cives Romanos quam inter peregrinos, accipiuntur. Ideo autem imperio contineri judicia dicuntur, quia tamdiu valent quamdiu is qui ea præcepit imperium habebit. **106.** Et si quidem imperio continenti judicio actum fuerit, sive in rem, sive in personam, sive ea formula quæ in factum concepta est, sive ea quæ in jus habet intentionem, postea nihilominus ipso jure de eadem re agi potest, et ideo necessaria est exceptio rei judicatæ vel in judicium deductæ.

Google

5. Si vero reus præsto ex quacumque causa non fuerit, et alius velit defensionem ejus subire, nulla differentia inter actiones in rem vel in personam introducenda, potest hoc facere, ita tamen ut satisdationem JUDICATUM SOLVI pro litis æstimatione præstet; nemo enim, secundum veterem regulam (ut jam dictum est), alienæ rei sine satisdatione defensor idoneus intelligitur.

6. Quæ omnia apertius et perfectissime a quotidiano judiciorum usu in ipsis rerum documentis apparent.

7. Quam formam non solum in hac regia urbe, sed etiam in omnibus nostris provinciis, et si propter imperitiam forte aliter celebrabantur, obtinere censemus; cum necesse est omnes provincias caput omnium nostrarum civitatum, id est, hanc regiam urbem, ejusque observantiam sequi.

Google

, vero (*si*) legitimo judicio in personam actum sit ea , quæ juris civilis habet intentionem, postea ipso eadem re agi non potest, et ob id exceptio sua est. Si vero vel in rem, vel in factum actum fuerit, ipso jure nihilominus postea agi potest, et ob id exceptio necessaria est rei judicatæ vel in judicium deductæ. **108**. Alia causa fuit olim legis actionum; nam qua de re actum semel erat, de ea postea ipso jure agi non poterat, nec omnino ita ut nunc usus erat illis temporibus exceptionum. **109**. Ceterum potest ex lege quidem esse judicium, sed legitimum non esse; et contra ex lege non esse, sed legitimum esse: (*nam si*) verbi gratia ex lege Aquilia, vel Ovinia, vel Furia, in provinciis agatur, imperio continebitur judicium; idemque juris est et si Romæ apud recuperatores agamus, vel apud unum judicem interveniente peregrini persona. Et ex diverso, si ex ea causa, ex qua nobis edicto prætoris datur actio, Romæ sub uno judice inter omnes cives Romanos accipiatur judicium, legitimum est.

110. Quo loco admonendi sumus, eas quidem actiones quæ ex lege senatusve consultis proficiscuntur, perpetuo solere prætorem accommodare; eas vero quæ ex propria ipsius jurisdictione pendent, plerumque intra annum dare. **111**. Aliquando tamen *prætoriæ actiones* imitantur jus legitimum: quales sunt eæ quas *prætor bonorum possessoribus*, ceterisque *qui* heredis loco sunt, *accommodat*. *Fur*ti quoque manifesti actio, quamvis ex ipsius prætoris jurisdictione proficiscatur, perpetuo datur; et merito, cum pro capitali pœna pecuniaria constituta sit.

112. Non omnes actiones quæ in ali*quem aut ipso jure com*petunt, aut a prætore dantur, etiam in heredem *æque*

Google

Tit. XII. De perpetuis et temporalibus actionibus, et quæ ad heredes vel in heredes transeunt.

Hoc loco admonendi sumus, eas quidem actiones quæ ex lege, senatusve consulto, sive ex sacris constitutionibus proficiscuntur, perpetuo solere antiquitus competere, donec sacræ constitutiones tam in rem quam in personam actionibus certos fines dederunt; eas vero quæ ex propria prætoris jurisdictione pendent, plerumque intra annum vivere: nam et ipsius prætoris intra annum erat imperium. Aliquando tamen et in perpetuum extenduntur, id est, usquè ad finem ex constitutionibus introductum: quales sunt eæ quas bonorum possessori, ceterisque qui heredis loco sunt, accommodat. Furti quoque manifesti actio, quamvis ex ipsius prætoris jurisdictione proficiscatur, tamen perpetuo datur; absurdum enim esse existimavit anno eam terminari.

1. Non omnes autem actiones quæ in aliquem aut ipso jure competunt, aut a prætore dantur, et in heredem

Google

competunt, *aut dari* solent. Est enim certissima juris regula, ex maleficiis pœnales actiones in heredem nec competere, *nec dari solere*, velut furti, vi bonorum raptorum, injuriarum damni injuriæ. *Sed heredi* actoris hujusmodi actiones competunt, nec denegantur, excepta injuriarum actione, et si qua alia similis inveniatur actio. **113**. Aliquando tamen (*etiam*) ex contractu actio neque heredi, neque in heredem competit : nam adstipulatoris heres non habet actionem, *et* sponsoris et fidepromissoris heres non tenetur.

114. Superest ut dispiciamus, si ante rem judicatam is cum quo agitur, post acceptum judicium, satisfaciat actori, quid officio judicis conveniat, utrum absolvere, an ideo potius damnare, quia judicii accipiendi tempore in ea causa fuit ut damnari debeat. Nostri præceptores absolvere eum debere existimant; nec interesse cujus generis fuerit judicium : et hoc est quod vulgo dicitur Sabino et Cassio placere, omnia judicia esse absolutoria. *Diversæ autem scholæ auctores de bonæ fidei judiciis* idem sentiunt, *quia* in *his quidem* judiciis liberum est officium judicis; tantumdem *etiam de in* rem actionibus putant . . . . .
. . . . . ad sol . . . . . .
. . . . . quibus . . . . . .
. . . . . petentur et ad . . . . . interdum
. . . . . .
. . . . . nobis . . . . . .
. . . . . petimus his . . . . . actori quam
. . . . . .
. . . . . paratu . . actori . . .
. . . . . ex causa caveat . . . . . .
. . . . . .
actum fuit.

Google

æque competunt, aut dari solent. Est enim certissima juris regula, ex maleficiis pœnales actiones in heredem rei non competere, veluti furti, vi bonorum raptorum, injuriarum, damni injuriæ. Sed heredibus hujusmodi actiones competunt, nec denegantur, excepta injuriarum actione, et si qua alia similis inveniatur. Aliquando tamen etiam ex contractu actio contra heredem non competit, cum testator dolose versatus sit, et ad heredem ejus nihil ex eo dolo pervenerit. Pœnales autem actiones, quas supra diximus, si ab ipsis principalibus personis fuerint contestatæ, et heredibus dantur, et contra heredes transeunt.

❧. Superest ut admoneamus, quod, si ante rem judicatam is cum quo actum est satisfaciat actori, officio judicis convenit eum absolvere, licet judicii accipiendi tempore in ea causa fuisset, ut damnari debeat : et hoc est quod ante vulgo dicebatur, omnia judicia absolutoria esse.

Google

115. Sequitur ut de exceptionibus dispiciamus. **116.** Comparatæ sunt autem exceptiones defendendorum eorum gratia cum quibus agitur. Sæpe enim accidit ut quis jure civili teneatur, sed iniquum sit eum judicio condemnari :

Velut (*si*) stipulatus sim abs te pecuniam tamquam credendi causa numeraturus, nec numeraverim; nam eam pecuniam a te peti posse certum est, dare enim te oportet, cum ex stipulatu teneris; sed quia iniquum est te eo nomine condemnari, placet per exceptionem doli mali te defendi debere.

Item si pactus fuero tecum ne id quod mihi debeas a te petam, nihilominus *id* ipso *jure* a te petere possum dare mihi oportere, quia obligatio pacto convento non tollitur; sed placet debere me petentem per exceptionem pacti conventi repelli.

Google

Tit. XIII. De exceptionibus.

Sequitur ut de exceptionibus dispiciamus. Comparatæ autem sunt exceptiones defendendorum eorum gratia cum quibus agitur. Sæpe enim accidit, ut, licet ipsa persecutio qua actor experitur justa sit, tamen iniqua sit adversus eum cum quo agitur.

1. Verbi gratia, si metu coactus, aut dolo inductus, aut errore lapsus, stipulanti Titio promisisti quod non debueras, palam est jure civili te obligatum esse, et actio, qua intenditur dare te oportere, efficax est; sed iniquum est te condemnari : ideoque datur tibi exceptio metus causa, aut doli mali, aut in factum composita, ad impugnandam actionem.

2. Idem juris est, si quis quasi credendi causa pecuniam stipulatus fuerit, neque numeravit : nam eam pecuniam a te petere posse eum certum est, dare enim te oportet, cum ex stipulatione tenearis; sed quia iniquum est eo nomine te condemnari, placet per exceptionem pecuniæ non numeratæ te defendi debere.

Cujus tempora nos, secundum quod jam superioribus libris scriptum est, constitutione nostra (1) coarctavimus.

3. Præterea debitor, si pactus fuerit cum creditore ne a se peteretur, nihilominus obligatus manet, quia pacto convento obligationes non omnimodo dissolvuntur. Qua de causa efficax est adversus eum actio qua actor intendit : SI PARET EUM DARE OPORTERE; sed quia iniquum est contra pactionem eum damnari, defenditur per exceptionem pacti conventi.

4. Æque si debitor creditore referente juraverit nihil se dare oportere, adhuc obligatus permanet; sed quia iniquum est de perjurio quæri, defenditur per exceptionem

(1) *L.* 14, *C.*, *De non num. pec.*

Google

117. In his quoque actionibus quæ (*non*) in personam sunt, exceptiones locum habent: velut si metu me coegeris, aut dolo induxeris, ut tibi rem aliquam mancipio d*a*rem; si *enim* eam rem a me petas, datur mihi exceptio, per quam, si metus causa te fecisse vel dolo malo arguero, repelleris. Item si fundum litigiosum sciens a non possidente emeris, eumque a possidente petas, opponitur tibi exceptio, per quam omnimodo summoveris.

(*Conf.* GAI. INST. III, 181; IV, 106, *supra*.)

118. Exceptiones autem alias in edicto prætor habet propositas, alias causa cognita accommodat: quæ omnes vel ex legibus, vel ex his quæ legis vicem obtinent, substantiam capiunt, vel ex jurisdictione prætoris proditæ sunt.

119. Omnes autem exceptiones in contrarium concipiuntur, q*uam* adfirmat is cum quo agitur. Nam si verbi gratia re*us* dolo malo aliqui*d* actorem facere dicat, qui forte pecuniam petit quam non numeravit sic exceptio concipitur: SI IN EA RE NIHIL DOLO MALO AULI AGERII FACTUM SIT NEQUE FIAT. Item si dicatur contra pactionem pecunia

Google

jurisjurandi. In iis quoque actionibus quibus in rem agitur, æque necessariæ sunt exceptiones, veluti si petitore deferente possessor juraverit eam rem suam esse, et nihilominus petitor, eamdem rem vindicet; licet enim verum sit quod intendit, id est, rem ejus esse, iniquum tamen est, possessorem condemnari.

5. Item si judicio tecum actum fuerit, sive in rem, sive in personam, nihilominus obligatio durat, et ideo ipso jure de eadem re postea adversus te agi potest; sed debes per exceptionem rei judicatæ adjuvari.

6. Hæc exempli causa retulisse sufficiat. Alioquin, quam ex multis variisque causis exceptiones necessariæ sint, ex latioribus Digestorum seu Pandectarum libris intelligi potest.

7. Quarum quædam e legibus vel ex iis quæ legis vicem obtinent, vel ex ipsius prætoris jurisdictione substantiam capiunt.

Google

peti, ita concipitur exceptio : SI INTER AULUM AGERIUM ET NUMERIUM NEGIDIUM NON CONVENIT, NE EA PECUNIA PETERETUR. Et denique in ceteris causis similiter concipi solet : ideo scilicet, quia omnis exceptio objicitur quidem a reo, sed ita formulæ inseritur, ut conditionalem faciat condemnationem, id est, ne aliter judex eum cum quo agitur condemnet, quam si nihil in ea re, *qua* de agitur, dolo actoris factum sit; item ne aliter judex eum condemnet, quam si nullum pactum conventum *de* non petenda pecunia factum erit.

120. Dicuntur autem exceptiones aut peremptoriæ, aut dilatoriæ.

121. Peremptoriæ sunt quæ perpetuo valent, nec evitari possunt : velut quod metus causa, aut dolo malo, aut quod contra legem senatusve consultum factum est, aut quod res judicata est vel in judicium deducta est; item pacti conventi quo pactum est ne omnino pecunia peteretur.

122. Dilatoriæ sunt exceptiones quæ ad tempus nocent : veluti illius pacti conventi quod factum est, verbi gratia, ne intra quinquennium peteretur; finito enim eo tempore non habet locum exceptio.

Cui similis exceptio est litis dividuæ et rei residuæ : nam si quis partem rei petierit, et intra ejusdem præturam reliquam partem petat, hac exceptione summovetur, quæ appellatur litis dividuæ; item si is qui cum eodem plures lites habebat, de quibusdam egerit, de quibusdam distulerit, ut ad alios judices eant, si intra ejusdem præturam de his quæ ita distulerit agat, per hanc exceptionem quæ appellatur rei residuæ summovetur.

123. Observandum est autem ei cui dilatoria objicitur exceptio, ut differat actionem : alioquin si objecta exceptione egerit, rem perdit; nec enim post illud tempus quo integra re evitare poterat, adhuc ei potestas agendi su-

Digitized by Google

8. Appellantur autem exceptiones, aliæ perpetuæ et peremptoriæ, aliæ temporales et dilatoriæ.

9. Perpetuæ et peremptoriæ sunt, quæ semper agentibus obstant, et semper rem de qua agitur perimunt : qualis est exceptio doli mali, et quod metus causa factum est, et pacti conventi, cum ita convenerit ne omnino pecunia peteretur.

10. Temporales atque dilatoriæ sunt, quæ ad tempus nocent, et temporis dilationem tribuunt : qualis est pacti conventi, cum ita convenerit ne intra certum tempus ageretur, veluti intra quinquennium; nam finito eo tempore non impeditur actor rem exequi.

Ergo ii quibus intra certum tempus agere volentibus objicitur exceptio aut pacti conventi aut alia similis, differre debent actionem et post tempus agere : ideo enim et dilatoriæ istæ exceptiones appellantur. Alioquin, si intra

Digitized by Google

perest, re in judicium deducta et per exceptionem peremptа.

124. Non solum autem ex tempore, sed etiam ex persona dilatoriæ exceptiones intelliguntur, quales sunt cognitoriæ, velut si is qui per edictum cognitorem dare non potest, per cognitorem agat, vel dandi quidem cognitoris jus habeat, sed eum det cui non licet cognituram suscipere: nam si objiciatur exceptio cognitoria, si ipse talis erit ut ei non liceat cognitorem dare, ipse agere potest; si vero cognitori non liceat cognituram suscipere, per alium cognitorem aut per semetipsum liberam habet agendi potestatem, et tam hoc quam illo modo evitare (*potest*) exceptionem; quod si dissimulaverit eam et per cognitorem egerit, *rem perdit.*

125. Sed peremptoria quidem exceptione *cum reus per errorem* non fuit usus, in integrum restituitur *servandæ* exceptionis gratia; dilatoria vero si non *fuit* usus, an in integrum restituatur, quæritur.

126. Interdum evenit ut exceptio, quæ prima facie

Google

tempus egerint, objectaque sit exceptio, neque eo judicio quidquam consequerentur propter exceptionem, neque post tempus olim agere poterant, cum temere rem in judicium deducebant et consumebant, qua ratione rem amittebant.

Hodie autem non ita stricte hæc procedere volumus; sed eum qui ante tempus pactionis vel obligationis litem inferre ausus est, Zenonianæ constitutioni (1) subjacere censemus, quam sacratissimus legislator de iis qui tempore plus petierint, protulit, ut, si inducias quas ipse actor sponte indulserit vel natura actionis continet, contempserit, in duplum habeant ii qui talem injuriam passi sunt; et post eas finitas non aliter litem suscipiant, nisi omnes expensas litis antea acceperint, ut actores tali pœna perterriti tempora litium doceantur observare.

II. Præterea etiam ex persona dilatoriæ sunt exceptiones, quales sunt procuratoriæ, veluti si per militem aut mulierem agere quis velit : nam militibus, nec pro patre vel matre vel uxore, nec ex sacro rescripto, procuratorio nomine experiri conceditur; suis vero negotiis superesse sine offensa disciplinæ possunt.

Eas vero exceptiones quæ olim procuratoribus propter infamiam vel dantis vel ipsius procuratoris opponebantur, cum in judiciis frequentari nullo modo perspeximus, conquiescere sancimus; ne dum de his altercatur, ipsius negotii disceptatio proteletur.

TIT. XIV. DE REPLICATIONIBUS.

Interdum evenit ut exceptio, quæ prima facie justa vi-

(1) *L.* 1, *C.*, *De plus petit.* (III, 10).

justa videatur, inique noceat actori. Quod cum accidat, alia adjectione opus est adjuvandi actoris gratia : quæ adjectio replicatio vocatur, quia per eam replicatur atque resolvitur vis exceptionis. Nam si verbi gratia pactus sim tecum, ne pecuniam quam mihi debes a te peterem, deinde postea in contrarium pacti simus, id est, ut petere mihi liceat, et, si agam tecum, excipias tu ut ita demum mihi condemneris, si non convenerit ne eam pecuniam peterem, nocet mihi exceptio pacti conventi; namque nihilominus hoc verum manet, etiamsi postea in contrarium pacti simus : sed quia iniquum est me excludi exceptione, replicatio mihi datur ex posteriore pacto, *hoc* modo : SI NON POSTEA CONVENERIT, UT EAM PECUNIAM PETERE LICERET. Item si argentarius pretium rei quæ in auctione venierit, persequatur, objicitur ei exceptio, ut ita demum emptor damnetur, si ei res quam emerit, tradita *esset; quæ est* justa exceptio : sed si in auctione prædictum est, ne ante emptori traderetur res, quam si pretium solverit, replicatione tali argentarius adjuvatur : AUT SI PRÆDICTUM EST, NE ALITER EMPTORI RES TRADERETUR, QUAM SI PRETIUM EMPTOR SOLVERIT.

127. Interdum autem evenit, ut rursus replicatio, quæ prima facie justa sit, inique reo noceat : quod cum accidat, adjectione opus est adjuvandi rei gratia, quæ duplicatio vocatur.

128. Et si rursus ea prima facie justa videatur, sed propter aliquam causam inique actori noceat, rursus adjectione opus est quæ actor adjuvetur, quæ dicitur triplicatio.

129. Quarum omnium adjectionem usum interdum etiam ulterius, quam diximus, varietas negotiorum introduxit.

Google

deatur, inique noceat. Quod cum accidit, alia allegatione opus est adjuvandi actoris gratia, quæ replicatio vocatur, quia per eam replicatur atque resolvitur jus exceptionis : veluti, cum pactus est aliquis cum debitore suo ne ab eo pecuniam petat, deinde postea in contrarium pacti sunt, id est, ut creditori petere liceat, si agat creditor, et excipiat debitor ut ita demum condemnetur, si non convenerit ne eam pecuniam creditor petat, nocet ei exceptio; convenit enim ita : namque nihilominus hoc verum manet, licet postea in contrarium pacti sint : sed quia iniquum est creditorem excludi, replicatio ei dabitur ex posteriore pacto convento.

1. Rursus interdum evenit ut replicatio, quæ prima facie justa est, inique noceat. Quod cum accidit, alia allegatione opus est, adjuvandi rei gratia, quæ duplicatio vocatur.

2. Et si rursus ea prima facie justa videatur, sed propter aliquam causam actori inique noceat, rursus alia allegatione opus est, qua actor adjuvetur, quæ dicitur triplicatio.

3. Quarum omnium exceptionum usum interdum ulterius, quam diximus, varietas negotiorum introducit : quas omnes apertius ex latiore Digestorum volumine facile est cognoscere.

Google

MARCIANUS, *lib. XIII Institutionum* (1).

Omnes exceptiones quæ reo competunt, fidejussori quoque, etiam invito reo, competunt.

130. Videamus etiam de præscriptionibus quæ receptæ sunt pro actore. **131.** Sæpe enim ex una eademque obligatione aliquid jam præstari oportet, aliquid in futura præstatione est, velut cum in singulos annos vel menses certam pecuniam stipulati fuerimus : nam finitis quibusdam annis aut mensibus, hujus quidem temporis pecuniam præstari oportet, futurorum autem annorum sane quidem obligatio contracta intelligitur, præstatio vero adhuc nulla est. Si ergo velimus id quidem, quod præstari oportet, petere, et in judicium deducere, futuram vero obligationis præstationem in incerto relinquere, necesse est ut cum hac præscriptione agamus : EA RES AGATUR CUJUS REI DIES FUIT; alioquin si sine hac præscriptione egerimus, ea scilicet formula qua incertum petimus, cujus intentio

(1) *L.* 19, *D.*, *De exceptionibus* (XLIV, 1).

Digitized by Google

4. Exceptiones autem, quibus debitor defenditur, plerumque accommodari solent etiam fidejussoribus ejus, et recte, quia quod ab iis petitur, id ab ipso debitore peti videtur, quia mandati judicio redditurus est eis quod ii pro eo solverint. Qua ratione, et si de non petenda pecunia pactus quis cum reo fuerit, placuit perinde succurrendum esse per exceptionem pacti conventi illis quoque qui pro eo obligati essent, ac si cum ipsis pactus esset ne ab eis ea pecunia peteretur. Sane quædam exceptiones non solent his accommodari : ecce enim debitor, si bonis suis cesserit, et cum eo creditor experiatur, defenditur per exceptionem NISI BONIS CESSERIT ; sed hæc exceptio fidejussoribus non datur, ideo scilicet quia qui alios pro debitore obligat, hoc maxime prospicit, ut, cum facultatibus lapsus fuerit debitor, possit ab iis quos pro eo obligavit, suum consequi.

Google

his verbis concepta est : QUIDQUID PARET *NUMERIUM NEGIDIUM AULO AGERIO* DARE FACERE OPORTERE, totam obligationem, id est, *etiam futuram*, in hoc judicium *deducimus*, et quantumvis *in obligatione* fuerit, *tamen id* solum *consequimur, quod litis contestatæ tempore* præstari *oportet*, *ideoque* removemur, *si postea agere velimus*. Item si verbi gratia ex empto agamus, ut nobis fundus mancipio detur, debemus *ita præscribere* : EA RES AGATUR DE FUNDO MANCIPANDO, *ut* postea, si velimus vacuam possessionem nobis tradi, *de* tradenda *ea* vel *ex stipulatu* vel *ex* empto *agere possimus*. *Alioquin protinus* (1) totius illius juris obligatio illa *incerta* actione : QUIDQUID OB EAM REM NUMERIUM NEGIDIUM AULO AGERIO DARE FACERE OPORTET, *per litis contestationem* consumitur, ut postea nobis agere volen*tibus de* vacua possessione tradenda nulla supersit actio. **132**. Præscriptiones autem appellatas esse ab eo *quod ante* formulas præscribuntur, plus quam manifestum est. **133**. Sed his quidem temporibus, sicut supra quoque *indicavimus*, omnes præscriptiones ab actore proficiscuntur. Olim autem quædam et pro reo opponebantur; qualis erat illa præscriptio : EA RES AGATUR, *SI IN EA RE* PRÆJUDICIUM HEREDITATI NON FIAT, quæ nunc in speciem exceptionis deducta est, et locum habet cum petitor hereditatis alio *genere* judicii præjudicium *hereditati* faciat, velut cum *res singulas petat; esset* enim iniquum, per unius *rei petitionem majori quæstioni de ipsa hereditate præjudicari*. . . . .

. . . . . .

. . . . . .

134. *Intentione* formulæ de*terminatur is* cui dare oportet; et sane domino dare oportet quod servus stipulatur : at in præscriptione de facto (2) quæritur, quod secundum naturalem significationem verum esse debet. **135**. Quæ-

(1) Alii sic restituunt : *Nam si non præscribimus*.
(2) Sic legendum pro *parto*, cum Savinio puto.

Digitized by Google

*cum*que autem diximus de servis, eadem de ceteris quoque personis quæ nostro juri subjectæ sunt, dicta intelligemus. **136**. Item admonendi sumus, si cum ipso agamus qui incertum promiserit, ita nobis formulam esse propositam, ut præscriptio inserta sit formulæ loco demonstrationis, hoc modo : JUDEX ESTO. (EA RES AGATUR) (1), QUOD AULUS AGERIUS DE NUMERIO NEGIDIO INCERTUM STIPULATUS EST, CUJUS REI DIES FUIT, QUIDQUID OB EAM REM NUMERIUM NEGIDIUM AULO AGERIO DARE FACERE OPORTET, et reliqua. **137**. Si cum sponsore aut fidejussore agat*ur*, præscribi solet in persona quidem sponsoris hoc modo : EA RES AGATUR, QUOD AULUS AGERIUS DE LUCIO TITIO INCERTUM STIPULATUS EST, QUO NOMINE NUMERIUS NEGIDIUS SPONSOR EST, CUJUS REI DIES FUIT; in persona vero fidejussoris : EA RES AGATUR, QUOD NUMERIUS NEGIDIUS PRO LUCIO TITIO INCERTUM FIDE SUA ESSE JUSSIT, CUJUS REI DIES FUIT; deinde formula subjicitur.

138. Superest, ut de interdictis dispiciamus. **139**. Certis igitur ex causis prætor aut proconsul principaliter auctoritatem suam finiendis controversiis *inter*ponit : quod tum maxime facit cum de possessione aut quasi possessione inter aliquos contenditur; et in summa aut jubet aliquid fieri aut fieri prohibet. Formulæ autem verborum et conceptiones quibus in ea re utitur, interdicta decret*ave* vocantur.

(1) Hoc addendum esse ex §§ 131 et 137 mihi videtur. — Huschke et Bœcking nihil hic supplent, sed inserunt *modo* ante *cujus rei dies fuit*.

Digitized by Google

Tit. XV. De interdictis.

Sequitur ut dispiciamus de interdictis, seu actionibus quæ pro his exercentur. Erant autem interdicta formæ atque conceptiones verborum quibus prætor aut jubebat aliquid fieri, aut fieri prohibebat : quod tunc maxime faciebat, cum de possessione, aut quasi possessione, inter aliquos contendebatur.

1. Summa autem divisio interdictorum hæc est, quod aut prohibitoria sunt, aut restitutoria, aut exhibitoria. Prohibitoria sunt, quibus vetat aliquid fieri, veluti vim sine vitio possidenti, vel mortuum inferenti quo ei jus erat inferendi, vel in loco sacro ædificari, vel in flumine publico ripave ejus aliquid fieri quo pejus navigetur. Restitutoria sunt, quibus restitui aliquid jubet, veluti bonorum possessori possessionem eorum quæ quis pro herede aut pro possessore possidet ex ea hereditate, aut cum jubet ei qui vi possessione fundi dejectus sit, restitui possessionem. Exhibitoria sunt per quæ jubet exhiberi, veluti eum cujus de libertate agitur, aut libertum cui patronus operas indi-

140. (*Vocantur*) autem decreta, cum fieri aliquid jubet, velut cum præcipit ut aliquid exhibeatur aut restituatur; interdicta vero, cum prohibet fieri, velut cum præcipit ne sine vitio possidenti vis fiat, neve in loco sacro aliquid fiat. Unde omnia interdicta aut restitutoria, aut exhibitoria, aut prohibitoria vocantur.

141. Nec tamen cum quid jusserit fieri, aut fieri prohibuerit, statim peractum est negotium; sed ad judicem recuperatoresve itur, et ibi editis formulis quæritur, an aliquid adversus prætoris edictum factum sit, vel an factum non sit quod is fieri jusserit. Et modo cum pœna agitur, modo sine pœna: cum pœna, velut cum per sponsionem agitur; sive pœna, velut cum arbiter petitur. Et quidem ex prohibitoriis interdictis semper per sponsionem agi solet; ex restitutoriis vero vel exhibitoriis, modo per sponsionem, modo per formulam agitur quæ arbitraria vocatur.

142. Principalis igitur divisio in eo est quod aut prohibitoria sunt interdicta, aut restitutoria, aut exhibitoria.

143. Sequens in eo est divisio, quod vel adipiscendæ possessionis causa comparata sunt, vel retinendæ, vel recuperandæ.

144. Adipiscendæ possessionis causa interdictum accommodatur bonorum possessori, cujus principium est QUORUM BONORUM; ejusque vis et potestas hæc est, ut quod quisque ex his bonis, quorum possessio alicui data est, pro herede aut pro possessore possideret, id ei, cui bonorum possessio data est, restituatur. Pro herede autem possidere videtur tam is qui heres est, quam is qui putat se heredem esse; pro possessore is possidet, qui sine causa aliquam rem hereditariam, vel etiam totam hereditatem, sciens ad se non pertinere, possidet. Ideo autem adipiscendæ possessionis vocatur, quia ei tantum utile est qui nunc primum conatur adipisci rei possessionem: itaque si quis

Google

cere velit; aut parenti liberos qui in potestate ejus sunt. Sunt tamen qui putant proprie interdicta ea vocari quæ prohibitoria sunt quia interdicere est denuntiare et prohibere; restitutoria autem et exhibitoria proprie decreta vocari: sed tamen obtinuit omnia interdicta appellari, quia inter duos dicuntur.

3. Sequens divisio interdictorum hæc est, quod quædam adipiscendæ possessionis causa comparata sunt, quædam retinendæ, quædam recuperandæ.

3. Adipiscendæ possessionis causa interdictum accommodatur bonorum possessori, quod appellatur QUORUM BONORUM; ejusque vis et potestas hæc est, ut quod ex iis bonis quisque, quorum possessio alicui data est, pro herede aut pro possessore possideat, id ei cui bonorum possessio data est restituere debeat. Pro herede autem possidere videtur, qui putat se heredem esse; pro possessore is possidet, qui nullo jure rem hereditariam vel etiam totam hereditatem, sciens ad se non pertinere, possidet. Ideo autem adipiscendæ possessionis vocatur interdictum, quia ei tantum utile est qui nunc primum conatur adipisci rei possessionem: itaque si quis adeptus possessionem ami-

Digitized by Google

adeptus possessionem amiserit, desinit ei id interdictum utile esse. **145.** Bonorum quoque emptori similiter proponitur interdictum, quod quidam possessorium vocant. **146.** Item ei qui publica bona emerit, ejusdem conditionis interdictum proponitur quod appellatur sectorium, quod sectores vocantur qui publice bona mercantur. **147.** Interdictum quoque quod appellatur Salvianum, apiscendæ possessionis (*causa*) comparatum est, eoque utitur dominus fundi de rebus coloni, quas is pro mercedibus fundi pignori futuras pepigisset.

148. Retinendæ possessionis causa solet interdictum reddi, cum ab utraque parte de proprietate alicujus rei controversia est, et ante quæritur uter ex litigatoribus possidere, et uter petere debeat : cujus rei gratia comparata sunt UTI POSSIDETIS et UTRUBI. **149.** Et quidem UTI POSSIDETIS interdictum de fundi vel ædium possessione redditur, UTRUBI vero de rerum mobilium possessione. **150.** Et si quidem de fundo vel ædibus interdicitur, eum potiorem esse prætor jubet qui, eo tempore quo interdictum redditur, nec vi, nec clam, nec precario ab adversario possideat; si vero de re mobili, eum potiorem esse jubet qui majore parte ejus anni nec vi, nec clam, nec precario ab adversario possedit : idque satis ipsis verbis interdictorum significatur. **151.** *At* in UTRUBI interdicto non solum sua cuique possessio prodest, sed etiam alterius quam justum est ei accedere : velut ejus cui heres extiterit, ejusque a quo emerit vel ex donatione aut do*tis d*atione acceperit. Itaque si nostræ possessioni juncta alterius justa possessio exsuperat adversarii possessionem, nos eo interdicto vincimus. Nullam autem propriam possessionem habenti accessio temporis non datur, nec dari potest; nam ei quod nullum est, nihil accedere potest. Sed *et* si vitiosam habeat possessionem, id est, aut vi, aut clam, aut precario ab adversario adquisitam, *non* d*atur*; *nam ei possessio* sua nihil

Google

serit eam, hoc interdictum ei inutile est. Interdictum quoque quod appellatur Salvianum, adipiscendæ possessionis causa comparatum est, eoque utitur dominus fundi de rebus coloni, quas is pro mercedibus fundi pignori futuras pepigisset.

4. Retinendæ possessionis causa comparata sunt interdicta UTI POSSIDETIS et UTRUBI, cum ab utraque parte de proprietate alicujus rei controversia sit, et ante quæritur uter ex litigatoribus possidere, et uter petere debeat. Namque, nisi ante explorantum fuerit utrius eorum possessio sit, non potest petitoria actio institui, quia et civilis et naturalis ratio facit ut alius possideat, alius a possidente petat. Et quia longe commodius est possidere potius quam petere, ideo plerumque et fere semper ingens existit contentio de ipsa possessione. Commodum autem possidendi in eo est, quod, etiamsi ejus res non sit qui possidet, si modo actor non potuerit suam esse probare, remanet suo loco possessio : propter quam causam, cum obscura sunt utriusque jura, contra petitorem judicari solet. Sed interdicto quidem UTI POSSIDETIS de fundi vel ædium possessione contenditur, UTRUBI vero interdicto de rerum mobilium possessione. Quorum vis ac potestas plurimam inter se differentiam apud veteres habebat : nam UTI POSSIDETIS interdicto is vincebat, qui interdicti tempore possidebat, si modo nec vi, nec clam, nec precario nactus fuerat ab adversario possessionem, etiamsi alium vi expulerat, aut clam abripuerat alienam possessionem, aut precario rogaverat aliquem ut sibi possidere liceret; UTRUBI vero interdicto is vincebat, qui majore parte ejus anni nec vi, nec clam, nec precario ab adversario possidebat.

Digitized by Google

prodest. 150. Annus autem retrorsus numeratur: itaque si tu verbi gratia anni mensibus posseederis priqribus V, et ego VII posterioribus, ego potior ero quantitate mensium possessionis; nec tibi in hoc interdicto *prodest*, quod *prior tua ejus* anni possessio *est*.

152. Possidere autem videmur, non *solum si ipsi* possideamus, sed etiam si nostro nomine aliquis in possessione sit, licet is nostro juri subjectus non sit, qualis est colonus et inquilinus. Per eos quoque apud quos deposuerimus, aut quibus commodaverimus, aut quibus *usumfructum*, *vel usum*, aut habitationem constituerimus, ipsi possidere videmur; et hoc est quod vulgo dicitur, retineri possessionem posse per quemlibet, qui nostro nomine sit in possessione. Quinetiam plerique putant, animo *quoque retineri* possessionem, quod nostrorum *verbi gratia* æstivorum *et hibernorum saltuum* animo solo, quia voluerimus, *ex quo discessimus, reverti*, retinere *possessionem* videamur. Apisci *vero possessionem per* quos possimus, secundo commentario retulimus; nec ulla dubitatio est, quin animo *possessionem* apisci *non* possimus.

154. Recuperandæ possessionis causa solet interdictum dari, si quis vi dejectus sit; nam ei proponitur interdictum cujus principium *est*: UNDE TU ILLUM VI DEJECISTI; per quod is qui dejecit cogitur ei restituere rei possessionem, si modo is qui dejectus est, nec vi, nec *clam*, nec precario *possidet ab adversario*; quod si aut vi, aut clam, aut precario possederit, impune dejicitur. 155. Interdum tamen *etiam ei quem vi dejecerim*, quamvis a me *aut* vi, aut clam, aut precario possideret, cogor restituere possessionem, velut si armis eum vi dejecerim; nam prætor . . . . . .
. . . . . omni modo . . . . . .
. . . . . .

Google

Hodie tamen aliter observatur, nam utriusque interdici potestas, quantum ad possessionem pertinet, exæquata est : ut ille vincat et in re soli et in re mobili, qui possessionem nec vi, nec clam, nec precario ab adversario litis contestatæ tempore detinet.

5. Possidere autem videtur quisque, non solum si ipse possideat, sed et si ejus nomine aliquis in possessione sit, licet is ejus juri subjectus non sit, qualis est colonus et inquilinus. Per eos quoque apud quos deposuerit quis, aut quibus commodaverit, ipse possidere videtur; et hoc est quod dicitur, retinere possessionem posse aliquem per quemlibet qui ejus nomine sit in possessione. Quinetiam animo quoque retineri possessionem placet, id est, ut quamvis neque ipse sit in possessione, neque ejus nomine alius, tamen, si non derelinquindæ possessionis animo, sed postea reversurus, inde discesserit, retinere possessionem videatur. Adipisci vero possessionem per quos aliquis potest, secundo libro exposuimus; nec ulla dubitatio est quin animo solo adipisci possessionem nemo potest.

6. Recuperandæ possessionis causa solet interdici, si quis ex possessione fundi vel ædium vi dejectus fuerit; nam ei proponitur interdictum UNDE VI, per quod is qui dejecit, cogitur ei restituere possessionem, licet is ab eo qui dejecit vi, vel clam, vel precario possidebat.

Sed ex constitutionibus sacris (1), ut supra diximus, si quis rem per vim occupaverit, si quidem in bonis ejus est, dominio ejus privatur; si aliena, post ejus restitutionem etiam æstimationem rei dare vim passo compellitur.

Qui autem aliquem de possessione per vim dejecerit, tenetur lege Julia de vi privata, aut de vi publica : sed de vi privata, si sine armis vim fecerit; sin autem cum ar-

(1) *Valent., Theod. et Arcad., L. 7, C., Unde vi* (VIII, 4).

Google

156. Tertia divisio interdictorum in hoc *est*, *quod aut* simplicia sunt, aut duplicia. **157.** Simplicia *sunt*, velut in quibus alter actor, alter reus est : qualia sunt omnia restitutoria *aut* exhibitoria ; nam actor est qui desiderat aut exhiberi aut restitui, reus is est a quo desideratur ut exhibeat aut restituat. **158.** Prohibitorium autem interdictorum alia duplicia, alia simplicia sunt. **159.** Simplicia sunt, quibus prohibet prætor in loco sacro, aut in flumine publico ripave ejus aliquid facere reum ; nam actor est qui desiderat ne quid fiat, reus is qui aliquid facere conatur. **160.** Duplicia sunt, velut UTI POSSIDETIS interdictum et UTRUBI. Ideo autem duplicia vocantur, quia par utriusque litigatoris in his conditio est, nec quisquam præcipue reus vel actor intelligitur, sed unusquisque tam rei quam actoris partes sustinet : quippe prætor pari sermone cum utroque loquitur ; nam summa conceptio eorum interdictorum hæc est : UTI NUNC POSSIDETIS, QUOMINUS ITA POSSIDEATIS VIM FIERI VETO ; item alterius : UTRUBI HIC HOMO, DE QUO AGITUR, APUD QUEM MAJORE PARTE HUJUS ANNI FUIT, QUOMINUS IS EUM DUCAT VIM FIERI VETO.

161. Expositis generibus interdictorum, sequitur ut de ordine et de exitu eorum dispiciamus ; et incipiamus a simplicibus. **162.** Igitur (*cum*) restitutorium vel exhibitorium interdictum redditur, velut ut restituatur possessio ei qui vi dejectus est, aut exhibeatur libertus cui patronus operas indicere vellet, modo sine periculo res ad exitum perducitur, modo cum periculo. **163.** Namque si arbitrum postulaverit is cum quo agitur, accipit formulam quæ appellatur arb*itra*ria : nam jud*ic*is arbitrio si quid restitui vel exhiber*i* deb*eat*, *id* sine *pœna* exhibet *vel* restituit, et ita absolvitur ; quod si nec restituat neque exhi-

Google

mis eum de possessione expulerit, de vi publica. Armorum autem appellatione non solum scuta et gladios et galeas significari intelligimus, sed et fustes et lapides.

7. Tertia divisio interdictorum hæc est, quod aut simplicia sunt, aut duplicia. Simplicia sunt, veluti in quibus alter actor, alter reus est, qualia sunt omnia restitutoria aut exhibitoria : namque actor est, qui desiderat aut exhiberi, aut restitui, reus est is a quo desideratur ut restituat, aut exhibeat. Prohibitoriorum autem interdictorum alia simplicia sunt, alia duplicia. Simplicia sunt, veluti cum prohibet prætor in loco sacro, vel in flumine publico ripave ejus aliquid fieri; nam actor est qui desiderat ne quid fiat, reus est qui aliquid facere conatur. Duplicia sunt, veluti UTI POSSIDETIS interdictum et UTRUBI; ideo autem duplicia vocantur, quia par utriusque litigatoris in his conditio est, nec quisquam præcipue reus vel actor intelligitur, sed unusquisque tam rei quam actoris partes sustinet.

8. De ordine et vetere exitu interdictorum supervacuum est hodie dicere : nam quotiens extra ordinem jus dicitur, qualia sunt hodie omnia judicia, non est necesse reddi interdictum; sed perinde judicatur sine interdictis, ac si utilis actio ex causa interdicti reddita fuisset (1).

(1) *Diocl. et Max.*, *L. 3, C.*, *De interdictis* (VIII, 1).

beat, quanti ea res est condemnatur. Sed acter *quoque* siue pœna experitur cum eo qui neque exhibere, neque restituere quicquam offert, *præterquam* si calumniæ judicium ei oppositum fuerit. *Diversæ quidem scholæ auctoribus placet prohibendum* calumniæ judicio *eum qui arbitrum* postulaverit, quasi hoc ipso confessus videatur *restituere se* vel exhibere debere. Sed alio jure utimur, et recte. . . . . .
. . . . et arbitrum quisque . . . . , ...
. . . . . **164**. Observare debet is qui *volet* arbitrum petere, ut *statim* petat, antequam ex *jure* exeat, id *est*, ant*equam a prætore disc*edat; sero enim petentibus non indulge*bitur*. **165**. I*taque* si *arbitrum* non *pe*tierit, sed *tacitus* de jure exi*erit*, cum periculo res ad exitum perducitur. Nam actor provocat adversarium sponsione, *si* contra *edicium* prætoris non ex*hibuerit* aut non res*tituerit* : ille autem adversus sponsionem adversarii restipulatur. Deinde actor quidem sponsionis *formulam* edit adversario; *ille* huic invicem restipulationis. Sed actor sponsionis *formulæ subjicit* et aliud judicium de re restituenda vel exhibenda, ut, si sponsione *vicerit*, nisi ei res exhibeatur aut restituatur, *adversarius quanti ea res sit condemnetur*.
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . aut denegantur
. . . . . .

166. *Deinde perficitur omnis* res ab eo fructus licitando, id est, tantisper in possessione *constituitur*, si *modo* adversario suo fructuaria stipulatione *caveat*, *cui* vis *et* potestas hæc *inest*, *ut* si *contra ipsum esset postea* pronun*ciatum*, *possessio restitu*atur. *Itaque inter* adversarios, qui *prætore* auctore certant, contentio fructus licitationis *est*, scil*icet* quia *amborum interest possessorem* esse, alter tantisper *rei* posses*sionem et rei fructus* vendit;

Google

Google

et quandoquidem hoc agatur, postea alter alterum sponsione provocat : *SI* ADVERSUS EDICTUM PRÆTORIS POSSIDENTIBUS NOBIS (*VIS*) FACTA ESSET. Invicem ambo restipulantur adversus sponsionem vel . . . . . cum una inter eos sponsio . . . . . stipulatio . . . . . fit . . . . . fundo ab . . . . . restitui . . . . . judex, apud quem de ea *re agitur*, illud scilicet requirit, (*quod*) prætor interdicto complexus est, id est, uter eorum eum fundum easve ædes, per id tempus quo interdictum redditur, nec vi, nec clam, nec precario possideret. Cum judex id exploraverit, et forte secundum me judicatum sit, adversarium *quidem* et sponsionis et restipulationis summas, quas cum eo feci, condemnat, et convenienter me sponsionis et restipulationis, quæ mecum factæ sunt, absolvit: et hoc amplius, si apud adversarium meum *possessio* est, quia is fructus licitatione vicit, nisi restituat mihi possessionem, Cascelliano sive secutorio judicio condemnatur. **167**. Ergo is qui fructus licitatione vicit, si non probat ad se pertinere possessionem, sponsionis et restipulationis et fructus licitationis summam pœnæ nomine solvere, *et* præterea possessionem restituere jubetur, et hoc amplius fructus, quos *interea* percepit, reddit. Summa enim fructus licitationis non pretium est fructuum, sed pœnæ nomine solvitur, quod quis alienam possessionem per hoc tempus retinere et facultatem fruendi nancisci conatus est. **168**. Ille autem qui fructus licitatione victus est, si non probaverit ad se pertinere possessionem, tantum sponsionis et restipulationis summam pœnæ nomine debet. **169**. Admonendi tamen sumus, liberum esse ei qui fructus licitatione victus erit, omissa fructuaria stipulatione, sicut Cascelliano sive secutorio judicio de *possessione reciperanda experitur*, ita *de fruc-*

Digitized by Google

Digitized by Google

tibus propter fructus licitationem agere : in quam rem proprium judicium comparatum est, quod appellatur fructuarium, quo nomine actor judicatum solvi satis accipiet. Dicitur autem et hoc judicium secutorium, quod sequitur sponsionis victoriam, sed non æque Cascellianum vocatur. 170. Sed quia nonnulli, interdicto reddito, cetera ex interdicto facere nolebant, atque ob id non poterat res expediri, prætor . . . . . .
comparavit interdicta . . . . . .
. . . . . .
et cetera ex interdicto . . . . . .
. . . . . .
sine causa . . . . . .
. . . . . fuerint . . . . . .
. . . . . sponsori . . . . . .
. . . . . etiam juris . . . . . .
. . . . . .

171. *Reo inficiante*, *ex quibusdam causis* dupli *actio constituitur*, velut si judicati, aut depensi, *aut* damni injuriæ, aut legatorum per damnationem relictorum nomine agitur.

Digitized by Google

Tit. XVI. De poena temere litigantium.

Nunc admonendi sumus, magnam curam egisse eos qui jura sustinebant, ne facile homines ad litigandum procederent; quod et nobis studio est. Idque eo maxime fieri potest, quod temeritas tam agentium, quam eorum cum quibus ageretur, modo pecuniaria pœna, modo jurisjurandi religione, modo infamiæ metu coercetur.

1. Ecce enim jusjurandum omnibus qui conveniuntur, ex constitutione nostra (1) defertur; nam reus non aliter suis allegationibus utitur, nisi prius juraverit quod, putans sese bona instantia uti, ad contradicendum pervenit.

At adversus inficiantes ex quibusdam causis dupli vel tripli actio constituitur, veluti si damni injuriæ, aut legatorum locis venerabilibus relictorum nomine agetur.

(1) *L. 2, C., De jurejurando propter calumniam* (II, 59).

Google

Ex quibusdam causis sponsionem facere permittitur, velut de pecunia certa credita et pecunia constituta; sed certæ quidem creditæ pecuniæ tertiæ partis, constitutæ vero pecuniæ partis dimidiæ.

172. Quod si *neque* sponsionis, *neque* dupli *actionis* periculum ei cum quo agitur conjungatur, ac ne statim *qui*dem ab initio pluris quam simpli sit actio, permittit prætor jusjurandum exigere, non calumniæ causa *ad* inficias ire. Unde, qu*ia* heredes, vel qui heredum loco habentur, nunquam pœnis obligati sunt, item feminis pupillisque *remitti* sole*t* pœna sponsionis, jubet tamen eos jurare.

173. Statim autem ab initio pluris quam simpli actio est, velut furti manifesti quadrupli, nec manifesti dupli, concepti et oblati tripli : nam ex his causis et aliis quibusdam, sive quis neget, sive fateatur, pluris quam simpli est actio.

174. Actoris quoque calumnia coercetur modo calumniæ judicio, modo contrario, modo jurejurando, modo restipulatione. **175.** Et quidem calumniæ judicium adversus omnes actiones locum habet, et est decimæ partis *causæ;* adversus interdicta vero, quartæ partis. **176.** *Sed* liberum est illi cum quo agitur, aut calumniæ judicium opponere, aut *jusjurandum* exigere non calumniæ causa agere. **177.** Contrarium autem judicium ex certis causis constituitur : velut si injuriarum agatur; et si cum muliere eo nomine agatur, quod dicatur, ventris nomine in possessionem missa, dolo malo ad alium possessionem transtulisse; et si quis eo nomine agat, quod dicat se, a prætore in possessionem missum, ab alio quo admissum non esse. Sed adversus injuriarum quidem actionem decimæ partis datur; adversus vero duas istas, quintæ. **178.** Severior autem coercitio est per contrarium judicium; *nam* calumniæ judicio X. partis nemo damnatur, nisi qui

Digitized by Google

Statim autem ab initio pluris quam simpli est actio, veluti furti manifesti quadrupli, nec manifesti dupli; nam ex his causis et aliis quibusdam, sive quis neget, sive fateatur, pluris quam simpli est actio.

Item actoris quoque calumnia coercetur : nam etiam actor pro calumnia jurare cogitur ex nostra constitutione (1). Utriusque etiam partis advocati jusjurandum subeunt, quod alia nostra constitutione(2) comprehensum est. Hæc autem omnia pro veteris calumniæ actione introducta sunt, quæ in desuetudinem abiit, quia in partem decimam litis actores mulctabat, quod numquam factum esse invenimus : sed pro his introductum est et præfatum jusjurandum, et ut improbus litigator et damnum et impensas litis inferre adversario suo cogatur (3).

(1) *L.* 2, *C.*, *De jurej. propt. cal.* — (2) *L.* 14, § 1, *C.*, *De judiciis* (III, 1). — (3) *L.* 13, § 6, *C.*, *De judic.*

Google

intelligit non recte se agere, sed vexandi adversarii gratia actionem instituit, potiusque ex judicis errore vel iniquitate victoriam sperat quam ex causa veritatis; calumnia enim in adfectu est, sicut furti crimen: contrario vero judicio omnimodo damnatur actor, si causam non tenuerit, licet aliqua opinione inductus crediderit se recte agere. **179**. Utique autem ex quibus causis contrario judicio agere potest, etiam calumniæ judicium locum habet; sed alterutro *tantum* judicio agere permittitur. Qua ratione, si jusjurandum de calumnia exactum fuerit, quemadmodum calumniæ judicium non datur, ita et contrarium non dari debet. **180**. Restipulationis quoque pœna ex certis causis fieri solet; et quemadmodum contrario judicio omnimodo condemnatur actor, si causam non tenuerit, nec requiritur an scierit non recte se agere, ita etiam restipulationis pœna omnimodo damnatur actor. **181**. *Sane* si ab actore *ea* restipulationis pœna petatur, ei neque calumniæ judicium opponitur, neque jurisjurandi religio *in*jungitur; nam contrarium judicium *in* his causis locum non habere palam est.

182. Quibusdam judiciis damnati ignominiosi fiunt: velut furti, vi bonorum raptorum, injuriarum; item *pro* socio, *fiduciæ*, *tutelæ*, *mandati*, depositi. Sed furti, aut vi bonorum *raptorum*, aut *injuriarum non solum* damnati notantur ignominia, sed *etiam pacti: idque ita in edicto* scriptum est, et recte. Plurimum *enim interest*, *utrum ex delicto* aliquis, an ex contractu debitor *sit*, *et prætor* illa parte edicti id ipsum *notat*; nam *contractus separavit a delictis: ceterum si quis alieno nomine convenitur*, *velut procuratorio*, *ab* ignomi*nia liber erit. Idem est si quis* fidejussorio nomine judicio convenitur; etenim *et hic pro alio damnatur*.

183. In summa sciendum est, eum qui . . . . . .agere, et eum qui vocatus

Google

2. Ex quibusdam judiciis damnati ignominiosi fiunt: veluti furti, vi bonorum raptorum, injuriarum, de dolo; item tutelæ, mandati, depositi, directis, non contrariis actionibus; item pro socio, quæ ab utraque parte directa est, et ob id quilibet ex sociis eo judicio damnatus ignominia notatur. Sed furti quidem aut vi bonorum raptorum, aut injuriarum, aut de dolo, non solum damnati notantur ignominia, sed etiam pacti, et recte: plurimum enim interest, utrum ex delicto aliquis, an ex contractu debitor sit.

3. Omnium autem actionum instituendarum principium ab ea parte edicti proficiscitur, qua prætor edicit de in jus

Digitized by Google

est, ... patrono et liberto . . . . . et in eum qui adversus ea egerit, *pœna constituta* est.

184. Qu*ando* autem in jus vocatus fuerit adversarius, ni eo die fini*tum f*uerit negotium, vadimonium ei faciendum est, id est, ut promittat se certo die sisti. **185.** Fiunt autem vadimonia quibusdam ex causis pura, id est, sine satisdatione; quibusdam, cum satisdatione; quibusdam, jurejurando; quibusdam, recuperatoribus suppositis, id *est*, ut qui non *steterit*, is protinus a recuperatoribus in summam vadimonii condemnetur : eaque singula diligenter prætoris edicto significantur. **186.** Et si quidem judicati depensive agetur, tanti fiet vadimonium, quanti ea res erit; si vero ex ceteris causis, quanti actor juraverit non calumniæ causa postulare sibi vadimonium promitti. Nec tamen (*pluris quam partis dimidiæ*, *nec*) pluribus quam sestertium C millibus fit vadimonium : itaque si centum millium res erit, nec judicati depensive agetur, non plus quam sestertium quinquaginta millium fit vadimonium. **187.** Quas autem personas sine permissu prætoris impune in jus vocare non possumus, easdem nec vadimonio invitas obligare possumus, præterquam si prætor aditus permittit.

ULPIANUS, *lib. VI, ad Edictum* (1).

Decem aut noxæ dedere condemnatus, judicati in decem tenetur, facultatem autem noxæ dedendi ex lege accipit. At is qui stipulatus est decem aut noxæ dedere, non potest decem petere;

(1) *L.* 6, § 1, *D.*, *De re judicata* (XLII, 1).

Google

vocando; utique enim in primis adversarius in jus vocandus est, id est, ad eum vocandus est qui jus dicturus sit. Qua parte prætor parentibus et patronis, item liberis parentibusque patronorum et patronarum hunc prestat honorem, ut non aliter liceat liberis libertisque eos in jus vocare, quam si id ab ipso prætore postulaverint et impetraverint; et si quis aliter vocaverit, in eum pœnam solidorum quinquaginta constituit.

Tit. XVII. De officio judicis.

Superest ut de officio judicis dispiciamus. Et quidem in primis illud observare debet judex, ne aliter judicet quam legibus, aut constitutionibus, aut moribus proditum est.

1. Ideoque si noxali judicio addictus est, observare debet, ut, si condemnandus videtur dominus, ita debeat condemnare: Publium Mævium Lucio Titio decem aureos condemno, aut noxam dedere.

Google

quia in stipulatione singula per se veniunt, eaque singula separatim stipulari possumus : at judicium solius noxæ deditionis nullum est, sed pecuniaciam condemnationem sequitur; et ideo judicati decem agitur : his enim solis condemnatur; noxæ deditio in solutione est, quæ e lege tribuitur.

Digitized by Google

2. Et si in rem actum sit, sive contra petitorem judicaverit, absolvere debet possessorem, sive contra possessorem, jubere eum debet ut rem ipsam restituat cum fructibus. Sed si possessor neget in præsenti se restituere posse, et sine frustratione videbitur tempus restituendi causa petere, indulgendum est ei, ut tamen de litis æstimatione caveat cum fidejussore, si intra tempus quod ei datum est non restituisset. Et si hereditas petita sit, eadem circa fructus interveniunt, quæ diximus intervenire in singularum rerum petitione. Illorum autem fructuum quos culpa sua possessor non perceperit, in utraque actione eadem ratio pene habetur, si prædo fuerit : si vero bona fide possessor fuerit, non habetur ratio consumptorum, neque non perceptorum, post inchoatam autem petitionem, etiam illorum fructuum ratio habetur qui culpa possessoris percepti non sunt, vel percepti consumpti sunt.

3. Si ad exhibendum actum fuerit, non sufficit si exhibeat rem is cum quo actum est, sed opus est ut etiam rei causam debeat exhibere, id est, ut eam causam habeat actor quam habiturus esset, si, cum primum ad exhibendum egisset, exhibita res fuisset : ideoque, si inter moras usucapta sit res a possessore, nihilominus condemnabitur. Præterea fructus medii temporis, id est, ejus quod post acceptum ad exhibendum judicium ante rem judicatam intercessit, rationem habere debet judex. Quod si neget is cum quo ad exhibendum actum est, in præsenti exhibere se posse, et tempus exhibendi causa petat, idque sine frustratione postulare videatur, dari ei debet, ut tamen caveat se restituturum. Quod si neque statim jussu judicis rem exhibeat, neque postea exhibiturum se caveat, condemnandus est in id quod actoris intererat ab initio rem exhibitam esse.

4. Si familiæ erciscundæ judicio actum sit, singulas res singulis heredibus adjudicare debet; et si in alterius

Digitized by Google

Google

persona prægravare videatur adjudicatio, debet hunc invicem coheredi certa pecunia, sicut jam dictum est, condemnare. Eo quoque nomine coheredi quisque suo condemnandus est, quod solus fructus hereditarii fundi perceperit, aut rem hereditariam corruperit aut consumpserit. Quæ quidem similiter inter plures quoque quam duos coheredes subsequuntur.

5. Eadem interveniunt, et si communi dividundo de pluribus rebus actum fuerit. Quod si de una re, veluti fundo, si quidem iste fundus commode regionibus divisionem recipiat, partes ejus singulis adjudicare debet, et si unius pars prægravare videbitur, is invicem certa pecunia alteri condemnandus est; quod si commode dividi non possit, veluti homo forte, aut mulus erit, de quo actum sit, tunc totus uni adjudicandus est, et is invicem alteri certa pecunia condemnandus.

6. Si finium regundorum actum fuerit, dispicere debet judex an necessaria sit adjudicatio: quæ sane uno casu necessaria est, si evidentioribus finibus distingui agros commodius sit, quam olim fuissent distincti; nam tunc necesse est ex ulterius agro partem aliquam alterius agri domino adjudicari, quo casu conveniens est ut is alteri certa pecunia debeat condemnari. Eo quoque nomine damnandus est quisque hoc judicio, quod forte circa fines aliquid malitiose commisit, verbi gratia, quia lapides finales furatus est, vel arbores finales cecidit. Contumaciæ quoque nomine quisque eo judicio condemnatur, veluti si quis, jubente judice, metiri agros passus non fuerit.

7. Quod autem istis judiciis alicui adjudicatum sit, id statim ejus fit cui adjudicatum est.

Tit. XVIII. De publicis judiciis.

Publica judicia neque per actiones ordinantur, neque omnino quidquam simile habent cum ceteris judiciis de

Digitized by Google

MARCIANUS, *lib. XIV Institutionum* (1).

Lege Corneliâ de sicariis et veneficis tenetur, qui hominem occiderit, cujusve dolo malo incendium factum erit, quive hominis occidendi, furtive faciendi causa cum telo ambulaverit, quive, quum magistratus esset, publicove judicio præesset, operam dedisset, quo quis falsum indicium profiteretur, ut quis innocens conveniretur, condemnaretur.

Præterea tenetur, qui hominis necandi causa venenum confecerit, dederit, quive falsum testimonium dolo malo dixerit, quo quis publico judicio rei capitalis damnaretur, quive magistratus

(1) *L.* 1, *pr.*, §§ 1-5, *L.* 3, *pr.*, §§ 1-6, *D.*, *Ad legem Corneliam de sicariis et veneficis* (XLVIII, 8).

Google

quibus locuti sumus, magnaque diversitas est eorum et in instituendis et in exercendis.

1. Publica autem dicta sunt, quod cuivis ex populo executio eorum plerumque datur.

2. Publicorum judiciorum quædam capitalia sunt, quædam non capitalia. Capitalia dicimus, quæ ultimo supplicio afficiunt, vel aquæ et ignis interdictione, vel deportatione, vel metallo; cetera, si qua infamiam irrogant cum damno pecuniario, hæc publica quidem sunt, non tamen capitalia.

3. Publica autem sunt hæc.

Lex Julia majestatis, quæ in eos qui contra imperatorem vel rempublicam aliquid moliti sunt, suum vigorem extendit. Hujus pœna animæ amissionem sustinet, et memoria rei etiam post mortem damnatur.

4. Item lex Julia de adulteriis coercendis, quæ non solum temeratores alienarum nuptiarum gladio punit, sed et eos qui cum masculis nefandam libidinem exercere audent. Sed eadem lege Julia etiam stupri flagitium punitur, cum quis sine vi vel virginem vel viduam honeste viventem stupraverit. Pœnam autem eadem lex irrogat peccatoribus, si honesti sunt, publicationem partis dimidiæ bonorum; si humiles, corporis coercitionem cum relegatione.

5. Item lex Cornelia de sicariis, quæ homicidas ultore ferro persequitur, vel eos qui hominis occidendi causa cum telo ambulant. Telum autem, ut Gaius noster in interpretatione legis duodecim tabularum scriptum reliquit, vulgo quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur, sed et omne significatur quod manu cujusdam mittitur. Sequitur ergo ut lapis et lignum et ferrum hoc nomine contineatur. Dictumque ab eo quod in longinquum mittitur, a græca voce ἀπὸ τοῦ τηλοῦ; et hanc significationem invenire possumus et in græco nomine: nam quod nos telum appella-

Digitized by Google

judexve quæstionis sub capitalem causam pecuniam acceperit, ut publica lege reus fieret.

Et qui hominem occiderit, punitur, non habita differentia, cujus conditionis hominem interemit.

Divus Hadrianus rescripsit, eum, qui hominem occidit, si non occidendi animo hoc admisit, absolvi posse, et qui hominem non occidit, sed vulneravit, ut occidat, pro homicida damnandum; et ex re constituendum hoc; nam si gladium strinxerit, et eo percusserit, indubitate occidendi animo id eum admisisse; sed si clave percussit, aut cucuma, in rixa quamvis ferro percusserit, tamen non occidendi animo, leniendam pœnam ejus, qui in rixa casu magis, quam voluntate homicidium admisit.

Item divus Hadrianus rescripsit, eum; qui stuprum sibi vel suis per vim inferentem occidit, dimittendum. — Sed et in eum, qui uxorem deprehensam in adulterio occidit, divus Pius leviorem pœnam irrogandam esse rescripsit, et humiliore loco positum in exsilium perpetuum dari jussit, in aliqua dignitate positum ad tempus relegari.

Ejusdem legis Corneliæ de sicariis et veneficis capite quinto, qui venenum malum necandi hominis causa fecerit, vel vendiderit, vel habuerit, plectitur.

Ejusdem legis pœna adficitur, qui in publicum mala medicamenta vendiderit, vel hominis necandi causa habuerit.

Adjectio autem ista veneni mali ostendit, esse quædam et non mala venena. Ergo nomen medium est, et tam id, quod ad sanandum, quam id, quod ad occidendum paratum est, continet, sed et id, quod amatorium appellatur. Sed hoc solum notatur in ea lege, quod hominis necandi causa habet. Sed ex senatusconsulto relegari jussa est ea, quæ non quidem malo animo, sed malo exemplo medicamentum ad conceptionem dedit, ex quo ea, quæ acceperat, decesserit.

Alio senatusconsulto effectum est, ut pigmentarii, si cui temere cicutam, salamandram, aconitum, pityocampas, aut buprestim, mandragoram, cantharidas, aut quid lustramenti causa dederint, pœna teneantur hujus legis.

Item is, cujus familia sciente eo, adipiscendæ, recuperandæ possessionis causa, arma sumpserit. Item qui auctor seditionis fuerit, et qui naufragium suppresserit, et qui falsa indicia professus fuerit profitendave curaverit, quo quis innocens circumve-

Digitized by Google

mus, illi βέλος appellant ἀπὸ τοῦ βάλλεσθαι. Admonet nos Xenophon, nam ita scribit : καὶ τὰ βέλη ὁμοῦ ἐφέρετο, λόγχαι, τοξεύματα, σφενδόναι, πλεῖστοι δὲ καὶ λίθοι. Sicarii autem appellantur a sica, quod significat ferreum cultrum. — Eadem lege et venefici capite damnantur, qui artibus odiosis, tam venenis, quam susurris magicis homines occiderint, vel mala medicamenta publice vendiderint.

Digitized by Google

niretur, et qui hominem libidinis vel pro mercii causa castraverit, ex senatusconsulto pœna legis Corneliæ punitur.

Legis Corneliæ de sicariis et veneficis pœna insulæ deportatio est, et omnium bonorum ademptio. Sed solent hodie capite puniri, nisi honestiore loco positi fuerint, quam ut pœnam legis sustineant; humiliores enim solent vel bestiis subjici, altiores vero deportantur in insulam.

Transfugas licet, ubicunque inventi fuerint, quasi hostes interficere.

MARCIANUS, *lib. XIV Institutionum* (1).

Lege Pompeia de parricidiis cavetur, si quis patrem, matrem, avum, aviam, fratrem, sororem, patruelem, matruelem, patruum, avunculum, amitam, materteram, consobrinum, consobrinam, virum, uxorem, generum, nurum, socerum, socrum, vitricum, privignum, privignam, patronum, patronam occiderit, cujusve dolo malo id factum erit, ut pœna ea teneatur, quæ est legis Corneliæ de sicariis. Sed et mater, quæ filium filiamve occiderit, ejus legis pœna afficitur; et avus, qui nepotem occiderit; et præterea qui emit venenum, ut patri daret, quamvis non potuerit dare.

Sed sciendum est, lege Pompeia de consobrino comprehendi, sed non etiam eos pariter complecti, qui pari propioreve gradu sunt. Sed et novercæ et sponsæ personæ omissæ sunt, sententia tamen legis continentur.

MARCIANUS, *lib. XIV Institutionum* (2).

Pœna legis Corneliæ irrogatur ei, qui falsas testationes faciendas, testimoniave falsa inspicienda dolo malo curaverit. — Item qui ob instruendam advocationem testimoniave pecuniam acceperit, pactusve fuerit, societatemve coierit ad obligationem innocentium, ex senatusconsulto coercetur. — Sed et si quis ob denuntiandum remittendumve testimonium, dicendum, vel non dicendum, pecuniam acceperit, pœna legis Corneliæ adficitur, et

(1) *L.* 1, *L.* 3, *D.*, *De lege Pompeia de parricidiis* (XLVIII, 9).
(2) *L.* 1, *pr.*, §§ 1-13, *D.*, *De lege Cornelia de falsis* (XLVIII, 10).

Google

6. Alia deinde lex asperrimum crimen nova pœna persequitur, quæ Pompeia de parricidiis vocatur. Qua cavetur, ut si quis parentis, aut filii, aut omnino adfectionis ejus quæ nuncupatione parricidii continetur, fata properaverit, sive clam sive palam id ausus fuerit, nec non is cujus dolo malo id factum est, vel conscius criminis existit, licet extraneus sit, pœna parricidii puniatur : et neque gladio neque ignibus neque ulla alia solemni pœna subjiciatur, sed insutus culeo cum cane et gallo gallinaceo et vipera et simia, et inter eas ferales angustias comprehensus, secundum quod regionis qualitas tulerit, vel in vicinum mare, vel in amnem projiciatur, ut omnium elementorum usu vivus carere incipiat, et ei cœlum superstiti, et terra mortuo auferatur (1). Si quis autem alias cognatione vel affinitate conjunctas personas necaverit, pœnam legis Corneliæ de sicariis sustinebit.

7. Item lex Cornelia de falsis, quæ etiam testamentaria vocatur, pœnam irrogat ei qui testamentum vel aliud instrumentum falsum scripserit, signaverit, recitaverit, subjecerit, quive signum adulterinum fecerit, sculpserit, expresserit sciens dolo malo. Ejusque legis pœna in servos ultimum supplicium est (quod etiam in lege de sicariis et veneficis servatur), in liberos vero deportatio.

(1) *Constant.*, *L. un.*, *C.*, *De his qui parentes vel* liberos occiderunt (IX, 17).

Digitized by Google

qui judicem corruperit, corrumpendumve curaverit. — Sed et si judex constitutiones principum neglexerit punitur. — Qui in rationibus, tabulis, cerisve, vel alia qua re sine consignatione falsum fecerint, vel rem amoverint, perinde ex his causis, atque si erant falsarii, puniuntur. Sic et divus Severus lege Cornelia de falsis damnavit præfectum Ægypti, quod instrumentis suis, quum præerat provinciæ, falsum fecit.—Is, qui aperuerit vivi testamentum, legis Corneliæ pœna tenetur.—Is, qui deposita instrumenta apud alium ab eo prodita esse adversariis suis dicit, accusare eum falsi potest. — Ad testamenta militum senatusconsultum pertinet, quo lege Cornelia tenentur, qui sibi legatum fideicommissumve adscripserint.—Inter filium, et servum, et extraneum testamentum scribentes hoc interest, quod in extraneo, si specialiter subscriptio facta est : QUOD ILLI DICTAVI, ET RECOGNOVI, pœna cessat, et capi potest; in filio vel servo vel generalis subscriptio sufficit et ad pœnam evitandam, et ad capiendum.— Ex illa quoque causa falsi pœnæ quis subjicitur, ut divi quoque Severus et Antoninus constituerunt, ut tutores, et curatores, et hi, qui officio deposito non restituerunt tutelam vel curationem, cum fisco contrahere non possint, ac si quis adversus hanc legem profectus ærario obrepserit, ut perinde puniatur, ac si falsum commisisset. — Sed ad illos hoc non pertinet, ut iidem principes rescripserunt, qui, ante quam tutelam susciperent, hæc gesserunt; nec enim excusationes admisisse, sed fraudes exclusisse videntur.—Iidem principes rescripserunt, ita demum eum, qui rationem tutelæ vel curæ nondum reddidit, cum fisco contrahere non debere, si vivat is, cujus tutela administrata est; nam si decesserit, licet nondum heredi ejus rationem reddiderit, jure eum contrahere. — Sed si jure hereditario successerunt in fiscalem contractum tutor vel curator, licet ante rationem redditam, non puto pœnam locum habere, licet adhuc vivat is, cujus tutela vel cura administrata est. — Pœna falsi vel quasi falsi deportatio est, et omnium bonorum publicatio; et si servus eorum quid admiserit, ultimo supplicio adfici jubetur.

MARCIANUS, *lib. XIV Institutionum* (1).

Lege Julia de vi publica tenetur, qui arma, tela, domi suæ,

(1) *L.* 1; *L.* 3, *pr.*, §§ 1-6; *L.* 5, *pr.*, §§ 1, 2, *D.*, *Ad legem Juliam de vi publica* (XLVIII, 6). *L.* 1, *pr.*, §§ 1, 2, *D.*, *Ad legem Juliam de vi privata* (XLVIII, 7).

Google

9. Item lex Julia de vi publica seu privata adversus eos exoritur, qui vim vel armatam vel sine armis commiserint:

Google

agrove in villa, præter usum venationis, vel itineris, vel navigationis, coegerit.

In eadem causa sunt, qui turbæ, seditionisve faciendæ consilium inierint, servosve, aut liberos homines in armis habuerint. —Eadem lege tenetur, qui pubes cum telo in publico fuerit.—In eadem causa sunt, qui pessimo exemplo convocatu, seditione villas expugnaverint, et cum telis, et armis bona rapuerint. —Item tenetur qui ex incendio rapuerit aliquid præter materiam. — Preterea punitur hujus legis pœna, qui puerum, vel feminam, vel quemquam per vim stupraverit. — Sed et qui in incendio cum gladio, aut telo rapiendi causa fuit, vel prohibendi dominum res suas servare, eadem pœna tenetur. — Eadem lege tenetur, qui hominibus armatis possessorem domo agrove suo, aut navi sua dejecerit, expugnaverit concursu.

Qui cœtu, conversu, turba, seditione incendium fecerit; quique hominem dolo malo incluserit, obsederit; quive fecerit, quominus sepeliatur; quo magis funus diripiatur, distrahatur; quive per vim sibi aliquem obligaverit : nam eam obligationem lex rescindit. — Si de vi, et possessione, vel dominio quæratur ante, cognoscendum de vi, quam de proprietate rei, Divus Pius τῷ κοινῷ τῶν θεσσάλων græce rescripsit; sed et decrevit, ut prius de vi quæratur, quam de jure dominii, sive possessionis. — Qui vacantem mulierem rapuit, vel nuptam, ultimo supplicio punitur; et si pater injuriam suam precibus exoratus remiserit, tamen extraneus sine quinquennii præscriptione reum postulare poterit : cum raptus crimen legis Juliæ de adulteriis potestatem excedit.

De vi privata damnati pars tertia bonorum ex lege Julia publicatur : et cautum est, ne senator sit, ne decurio, aut ullum honorem capiat, neve in eum ordinem sedeat, neve judex sit; et videlicet omni honore quasi infamis ex senatusconsulto carebit. — Eadem pœna adficiuntur, qui ad pœnam legis Juliæ de vi privata rediguntur, et si quis ex naufragio dolo malo quid rapuerit.— Sed et ex constitutionibus principum extra ordinem, qui de naufragiis aliquid diripuerint, puniuntur; nam et divus Pius *rescripsit* nullam vim nautis fieri debere : et si quis fecerit, ut severissime puniatur.

Digitized by Google

sed si quidem armata vis arguatur, deportatio ei ex lege Julia de vi publica irrogatur; si vero sine armis, in tertiam partem bonorum publicatio imponitur.

Sin autem per vim raptus virginis, vel viduæ, vel sanctimonialis, vel alterius fuerit perpetratus, tunc et peccatores, et ii qui opem flagitio dederunt, capite puniuntur, secundum nostræ constitutionis (1) definitionem, ex qua hoc apertius est scire.

(1) *L.* 1, *pr.* §§ 1-3, *C.*, *De raptu virginum, seu viduarum, necnon sanctimonialium* (IX, 13).

Google

MARCIANUS, *lib. XIV Institutionum* (1).

Lege Julia peculatus tenetur, qui pecuniam sacram, religiosam abstulerit, interceperit.—Sed et qui donatum Deo immortali abtulerit, peculatus pœna tenetur.

Mandatis autem cavetur de sacrilegiis, ut præsides sacrilegos, latrones, plagiarios conquirant, et ut, prout quisque deliquerit, in eum animadvertant. Et sic constitutionibus cavetur, ut sacrilegi extra ordinem digna pœna puniantur.

Lege Julia de residuis tenetur is, apud quem ex locatione, emptione, alimentaria ratione, ex pecunia, quam accepit, aliave qua causa, pecunia publica resedit. — Sed et qui publicam pecuniam in usum aliquem acceptam retinuerit, nec erogaverit, hac lege tenetur. — Qua lege damnatus amplius tertia parte, quam debet, punitur. — Non fit locus religiosus, ubi thesaurus invenitur; nam etsi in monumento inventus fuerit, non quasi religiosus tollitur; quod enim sepelire quis prohibetur, id religiosum facere non potest : at pecunia sepeliri non potest, ut et mandatis principalibus cavetur. — Sed et si de re civitatis aliquid subripiat, constitutionibus principum divorum Trajani et Hadriani cavetur. peculatus crimen committi; et hoc jure utimur.

(1) *L.* 4, *pr.*, §§ 1-7, *D.*, *Ad legem Juliam peculatus, et de sacrilegiis, et de residuis* (XLVIII, 13).

Google

9. Item lex Julia peculatus eos punit, qui pecuniam vel rem publicam, vel sacram, vel religiosam furati fuerint.

Sed si quidem ipsi judices tempore administrationis publicas pecunias subtraxerint, capitali animadversione puniantur; et non solum hi, sed etiam qui ministerium eis ad hoc exhibuerint, vel qui subtractas ab his scientes susceperint (1).

Alii vero qui in hanc legem inciderint, pœnæ deportationis subjugantur.

10. Est et inter publica judicia lex Fabia de plagiariis, quæ interdum capitis pœnam ex sacris constitutionibus irrogat, interdum leviorem.

11. Sunt præterea publica judicia, lex Julia de ambitus, et lex Julia repetundarum, et lex Julia de annona, et lex Julia de residuis, quæ de certis capitulis loquuntur, et animæ quidem amissionem non irrogant, aliis autem pœnis eos subjiciunt qui præcepta earum neglexerint.

12. Sed de publicis judiciis hæc exposuimus, ut vobis possibile sit summo digito et quasi per indicem ea tetigisse: alioquin diligentior eorum scientia vobis ex latioribus Digestorum seu Pandectarum libris, Deo propitio, adventura est.

---

(1) *Honor., Theod. et Arcad., L. un., C., De crimine peculatus* (IX, 28).

Google

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ριή.

Διάταξις ἀναιροῦσα τὰ adgnatica δίκαια, καὶ τυποῦσα τὰς ἐξ ἀδιαθέτου κλήσεις.

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Αὔγουστος Πέτρῳ, τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν τῆς ἕω πραιτωρίων.

Προοίμιον. Πολλοὺς καὶ διαφόρους νόμους ἐν τοῖς παλαιοτέροις χρόνοις ἐκπεφωνημένους εὑρίσκοντες, δι' ὧν οὐ δικαίως διαφορὰ τῆς ἐξ ἀδιαθέτου διαδοχῆς μεταξὺ τῶν συγγενῶν ἐξ ἀῤῥένων τε καὶ θηλειῶν εἰσενήνεκται, ἀναγκαῖον εἶναι συνείδομεν πάσας ὁμοῦ τὰς ἐξ ἀδιαθέτου τῆς συγγενείας διαδοχὰς διὰ τοῦ παρόντος νόμου σαφεῖ καὶ συντόμῳ διαιρέσει διατυπῶσαι, ὥςτε τῶν προτέρων νόμων τῶν ὑπὲρ ταύτης τῆς αἰτίας τεθειμένων ἀργούντων, τοῦ λοιποῦ ταῦτα μονα παραφυλάττεσθαι, ἅπερ νῦν διατυποῦμεν. Ἐπειδὴ τοίνυν πᾶσα ἡ τοῦ γένους ἐξ ἀδιαθέτου διαδοχὴ τρισὶ γνωρίζεται τάξεσι, τουτέστι τῇ τε τῶν ἀνιόντων, καὶ τῇ τῶν κατιόντων, καὶ τῇ τῶν ἐκ πλαγίου, ἥτις εἰς adgnatous καὶ cognatous διαιρεῖται, πρώτην εἶναι διατυποῦμεν τὴν τῶν κατιόντων διαδοχήν.

Κεφ. α'. Εἴ τις τοίνυν τῶν κατιόντων ὑπείη τῷ ἀδιαθέτῳ τελευτήσαντι οἱαςδήποτε φύσεως ἢ βαθμοῦ, εἴτε ἐξ ἀῤῥενογονίας, εἴτε ἐκ θηλυγονίας καταγόμενος, καὶ εἴτε αὐτεξούσιος, εἴτε ὑπεξούσιος εἴη, πάντων τῶν ἀνιόντων καὶ τῶν ἐκ πλαγίου συγγενῶν προτιμάσθω. Κἂν γὰρ ὁ τελευτήσας ἑτέρου ὑπεξούσιος ἦν, ὅμως τοὺς αὐτοῦ παῖδας, οἱαςδήποτε ἂν ὦσι φύσεως ἢ βαθμοῦ, καὶ αὐτῶν τῶν γονέων προτιμᾶσθαι κελεύομεν, ὧν ὑπεξούσιος ἦν ὁ τελευτήσας, ἐπ' ἐκείνοις δηλαδὴ τοῖς πράγμασιν, ἅτινα κατὰ τοὺς ἄλλους ἡμῶν νόμους τοῖς πατράσιν οὐ προςπορίζεται. Ἐπὶ γὰρ τῇ χρήσει τῶν πραγμάτων τούτων ὀφειλούσῃ προςπορίζεσθαι ἢ φυλάττεσθαι τοὺς περὶ τούτων ἡμῶν νόμους τοῖς

Digitized by Google

NOVELLA CONSTITUTIO CXVIII.

(Auth. const. CXIV. Coll. IX. tit. 1.)

CONSTITUTIO QUÆ JURA ADGNATORUM TOLLIT, ET SUCCESSIONES AB INTESTATO DEFINIT.

IMPERATOR JUSTINIANUS AUGUSTUS Petro gloriosissimo, præfecto sacrorum prætoriorum Orientis.

PRÆFATIO. Plurimas et diversas leges veteribus temporibus prolatas invenientes, per quas non juste differentia ab intestato successionis inter cognatos ex masculis et feminis introducta est, necessarium esse perspeximus omnes simul ab intestato cognationum successiones per præsentem legem clara compendiosaque divisione disponere, itaque prioribus legibus pro hac causa positis cessantibus, de cetero ea sola servari, quæ nunc constituimus. Quia igitur universa generis ab intestato successio tribus cognoscitur ordinibus, hoc est, ascendentium, et descendentium, et ex latere, quæ in adgnatos cognatosque dividitur, primam esse disponimus descendentium successionem.

CAP. I. Si quis igitur descendentium fuerit ei qui intestatus moritur, cujuslibet naturæ aut gradus, sive ex masculorum genere, sive ex feminarum descendens, et sive suæ potestatis, sive sub potestate sit, omnibus ascendentibus et ex latere cognatis præponatur. Licet enim defunctus sub alterius potestate fuerit, tamen ejus filios, cujuslibet sexus sint aut gradus, etiam ipsis parentibus præponi præcipimus, quorum sub potestate fuerit qui defunctus est, in illis videlicet rebus quæ secundum nostras alias leges patribus non adquiruntur. Nam in usu harum rerum qui debet adquiri aut servari, nostras de his leges paren-

Digitized by Google

γονεῦσι φυλάττομεν, οὕτω μέντοι γε, ὥςτε εἴ τινα τούτων τῶν κατιόντων παῖδας καταλιπόντα τελευτῆσαι συμβαίη, τοὺς ἐκείνου υἱοὺς ἢ θυγατέρας ἢ τοὺς ἄλλους κατίοντας εἰς τὸν τοῦ ἰδίου γονέως τόπον ὑπεικιέναι, εἴτε ὑπεξούσιοι τῷ τελευτήσαντι, εἴτε αὐτεξούσιοι εὑρεθεῖεν, τοσοῦτον ἐκ τῆς κληρονομίας τοῦ τελευτήσαντος λαμβάνοντας μέρος, ὅσοι δήποτε ἂν ὦσιν, ὅσον ὁ αὐτῶν γονεύς, εἰ περιῆν, ἐκομίζετο, ἥντινα διαδοχὴν in stirpes ἡ ἀρχαιότης ἐκάλεσεν. Ἐπὶ ταύτης γὰρ τῆς τάξεως τὸν βαθμὸν ζητεῖσθαι οὐ βουλόμεθα, ἀλλὰ μετὰ τῶν υἱῶν καὶ τῶν θυγατέρων τοὺς ἐκ τοῦ προτελευτήσαντος υἱοῦ ἢ θυγατρὸς ἐγγόνους καλεῖσθαι θεσπίζομεν, οὐδεμιᾶς εἰςαγομένης διαφορᾶς, εἴτε ἄῤῥενες εἴτε θῆλειαι ὦσι, καὶ εἴτε ἐξ ἀῤῥενογονίας εἴτε ἐκ θηλυγονίας κατάγωνται, εἴτε ὑπεξούσιοι εἴτε καὶ αὐτεξούσιοι εἴησαν. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῆς τῶν κατιόντων διαδοχῆς ἐτυπώσαμεν. Ἀκόλουθον δὲ εἶναι συνείδομεν καὶ περὶ τῶν ἀνιόντων διατάξασθαι, ὅπως ἂν εἰς τὴν τῶν κατιόντων κληθεῖεν διαδοχήν.

Κεφ. β'. Εἰ τοίνυν ὁ τελευτήσας κατιόντας μὲν μὴ καταλίποι κληρονόμους, πατὴρ δὲ ἢ μήτηρ ἢ ἄλλοι γονεῖς αὐτῷ ἐπιζήσουσι, πάντων τῶν ἐκ πλαγίου συγγενῶν τούτους προτιμᾶσθαι θεσπίζομεν, ἐξῃρημένων μόνων ἀδελφῶν ἐξ ἑκατέρου γονέως συναπτομένων τῷ τελευτήσαντι, ὡς δια τῶν ἑξῆς δηλωθήσεται. Εἰ δὲ πολλοὶ τῶν ἀνιόντων περίεισι, τούτους προτιμᾶσθαι κελεύομεν, οἵτινες ἐγγύτεροι τῷ βαθμῷ εὑρεθεῖεν, ἄῤῥενάς τε καὶ θηλείας, εἴτε πρὸς μητρός, εἴτε πρὸς πατρὸς εἶεν. Εἰ δὲ τὸν αὐτὸν ἔχουσι βαθμόν, ἐξ ἴσης εἰς αὐτοὺς ἡ κληρονομία διαιρεθήσεται, ὥςτε τὸ μὲν ἥμισυ λαμβάνειν πάντας τοὺς πρὸς πατρὸς ἀνιόντας, ὅσοι δήποτε ἂν ὦσι, τὸ δὲ ὑπόλοιπον ἥμισυ τοὺς πρὸς μητρὸς ἀνιόντας, ὅσους δήποτε ἂν αὐτοὺς εὑρεθῆναι συμβαίη. Εἰ δὲ μετὰ τῶν ἀνιόντων εὑρεθῶσιν ἀδελφοὶ ἢ ἀδελφαὶ ἐξ ἑκατέρων γονέων συναπτόμενοι τῷ τελευτήσαντι, μετὰ τῶν ἐγγυτέρων τῷ βαθμῷ ἀνιόντων κληθήσονται, εἰ καὶ πατὴρ ἢ μήτηρ εἴησαν, διαιρουμένης εἰς αὐτοὺς δηλαδὴ τῆς κληρονομίας κατὰ τὸν τῶν προςώπων ἀριθμόν, ἵνα καὶ τῶν ἀνιόντων καὶ τῶν ἀδελφῶν ἕκαστος ἴσην ἔχοι μοῖραν· οὐδεμίαν χρῆσιν ἐκ τῆς

Digitized by Google

tibus custodimus, sic tamen, ut, si quem horum descendentium filios relinquentem mori contigerit, illius filios aut filias aut alios descendentes in proprii parentis locum succedere, sive sub potestate defuncti, sive suæ potestatis inveniantur, tantam ex hereditate morientis accipientes partem, quotquot sint, quantam eorum parens, si viveret, habuisset : quam successionem in stirpes antiquitas vocavit. In hoc enim ordine gradum quæri nolumus, sed cum filiis et filiabus ex præmortuo filio aut filia nepotes vocari sancimus, nulla introducenda differentia, sive masculi sive feminæ sint, et seu ex masculorum seu feminarum progenie descendant, sive suæ potestatis, sive sub potestate sint. Et hæc quidem de successionibus descendentium disposuimus. Consequens autem esse perspeximus et de ascendentibus constituere, quomodo ad descendentium successionem vocentur.

Cap. II. Si igitur defunctus descendentes quidem non relinquat heredes, pater autem, aut mater, aut alii parentes ei supersint, omnibus ex latere cognatis hos præponi sancimus, exceptis solis fratribus ex utroque parente conjunctis defuncto, sicut per subsequentia declarabitur. Si autem plurimi ascendentium vivunt, hos præponi jubemus qui proximi gradu reperiuntur, masculos et feminas, sive paterni, sive materni sint. Si autem eumdem habent gradum, ex æquo inter eos hereditas dividatur, ut medietatem quidem accipiant omnes a patre ascendentes, quotcumque fuerint, medietatem vero reliquam a matre ascendentes, quotcumque eos inveniri contigerit. Si vero cum ascendentibus inveniantur fratres aut sorores ex utrisque parentibus conjuncti defuncto, cum proximis gradu ascendentibus vocabuntur, et si pater aut mater fuerint, dividenda inter eos quippe hereditate secundum personarum numerum, uti et ascendentium et fratrum singuli æqualem habeant portionem : nullum usum ex fi-

Google

τῶν υἱῶν ἢ θυγατέρων μοίρας ἐν τούτῳ τῷ θέματι δυναμένου τοῦ πατρὸς ἑαυτῷ παντελῶς ἐκδικεῖν, ἐπειδὴ ἀντὶ ταύτης τῆς χρήσεως μέρος αὐτῷ τῆς κληρονομίας καὶ κατὰ δεσποτείας δίκαιον διὰ τοῦ παρόντος δεδώκαμεν νόμου· οὐδεμιᾶς φυλαττομένης διαφορᾶς μεταξὺ τῶν προςώπον τούτων, εἴτε θήλειαι, εἴτε ἄῤῥενες εἴησαν οἱ πρὸς τὴν κληρονομίαν καλούμενοι, καὶ εἴτε δι' ἄῤῥενος ἢ θήλειος προςώπου συνάπτονται, καὶ εἴτε αὐτεξούσιος, εἴτε ὑπεξούσιος ἦν, ὃν διαδέχονται. Ὑπόλοιπόν ἐστιν, ἵνα καὶ τὴν τρίτην ὁρίσωμεν τάξιν, ἥτις ἐκ πλαγίου καλεῖται, καὶ εἰς adgnatous καὶ cognatous διαιρεῖται, ἵνα καὶ τούτου τοῦ μέρους διατυπωθέντος πανταχόθεν ὁ νόμος τέλειος εὑρεθείη.

Κεφ. γ'. Εἰ τοίνυν ὁ τελευτήσας μηδὲ κατιόντας μηδὲ ἀνιόντας καταλείψῃ, πρώτους πρὸς τὴν κληρονομίαν καλοῦμεν τοὺς ἀδελφοὺς καὶ τὰς ἀδελφάς, τοὺς ἐκ τοῦ αὐτοῦ πατρὸς καὶ τῆς αὐτῆς μητρὸς τεχθέντας, οὓς καὶ μετὰ τῶν πατέρων πρὸς τὴν κληρονομίαν ἐκαλέσαμεν. Τούτων δὲ μὴ ὑπόντων, ἐν δευτέρᾳ τάξει ἐκείνους τοὺς ἀδελφοὺς πρὸς τὴν κληρονομίαν καλοῦμεν, οἵτινες ἐξ ἑνὸς γονέως συνάπτονται τῷ τελευτήσαντι, εἴτε διὰ τοῦ πατρὸς μόνου, εἴτε διὰ τῆς μητρός. Εἰ δὲ τῷ τελευτήσαντι ἀδελφοὶ ὑπείησαν, καὶ ἑτέρου ἀδελφοῦ ἢ ἀδελφῆς προτελευτησάντων παῖδες, κληθήσονται πρὸς τὴν κληρονομίαν οὗτοι μετὰ τῶν πρὸς πατρὸς καὶ πρὸς μητρὸς θείων, ἀῤῥένων δὲ καὶ θηλειῶν, καὶ ὅσοι δή ποτε ἂν ὦσι, τοσοῦτον ἐκ τῆς κληρονομίας λήψονται μέρος, ὅσον ὁ αὐτῶν γονεὺς ἤμελλε λαμβάνειν, εἰ ἐπέζησεν. Ὅθεν ἀκόλουθόν ἐστιν, ἵνα εἰ τυχὸν ὁ προτελευτήσας ἀδελφός, οὗ οἱ παῖδες περίεισι, δι' ἑκατέρου γονέως τῷ νῦν τελευτήσαντι προσώπῳ συνήπτετο, οἱ δὲ περιόντες ἀδελφοὶ διὰ τοῦ πατρὸς μόνου τυχὸν ἢ τῆς μητρὸς αὐτῷ συνήπτοντο, προτιμηθῶσιν οἱ τούτου παῖδες τῶν ἰδίων θείων, εἰ καὶ τρίτου εἰσὶ βαθμοῦ (εἴτε πρὸς πατρός, εἴτε πρὸς μητρὸς εἴησαν οἱ θεῖοι, καὶ εἴτε ἄῤῥενες, εἴτε θήλειαι), ὥςπερ ὁ αὐτῶν γονεὺς προετιμᾶτο, εἰ περιῆν. Καὶ ἐκ τῶν ἐναντίων, εἰ ὁ μὲν περιὼν ἀδελφὸς ἐς ἑκατέρου γονέως συνάπτεται

Google

liorum aut filiarum portione in hoc casu valente patre sibi penitus vindicare, quoniam pro hoc usu portionem ipsi hereditatis et secundum proprietatis jus per præsentem dedimus legem : nulla servanda differentia inter personas istas, sive feminæ, sive masculi fuerint qui ad hereditatem vocantur, et sive per masculi sive per feminæ personam copulantur, et sive suæ potestatis, sive sub potestate fuerit is cui succedunt. Reliquum est ut tertium ordinem definiamus, qui vocatur ex latere, et in adgnatos et cognatos dividitur, ut etiam hac parte disposita undique perfecta lex inveniatur.

Cap. III. Si igitur defunctus neque descendentes, neque ascendentes reliquerit, primos ad hereditatem vocamus fratres et sorores ex eodem patre et eadem matre natos, quos etiam cum patribus ad hereditatem vocavimus. His autem non existentibus, in secundo ordine illos fratres ad hereditatem vocamus, qui ex uno parente conjuncti sunt defuncto, sive per patrem solum, sive per matrem. Si autem defuncto fratres fuerint, et alterius fratris aut sororis præmortuorum filii, vocabuntur ad hereditatem isti cum de patre et matre thiis, masculis et feminis; et quotcumque fuerint, tantam ex hereditate percipient portionem, quantam eorum parens erat accepturus, si superstes esset. Unde consequens est, ut, si forte præmortuus frater cujus filii vivunt, per utrumque parentem nunc defunctæ personæ jungebatur, superstites autem fratres per patrem solum forsan aut matrem ei jungebantur, præponantur istius filii propriis thiis, licet in tertio sint gradu (sive a patre, sive a matre sint thii, et sive masculi, sive feminæ), sicut eorum parens præponeretur, si viveret. Et ex diverso, si quidem superstes frater ex utroque parente conjungitur defuncto, præmortuus autem per unum parentem jungebatur, hujus filios ab hereditate excludimus, sicut ipse, si

Digitized by Google

τῷ τελευτήσαντι, ὁ δὲ προτελευτήσας δι' ἑνὸς γονέως συνήπτετο, τοὺς τούτου παῖδας ἐκ τῆς κληρονομίας ἀποκλείομεν, ὡς περ καὶ αὐτός, εἰ περιῆν, ἐξεκλείετο. Τὸ δὲ τοιοῦτον προνόμιον ἐν ταύτῃ τῇ τάξει τῆς συγγενείας μόνοις παρέχομεν τοῖς τῶν ἀδελφῶν ἀῤῥένων ἢ θηλειῶν υἱοῖς ἢ θυγατράσιν, ἵνα εἰς τὰ τῶν ἰδίων γονέων δίκαια ὑπεισέλθωσιν, οὐδενὶ δὲ ἄλλῳ παντελῶς προσώπῳ ἐκ ταύτης τῆς τάξεως ἐρχομένῳ τοῦτο τὸ δίκαιον συγχωροῦμεν. Ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς τοῖς τῶν ἀδελφῶν παισὶ τότε ταύτην τὴν εὐεργεσίαν παρέχομεν, ὅτε μετὰ τῶν ἰδίων κρίνονται θείων ἀῤῥένων τε καὶ θηλειῶν, εἴτε πρὸς πατρός, εἴτε πρὸς μητρὸς εἶεν. Εἰ δὲ μετὰ τῶν ἀδελφῶν τοῦ τελευτήσαντος καὶ ἀνιάντες, ὡς ἤδη προείπομεν, πρὸς τὴν κληρονομίαν καλοῦνται, οὐδενὶ τρόπῳ πρὸς τὴν ἐξ ἀδιαθέτου διαδοχὴν τοὺς τοῦ ἀδελφοῦ ἢ τῆς ἀδελφῆς παῖδας καλεῖσθαι συγχωροῦμεν, οὐδὲ εἰ ἐξ ἑκατέρου γονέως ὁ αὐτῶν πατὴρ ἢ μήτηρ συνήπτετο τῷ τελευτήσαντι. Ὁπότε τρίνυν τοῖς τοῦ ἀδελφοῦ καὶ τῆς ἀδελφῆς παισὶ τοιοῦτο προνόμιον δεδώκαμεν, ἵνα τὸν τῶν γονεων ὑπεισιόντες τόπον μόνοι τρίτου ὄντες βαθμοῦ μετὰ τῶν ἐκ [πρώτου καὶ] δευτέρου βαθμοῦ πρὸς τὴν κληρονομίαν καλῶνται, ἐκεῖνο πρόδηλόν ἐστιν, ὅτι τῶν θείων τοῦ τελευτήσαντος ἀῤῥένων τε καὶ θηλειῶν, εἴτε πρὸς πατρός, εἴτε πρὸς μητρὸς εἴησαν, προτιμῶνται, εἰ καὶ ἐκεῖνοι τρίτον ὁμοίως συγγενείας βαθμὸν ἔχοιεν.

§ 1. Εἰ δὲ μήτε ἀδελφοὺς μήτε παῖδας ἀδελφῶν, ὡς εἰρήκαμεν, ὁ τελευτήσας καταλείψει, πάντας τοὺς ἑφεξῆς ἐκ πλαγίου συγγενεῖς πρὸς τὴν κληρονομίαν καλοῦμεν κατὰ τὴν ἑνὸς ἑκάστου βαθμοῦ προτίμησιν, ἵνα οἱ ἐγγύτεροι τῷ βαθμῷ αὐτοὶ τῶν λοιπῶν προτιμῶνται. Εἰ δὲ πολλοὶ τοῦ αὐτοῦ βαθμοῦ εὑρεθῶσι, κατὰ τὸν τῶν προσώπων ἀριθμὸν μεταξὺ αὐτῶν ἡ κληρονομία διαιρεθήσεται, ὅπερ in capita οἱ ἡμέτεροι λέγουσι νόμοι.

Κεφ. δ'. Οὐδεμίαν δὲ εἶναι βουλόμεθα διαφορὰν ἐν οἱαδήποτε διαδοχῇ ἢ κληρονομίᾳ μεταξὺ τῶν πρὸς τὴν κληρονομίαν καλουμένων ἀῤῥένων ἢ θηλειῶν, οὓς πρὸς τὴν κληρονομίαν κοινῶς ὡρίσαμεν καλεῖσθαι, εἴτε δι' ἄῤῥενος, εἴτε διὰ θήλειος προσώπου συνήπτοντο τῷ τελευτήσαντι, ἀλλ' ἐπὶ πασῶν τῶν διαδοχῶν

Digitized by Google

viveret, excludebatur. Hujusmodi vero privilegium in hoc ordine cognationis solis præbemus fratrum masculorum aut feminarum filiis aut filiabus, ut in suorum parentum jura succedant : nulli autem alii omnino personæ ex hoc ordine venienti hoc jus largimur. Sed et ipsis fratrum filiis tunc hoc beneficium conferimus, quando cum propriis judicantur thiis masculis et feminis, sive paterni, sive materni sint. Si autem cum fratribus defuncti etiam ascendentes, sicut jam diximus, ad hereditatem vocantur, nullo modo ad successionem ab intestato fratris aut sororis filios vocari permittimus, neque si ex utroque parente eorum pater aut mater jungebatur defuncto. Quandoquidem igitur fratris et sororis filiis tale privilegium dedimus, ut in propriorum parentum succedentes locum soli in tertio constituti gradu, cum iis qui in [primo et] secundo gradu sunt, ad hereditatem vocentur, illud palam est, quod thiis defuncti masculis et feminis, sive a patre sive a matre, præponuntur, etsi illi tertium similiter cognationis gradum obtineant.

§ II. Si vero neque fratres, neque filios fratrum, sicut diximus, defunctus reliquerit, omnes deinceps a latere cognatos ad hereditatem vocamus, secundum uniuscujusque gradus prærogativam, ut viciniores gradu ipsi reliquis præponantur. Si autem plurimi ejusdem gradus inveniantur, secundum personarum numerum inter eos hereditas dividatur, quod in capita nostræ leges appellant.

Cap. IV. Nullam vero esse volumus differentiam, in quacumque successione aut hereditate, inter eos qui ad hereditatem vocantur, masculos ac feminas, quos ad hereditatem communiter definivimus vocari, sive per masculinam, sive per femininam personam defuncto jun-

τὴν τῶν adgnatων τε καὶ cognatων διαφορὰν ἀργεῖν κελεύομεν, εἴτε διὰ θῆλυ προςώπον, εἴτε δι' ἐμαγκιπατίωνα ἢ ἕτερον οἱονδήποτε τρόπον τοῖς προτέροις ἐτρακταΐζετο νόμοις, καὶ πάντας δίχα τινὸς τοιαύτης διαφορᾶς κατὰ τὸν τῆς ἰδίας συγγενείας βαθμὸν εἰς τὴν ἐξ ἀδιαθέτου τῶν συγγενῶν διαδοχὴν ἐλθεῖν κελεύομεν.

Κεφ. ε'. Ἐξ ὧν δὲ περὶ τῆς κληρονομίας εἰρήκαμέν τε καὶ διετυπώσαμεν, καὶ τὰ περὶ τῆς ἐπιτροπῆς δῆλα καθέστηκε. Θεσπίζομεν γάρ, ἕκαστον κατὰ τὸν βαθμὸν καὶ τὴν τάξιν, καθ' ἣν πρὸς τὴν κληρονομίαν καλεῖται ἢ μόνος ἢ μεθ' ἑτέρων, καὶ τὸ λειτούργημα τῆς ἐπιτροπῆς ὑπελθεῖν, οὐδεμιᾶς οὐδὲ ἐν τούτῳ τῷ μέρει διαφορᾶς εἰςαγουμένης ἐκ τῶν adgnaticῶν ἢ cognaticῶν δικαίων, ἀλλὰ πάντων ὁμοίως εἰς τὴν ἐπιτροπὴν καλουμένων, τῶν τε δι' ἀῤῥενογονίας, τῶν τε διὰ θηλυγονίας τῷ ἀνήβῳ συναπτομένων. Ταῦτα δὲ λέγομεν, εἰ ἄῤῥενες καὶ τέλειοι τὴν ἡλικίαν εἴησαν, καὶ ὑπὸ μηδενὸς νόμου κωλύονται τὴν ἐπιτροπὴν ὑπελθεῖν, μηδὲ ἐξκουσατίωνι ἁρμοζούσῃ αὐτοῖς κέχρηνται. Ταῖς γὰρ γυναιξὶ καὶ ἡμεῖς ἀπαγορεύομεν τὰ τῆς ἐπιτροπῆς ὑπελθεῖν λειτουργήματα, εἰ μὴ μήτηρ ἢ μάμμη εἴη. Ταύταις γὰρ μύναις κατὰ τὴν τῆς κληρονομίας τάξιν καὶ τὴν ἐπιτροπὴν ὑπελθεῖν ἐφίεμεν, ἐὰν ὑπομνήμασι καὶ γάμοις ἑτέροις, καὶ τῇ βοηθείᾳ τοῦ Βελιανείου δόγματος ἀπαγορεύσωσι. Ταῦτα γὰρ φυλάττουσαι πάντων τῶν ἐκ πλαγίου συγγενῶν εἰς τὴν ἐπιτροπὴν προτιμηθήσονται, τῶν testamentariων μόνων ἐπιτρόπων προλαμβανόντων αὐτάς· τὴν γὰρ τοῦ τελευτήσαντος βούλησίν τε καὶ ἐπιλογὴν προτιμᾶσθαι βουλόμεθα. Εἰ δὲ πολλοὶ τὸν αὐτὸν τῆς συγγενείας ἔχοντες βαθμὸν καλοῦνται πρὸς τὴν ἐπιτροπήν, κελεύομεν αὐτοὺς κοινῇ συνελθόντας παρὰ τῷ ἄρχοντι, ᾧ τούτου μέλει τοῖ μέρους, ἕνα ἢ καὶ πλείονας, ὅσοι πρὸς τὴν διοίκησιν τῆς οὐσίας ἀρκοῦσιν, ἐξ αὐτῶν ἐπιλέξασθαι καὶ ὀνομάσαι, καὶ τοῦτον ἢ τούτους τὰ τοῦ ἀνήβου πράγματα διοικεῖν, τοῦ τῆς ἐπιτροπῆς κινδύνου πᾶσιν ἐπικειμένου τοῖς πρὸς τὴν ἐπιτροπὴν καλουμένοις, καὶ τῶν οὐσιῶν αὐτῶν σιωπηρῶς ὑποκειμένων τῷ ἀνήβῳ ὑπὲρ ταύτης τῆς διοκήσεως.

Google

gebantur, sed in omnibus successionibus adgnatorum cognatorumque differentiam vacare præcipimus, sive per femineam personam, sive per emancipationem, vel per alium quemlibet modum prioribus tractabatur legibus, et omnes sine qualibet hujusmodi differentia, secundum propriæ cognationis gradum, ad cognatorum successionem ab intestato venire præcipimus.

Cap. V. Ex his autem quæ de hereditate diximus et disposuimus, et quæ de tutela sunt manifesta consistunt. Sancimus enim unumquemque secundum gradum et ordinem, quod ab hereditatem vocatur, aut solus, aut cum aliis, etiam functionem tutelæ suscipere, nulla neque in hac parte differentia introducenda ex adgnatorem seu cognatorum jure, sed omnibus similiter ad tutelam vocandis, tum iis qui ex masculorum, tum iis qui ex feminarum progenie minori conjunguntur. Hæc autem dicimus si masculi et perfectæ ætatis sint, et nulla lege prohibeantur tutelam suscipere, neque excusatione competente sibimet utantur. Mulieribus enim etiam nos interdicimus tutelæ subire officium, nisi mater aut avia fuerit. His enim solis, secundum hereditatis ordinem, et tutelam subire permittimus, si apud acta et nuptiis aliis, et auxilio Velleiani senatusconsulti renuntiant. Hæc enim servantes omnibus a latere cognatis quoad tutelam præponuntur, testamentariis solis tutoribus præcedentibus eas; defuncti namque voluntatem et electionem præponi volumus. Si autem plurimi eumdem cognationis habentes gradum vocantur ad tutelam, jubemus, communiter convenientibus apud magistratum cui hujus partis sollicitudo est, unum aut plures, quotquot ad gubernationem substantiæ sufficiant, ex ipsis eligi et nominari, et eum vel eos minoris res gubernare, tutelæ periculo omnibus imminente qui ad tutelam vocantur, et substantiis eorum minori tacite subjacentibus pro hujusmodi administratione.

Digitized by Google

Κεφ. ϛ'. Ταῦτα δὲ πάντα, ὅσα περὶ διαδοχῆς τοῦ γένους ἐθεσπίσαμεν, ἐπ' ἐκείνοις βουλόμεθα κρατεῖν, ὅσοι τῆς καθολικῆς ὑπάρχουσι πίστεως. Ἐπὶ γὰρ τοῖς αἱρετικοῖς τοῖς ἤδη παρ' ἡμῶν τεθέντας νόμους βεβαίους εἶναι κελεύομεν, μηδένα καινοτομὸν ἢ ἐλάττωσιν ἐκ τοῦ παρόντος ὑπισχνουμένου νόμου. Ἀφεῖται τοίνυν διὰ ταύτης τῆς διατάξεως τῆς εἰς τὸ διηνεκὲς φυλαχθησομένης ἡ ἡμετέρα ἐθέσπισε γαληνότης, ἐπ' ἐκείνοις βουλόμεθα κρατεῖν τοῖς θέμασιν, ἅτινα ἐκ προοιμίων τοῦ Ἰουλίου μηνὸς τῆς παρούσης ἕκτης ἐπινεμήσεως συνέδη ἢ καὶ μετὰ ταῦτα συμβήσεται. Τὰ γὰρ προλαβόντα θέματα τὰ μέχρι τοῦ μνημονευθέντος χρόνου ἀποδάντα κατὰ τοὺς παλαιοὺς νόμους τέμνεσθαι παρακελευόμεθα.

Ἐπίλογος. Ἡ ἐνδοξότης τοίνυν ἡ σὴ τὰ διὰ τοῦ παρόντος νόμου παρ' ἡμῶν διατυπωθέντα εἰς τὴν ἁπάντων γνῶσιν ἐλθεῖν προνοησάτω, ἐπὶ ταύτης μὲν τῆς βασιλίδος πόλεως ἐδέκτων κατὰ τὸ σύνηθες προτιθεμένων, ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις προστάξεων πεμπομένων πρὸς τοὺς λαμπροτάτους τούτων ἡγουμένους, ὥστε μηδενὶ τῶν τῇ ἡμετέρᾳ βασιλείᾳ ὑποκειμένων ἄγνωστον γενέσθαι τὴν τῆς ἡμετέρας ἡμερότητος περὶ τούτους πρόνοιαν, οὕτω μέντοι ὥστε δίχα πάσης ζημίας τῶν πολιτῶν καὶ ἐπαρχιωτῶν ἐν παντὶ τόπῳ τὴν τοῦ παρόντος νόμου ἐμφάνειαν γενέσθαι. Dat. VII. kal. aug. imp. DN. Justiniani PP. Aug. anno XVII. post. cons. Basilii V. C. anno II (543).

Digitized by Google

Cap. VI. Hæc autem omnia, quæ de successionibus generis sancivimus, obtinere in illis volumus qui catholicæ sunt fidei. In hæreticis enim jam a nobis positas leges firmas esse præcipimus, nullam novitatem aut immutationem ex præsenti sustinentes lege. Quæ igitur per hanc constitutionem in perpetuum observandam nostra sancivit serenitas, in illis volumus obtinere casibus, qui ab initio Julii mensis præsentis sextæ indictionis evenerunt, vel postea evenient. Præcedentes namque casus, qui usque ad memoratum tempus contigerunt, secundum veteres leges decidi præcipimus.

Epilogus. — Tua igitur gloria per præsentem legem a nobis disposita ad omnium cognitionem venire procuret, in hac quidem regia civitate edictis consuete propositis, in provinciis autem, mandatis missis ad clarissimos earum præsides, ut nulli nostri imperii subjectorum ignota sit nostræ mansuetudinis circa eos providentia, ita tamen ut sine omni damno civium et provincialium in omni loco præsentis legis insinuatio fiat. Dat. VII cal. aug. imperii DN. Justiniani PP. Aug. anno XVII, post consulatum Basilii V. C. anno II (543).

Digitized by Google

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ρκζ'.

Περὶ ἀδελφοπαίδων κληρονομούντων ἅμα τοῖς ἀνιοῦσι.

Ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Βάσσῳ, τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ πραιτωρίων.

Προοίμιον. Τοὺς ἡμετέρους νόμους ἐπανορθοῦν ἡμεῖς οὐκ ἀκνοῦμεν, πανταχοῦ τὸ συμφέρον τοῖς ὑπηκόοις εὑρίσκειν βουλόμενοι. Μεμνήμεθα τοίνυν γράψαντες νόμον, δι' οὗ παρακελευσάμεθα, ἵνα εἴ τις τελευτήσοι καταλιπὼν ἀδελφοὺς καὶ παῖδας ἑτέρου προτελευτήσαντος ἀδελφοῦ, παῖδες πρὸς τὴν πληρονομίαν καλῶνται, τὴν πατρῴαν ὑπεικιόντες τάξιν καὶ τὴν ἐκείνου κομιζόμενοι μοῖραν. Εἰ δὲ ὁ τελευτήσας καταλίποι τῶν ἀνιόντων τινά, καὶ ἀδελφοὺς ἐξ ἑκατέρων γονέων συναπτομένους αὐτῷ, καὶ παῖδας ἐκ προτελευτήσαντος ἀδελφοῦ, τοὺς μὲν ἀδελφοὺς ἐκελεύσαμεν διὰ τοῦ αὐτοῦ νόμου μετὰ τῶν γονέων καλεῖσθαι, τοὺς δὲ ἀδελφόπαιδας ἀπεκλείσαμεν.

Κεφ. α'. Ταῦτα τοίνυν δικαίως ἐπανορθοῦντες θεσπίζομεν, ἵνα εἴ τις τελευτήσας καταλείψει τῶν ἀνιόντων τινά, καὶ ἀδελφοὺς δυναμένους μετὰ τῶν γονέων καλεῖσθαι, καὶ ἑτέρου ἀδελφοῦ προτελευτήσαντος παῖδας, μετὰ τῶν ἀνιόντων καὶ τῶν ἀδελφῶν καλῶνται καὶ οἱ τοῦ προτελευτήσαντος ἀδελφοῦ παῖδες, καὶ τοσαύτην λαμβάνωσι μοῖραν, ὅσην ἔμελλεν ὁ αὐτῶν πατὴρ κομίζεσθαι, εἰ περιῆν. Ταῦτα δὲ θεσπίζομεν περὶ ἐκείνων τῶν ἀδελφοπαίδων, ὧν ὁ πατὴρ ἐξ ἑκατέρου γονέως συνήπτετο τῷ τελευτήσαντι, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, οἵαν αὐτοῖς δεδώκαμεν τάξιν, ὅτε μετὰ μόνων καλοῦνται τῶν ἀδελφῶν, ταύτην αὐτοὺς ἔχειν κελεύομεν, καὶ ὅτε μετὰ τῶν ἀδελφῶν καλοῦνται τῶν ἀνιόντων τινὲς πρὸς τὸν κλῆρον.

. . . . . .

Dat. kal. septemb. Constantinop. DN. Justiniani PP. Aug. anno XXI, post. Basilii V. C. cons. anno VI (547).

Google

NOVELLA CONSTITUTIO CXXVII.

(Auth. const. CXXI. Coll. IX. tit. 7.)

DE FRATRUM FILIIS UNA CUM ASCENDENTIBUS SUCCEDENTIBUS.

Idem Imperator Basso gloriosissimo præfecto prætoriorum.

Præfatio. — Nostras leges emendare nos non piget, ubique id quod expedit subjectis invenire volentes. Meminimus igitur nos scripsisse legem per quam jussimus, ut, si quis moriatur relinquens fratres et filios alterius præmortui fratris, filii ad hereditatem vocentur, paternum subintrantes gradum et illius ferentes portionem. Si vero defunctus relinquat ascendentium aliquos, et fratres ex utrisque parentibus conjunctos sibi, et filios ex præmortuo fratre, fratres quidem jussimus per eamdem legem cum parentibus vocari, fratris vero filios exclusimus.

I. Hæc itaque juste corrigentes sancimus, ut, si quis moriens reliquerit ascendentium quemdam, et fratres qui possint cum parentibus vocari, et alterius fratris præmortui filios, cum ascendentibus et fratribus vocentur etiam præmortui fratris filii, et tantam accipiant portionem, quantam erat eorum pater accepturus, si viveret. Hæc vero sancimus de illis fratris filiis, quorum pater ex utroque parente jungebatur defuncto; et, ut absolute dicamus, quem eis dedimus ordinem, quando cum solis vocantur fratribus, eumdem eos habere jubemus, et quando cum fratribus vocantur ascendentium aliqui ad hereditatem.

. . . . . .

Dat. cal. sept. Constantinop. imp. DN. Justin. PP. Aug. anno XXI, post consulatum Basilii V. C. anno VI (547).

Digitized by Google

Digitized by Google

LEGIS
DUODECIM TABULARUM
FRAGMENTA.

Digitized by Google

Google

EX LEGE
DUODECIM TABULARUM
QUÆ EXSTANT.

TABULA PRIMA.

1. Si in jus vocat, ni it, antestator; igitur em capito.

2. Si calvitur pedemve struit, manum endojacito.

3. Si morbus ævitasve vitium escit, qui in jus vocabit, jumentum dato; si nolet, arceram ne sternito.

4. Assiduo vindex assiduus esto; proletario quoi quis volet vindex esto.

5. — Sanatibus — fortibus.

6. Rem ubi pagunt, orato.

7. Ni pagunt, in comitio aut in foro ante meridiem causam conjicito, quom perorant ambo præsentes.

8. Post meridiem præsenti stlitem addicito.

9. Sol occasus suprema tempestas esto.

10. — Vades. — Subvades.

TABULA SECUNDA.

1. — Morbus sonticus. — Status dies cum hoste. — Quid horum fuit unum judici arbitrove reove, dies diffisus esto.

2. Cui testimonium defuerit, is tertiis diebus ob portum obvagulatum ito.

Google

TABULA TERTIA.

1. Æris confessi rebusque jure judicatis triginta dies justi sunto.

2. Post deinde manus injectio esto; in jus ducito.

3. Ni judicatum facit, aut quips endo em jure vindicit, secum ducito; vincito, aut nervo aut compedibus : quindecim pondo ne majore, aut si volet, minore vincito.

4. Si volet suo vivito; ni suo vivit, qui em vinctum habebit, libras farris endo dies dato; si volet, plus dato.

5. — Tertiis nundinis partis secanto; si plus minusve secuerunt, se fraude esto.

6. Adversus hostem æterna auctoritas.

TABULA QUARTA.

1. Si pater filium ter venum duit, filius a patre liber esto.

TABULA QUINTA.

1. Uti legassit super pecunia tutelave suæ rei, ita jus esto.

2. Si intestato moritur, cui suus heres nec escit, adgnatus proximus familiam habeto.

3. Si adgnatus nec escit, gentiles familiam habento.

4. — Ex ea familia, in eam familiam.

Google

5. Si furiosus est, adgnatorum gentiliumque in eo pecuniaque ejus potestas esto. — Ast ei custos nec escit.

TABULA SEXTA.

1. Cum nexum faciet mancipiumque, uti lingua nuncupassit, ita jus esto.

2. Si qui in jure manum conserunt.

3. Tignum junctum ædibus vineæque, si concapes, ne solvito.

4. Quandoque sarpta, donec dempta erunt.

TABULA SEPTIMA.

1. — Hortus. — Heredium. — Tugurium.

2. — Si jurgant.

3. — Si aqua pluvia nocet.

TABULA OCTAVA.

1. Si membrum rupit, ni cum eo pacit, talio esto.

2. Si injuriam faxit alteri, viginti quinque æris pœnæ sunto.

3. — Rupitias. — Sarcito.

4. — Qui fruges excantassit. — Neve alienam segetem pellexeris.

5. Si nox furtum factum sit, si im occisit, jure cæsus esto.

6. Si adorat furto quod nec manifestum escit.

7. Patronus si clienti fraudem fecerit, sacer esto.

Digitized by Google

8. Qui se sierit testarier, libripensve fuerit, ni testimonium fariatur, improbus intestabilisque esto.

9. Qui malum carmen incantasset. — Malum venenum.

TABULA NONA.

Nihil superest.

TABULA DECIMA.

1. Hominem mortuum in urbe ne sepelito, neve urito.

2. Hoc plus ne facito. — Rogum ascia ne polito.

3. Mulieres genas ne radunto, neve lessum funeris ergo habento.

4. Homini mortuo ne ossa legito, quo post funus faciat.

5. Qui coronam parit ipse, pecuniave ejus, virtutis ergo dnitor ei.

6. Neve aurum addito. Quoi auro dentes vincti escunt, ast im cum illo sepelire urereve se fraude esto.

TABULA UNDECIMA.

Nihil superest.

TABULA DUODECIMA.

1. — Si servus furtum faxit noxiamve nocuit.

2. Si vindiciam falsam tulit.... Si velit is.... tor arbitros tres dato; eorum arbitrio.... fructus duplione damnum decidito.

Google

DOMITII ULPIANI

FRAGMENTA

UT VIDETUR

LIBRI SINGULARIS REGULARUM

QUÆ DICUNTUR

TITULI EX CORPORE ULPIANI

NECNON

QUÆDAM EX EJUSDEM INSTITUTIONIBUS EXCERPTA.

Digitized by Google

Digitized by Google

TITULI
EX CORPORE ULPIANI.

(De legibus et moribus.)

1... prohibet, exceptis quibusdam cognatis, et si plus donatum sit, non rescindit. 2. Minus quam perfecta lex est, quæ vetat aliquid fieri, et si factum sit, non rescindit, sed pœnam injungit ei qui contra legem fecit : qualis est lex Furia testamentaria, quæ plus quam mille assium legatum mortisve causa prohibet capere, præter exceptas personas, et adversus eum qui plus ceperit, quadrupli pœnam constituit.

3. Lex aut rogatur, id est, fertur; aut abrogatur, id est, prior lex tollitur; aut derogatur, id est, pars primæ *legis* tollitur; aut subrogatur, id est, adjicitur aliquid primæ legi; aut obrogatur, id est, mutatur aliquid ex prima lege.

4. Mores sunt tacitus consensus populi longa consuetudine inveteratus.

Tit. I. De libertis.

5. Libertorum genera sunt tria, cives Romani, Latini Juniani, dedititiorum numero.

6. Cives Romani sunt liberti, qui legitime (*manumissi sunt*, *id est*, *aut vindicta*, *aut*) censu, aut testamento, nullo jure impediente.

7. Vindicta manumittuntur apud magistratum *populi Romani*, velut consulem, prætoremve, *vel* proconsulem.

8. Censu manumittebantur olim, qui lustrali censu Romæ jussu dominorum inter cives Romanos censum profitebantur.

9. Ut testamento manumissi liberi sint, lex duodecim tabularum facit, quæ confirmat...

10. .... Hodie autem ipso jure liberi sunt ex lege Junia, qua lege Latini sunt nominati inter amicos manumissi.

11. Dedititiorum numero sunt, qui pœne causa vincti sunt a domino, quibusve stigmata (*in*)scripta fuerunt, quive propter noxam torti nocentesque inventi sunt, quive traditi sunt ut ferro aut cum bestiis depugnarent, (*inve ludum*) vel custodiam conjecti fuerunt, deinde quoquo modo manumissi sint: idque lex *Aelia Sentia* facit.

12. Eadem lege cautum est, ut minor triginta annorum servus vindicta manumissus civis Romanus non fiat, nisi apud consilium causa probata fuerit. Ideo sine consilio manumissum Cæsaris (1) servum manere putat; testamento vero manumissum perinde haberi jubet, atque si domini voluntate in libertate esset, ideoque Latinus fit.

13. Eadem lex eum dominum qui minor viginti annorum est, prohibet servum manumittere; præterquam si causam apud consilium probaverit. In consilio autem adhibentur, Romæ quinque senatores et quinque equites Romani, in provincia viginti recuperatores, cives Romani.

14. Ab eo domino qui solvendo non est, servus testamento liber esse jussus et heres institutus, etsi minor sit triginta annis, vel in ea causa sit ut deditiius fieri debeat, civis Romanus et heres fit, si tamen alius ex eo testamento nemo heres sit. Quod si duo pluresve liberi heredesque esse jussi sint, primo loco scriptus liber et heres fit: quod et ipsum lex *Aelia Sentia* facit.

15. Eadem lex in fraudem creditoris et patroni manumittere prohibet.

16. Qui tantum in bonis, non etiam ex jure Quiritium

(1) Forte : *censuve.*

Google

servum habet, manumittendo Latinum facit. In bonis tantum alicujus servus est, velut hoc modo: si civis Romanus a cive Romano servum emerit, isque traditus ei sit, neque tamen mancipatus ei, neque in jure cessus, neque ab ipso anno possessus sit; nam quamdiu horum quid fiat, is servus in bonis quidem emptoris est, ex jure Quiritium autem venditoris est.

17. Mulier quæ in tutela est, item pupillus et pupilla manumittere non possunt.

18. Communem servum unus ex dominis manumittendo partem suam amittit, eaque adcrescit socio; maxime si eo modo manumiserit, quo si proprium haberet, civem Romanum facturus esset: nam si inter amicos eum manumiserit, plerisque placet eum nihil egisse. 19. Servus in quo alterius est ususfructus, alterius proprietas, a proprietatis domino manumissus liber non fit, sed servus sine domino est.

20. Post mortem heredis, aut ante institutionem heredis, testamento libertas dari non potest, excepto testamento militis. 21. Inter medias heredum institutiones libertas data, utrisque adeuntibus, non valet: solo autem priore adeunte, jure antiquo valet; sed post legem Papiam Poppæam, quæ partem non adeuntis caducam facit, siquidem primus heres (*liberos*) vel jus antiquum habeat, valere eam posse placuit: quod si non habeat, non valere constat, quod loco non adeuntis legatarii patres heredes fiunt; sunt tamen, qui et hoc casu valere ejus (1) eam posse dicunt. 22. Qui testamento liber esse jussus est, mox, quamvis unus ex heredibus adierit hereditatem, liber fit. 23. Justa libertas testamento potest dari his servis, qui testamenti faciendi et mortis tempore ex jure Quiritium testatoris fuerunt.

---

(1) Forte: *magis* vel *potius*.

Google

24. Lex Furia Caninia jubet, testamento ex tribus servis non plures quam duos manumitti; et usque ad decem, dimidiam partem manumittere concedit; a decem usque ad triginta, tertiam partem, ut tamen adhuc quinque manumittere liceat, æque ut ex priori numero; a triginta usque ad centum, quartam partem, æque ut decem ex superiori numero liberari possint; a centum usque ad quingentos, partem quintam, similiter ut ex antecedenti numero viginti quinque possint fieri liberi. Et denique præcipit, ne plures omnino quam centum ex cujusquam testamento liberi fiant.

25. Eadem lex cavet, ut libertates servis testamento nominatim dentur.

Tit. II. De statu libero [vel statu liberis].

1. Qui sub conditione testamento liber esse jussus est, statu liber appellatur. 2. Statu liber, quandiu pendet conditio, servus heredis (*est*). 3. Statu liber, seu alienetur áb herede, sive usucapiatur ab aliquo, libertatis conditionem secum trahit. 4. Sub hac conditione liber esse jussus, si decem millia heredi dederit, etsi ab herede abalienatus sit, emptori dando pecuniam ad libertatem pervenit: idque lex duodecim tabularum jubet. 5. Si per heredem factum sit quominus statu liber conditioni pareat, proinde fit liber atque si conditio expleta fuisset. 6. Extraneo pecuniam dare jussus et liber esse, si paratus sit dare, et is cui jussus est dare aut nolit accipere, aut antequam acceperit moriatur, proinde fit liber ac si pecuniam dedisset.

7. Libertas et directo potest dari hoc modo: LIBER ESTO, LIBER SIT, LIBERUM ESSE JUBEO; et per fideicommissum, ut puta: ROGO, FIDEI COMMITTO HEREDIS MEI UT STICHUM SERVUM MANUMITTAT. 8. Is qui directo liber esse jussus est, orcinus fit libertus is autem qui per fideicommissum data est

Digitized by Google

libertas, non testatoris, sed manumissoris fit libertas. 9. Cujus fidei committi potest ad rem aliquam præstandam, ejusdem etiam libertas fidei committi potest. 10. Per fideicommissum libertas dari potest tam proprio servo testatoris, quam heredis aut legatarii, vel cujuslibet extranei servo. 11. Alieno servo per fideicommissum data libertate, si dominus eum justo pretio non vendat, extinguitur libertas, quoniam nec pretii computatio pro libertate fieri potest. 12. Libertas sicut dari, ita et adimi, tam testamento quam codicillis testamento confirmatis potest, ut tamen eodem modo adimatur, quo et data est.

Tit. III. De latinis.

1. Latini jus Quiritium consequuntur his modis: beneficio principali, liberis, iteratione, militia, nave, ædificio, pistrino; præterea ex senatusconsulto, vulgo quæ sit ter enixa. 2. Beneficio principali Latinus civitatem Romanam accipit, si ab imperatore jus Quiritium impetraverit. 3. Liberis jus Quiritium consequitur Latinus, qui minor triginta annorum manumissionis tempore fuit: nam lege Junia cautum est ut, si civem Romanam vel Latinam uxorem duxerit, testatione interposita quod liberorum quærendorum causa uxorem duxerit, postea filio filiave nato natave et anniculo facto, possit apud prætorem vel præsidem provinciæ causam probare, et fieri civis Romanus, tam ipse quam filius filiave ejus et uxor, scilicet si et ipsa Latina sit, nam si uxor civis Romana sit, partus quoque civis Romanus est, ex senatusconsulto quod auctore divo Hadriano factum est. 4. Iteratione fit civis Romanus, qui post latinitatem quam acceperat major triginta annorum, iterum juste manumissus est ab eo cujus ex jure Quiritium servus fuit; sed huic concessum est ut ex senatusconsulto etiam liberis jus Quiritium consequi (*possit*). 5. Militia jus Quiritium accipit Latinus, (*si*) inter vigiles Romæ sex an-

Google

nis militaverit, ex lege Visellia. Præterea ex senatusconsulto concessum est ei, ut, si triennio inter vigiles militaverit, jus Quiritium consequatur. 8. Nave Latinus civitatem Romanam accipit, si non minorem quam decem millium modiorum navem fabricaverit, et Romam sex annis frumentum portaverit, ex edicto divi Claudii.

. . . . . .

Tit. IV. De his qui sui juris sunt.

1. Sui juris sunt familiarum suarum principes, id est, paterfamiliæ, itemque materfamiliæ.

2. Qui matre quidem (*certa*), patre autem incerto nati sunt, spurii appellantur.

Tit. V. De his qui in potestate sunt.

1. In potestate sunt liberi parentum ex justo matrimonio nati.

2. Justum matrimonium est, si inter eos qui nuptias contrahunt, connubium sit, et tam masculus pubes quam femina potens sit, et utrique consentiant, si sui juris sint, aut etiam parentes eorum, si in potestate sint. 3. Connubium est uxoris jure ducendæ facultas. 4. Connubium habent cives Romani cum civibus Romanis; cum Latinis autem et peregrinis, ita si concessum sit. 5. Cum servis nullum est connubium. 6. Inter parentes et liberos infinite cujuscumque gradus connubium non est. Inter cognatos autem ex transverso gradu, olim quidem usque ad quartum gradum matrimonia contrahi non poterant: nunc autem etiam ex tertio gradu licet uxorem ducere; sed tantum fratris filiam, non etiam sororis filiam, aut amitam vel materteram, quamvis eodem gradu sit. Eam denique *quæ* noverca vel privigna vel nurus vel socrus nostra fuit, uxorem ducere non possumus. 7. Si quis eam quam non licet uxorem duxerit, incestum matrimonium

Google

contrahit; ideoque liberi in potestate ejus non fiunt, sed, quasi vulgo concepti, spurii sunt. 8. Connubio interveniente liberi semper patrem sequuntur; non interveniente connubio matris conditioni accedunt, excepto eo qui ex peregrino et cive Romana peregrinus nascitur, quoniam lex Mensia ex alterutro peregrino natum deterioris parentis conditionem sequi jubet. 9. Ex cive Romano et Latina Latinus nascitur, et ex libero et ancilla servus; quoniam, cum his casibus connubia non sint, partus sequitur matrem. 10. In his qui jure contracto matrimonio nascuntur, conceptionis tempus spectatur; in his autem qui non legitime concipiuntur, editionis; veluti si ancilla conceperit, deinde manumissa pariat, liberum parit; nam, quoniam non legitime concepit, cum editionis tempore libera sit, partus quoque liber est.

Tit. VI. De dotibus.

1. Dos aut datur, aut dicitur, aut promittitur. 2. Dotem dicere potest mulier quæ nuptura est, et debitor mulieris si jussu ejus dicat, item parens mulieris virilis sexus per virilem sexum cognatione junctus, velut pater, avus paternus. Dare, promittere dotem omnes possunt.

3. Dos aut profectitia dicitur, id est, quam pater mulieris dedit; aut adventitia, id est, ea quæ a quovis alio data est.

4. Mortua in matrimonio muliere, dos a patre profecta ad patrem revertitur, quintis in singulos liberos in infinitum relictis penes virum : quod si pater non sit, apud maritum remanet. 5. Adventitia autem dos semper penes maritum remanet, præterquam si is qui dedit, ut sibi redderetur stipulatus fuit; quæ dos specialiter receptitia dicitur.

6. Divortio facto, siquidem sui juris si mulier, ipsa habet actionem ad dotis repetitionem. Quodsi in potestate

Digitized by Google

patris sit, pater adjuncta filiæ persona habet actionem rei uxoriæ; nec interest, adventitia sit dos, an profectitia. 7. Post divortium defuncta muliere, heredi ejus actio non aliter datur, quam si moram in dote mulieri reddenda maritus fecerit.

8. Dos si pondere, numero, mensura contineatur, annua, bima, trima die redditur, nisi ut præsens reddatur, convenerit. Reliquæ dotes statim redduntur.

9. Retentiones ex dote fiunt, (*aut propter liberos*), aut propter mores, aut propter impensas, aut propter res donatas, aut propter res amotas. 10. Propter liberos retentio fit, si culpa mulieris aut patris cujus in potestate est, divortium factum sit : tunc enim singulorum liberorum nomine sextæ retinentur ex dote; non plures tamen quam tres. Sextæ in retentione sunt, non in petitione.

11. Dos quæ semel functa est, amplius fungi non potest, nisi aliud matrimonium sit.

12. Morum nomine, graviorum quidem, sexta retinetur; leviorum autem, octava. Graviores mores sunt adulteria tantum, leviores omnes reliqui. 13. Mariti mores puniuntur, in ea quidem dote quæ a(*nnua*, *bima*, *trima*) die reddi debet, ita (*ut*) propter majores mores præsentem reddat, propter minores senum mensum die. In ea autem quæ præsens reddi solet, tantum ex fructibus jubetur reddere, quantum in illa dote quæ triennio redditur repræsentatio facit.

14. *Im*pensarum species sunt tres : aut enim necessariæ dicuntur, aut utiles, aut voluptuosæ. 15. Necessariæ sunt impensæ, quibus non factis dos deterior futura esset, velut si quis ruinosas ædes refecerit. 16. Utiles sunt, quibus non factis quidem deterior dos non fieret, factis autem fructuosior effecta est, veluti si vineta et oliveta fecerit. 17. Voluptuosæ sunt quibus neque omissis deterior dos

Google

fieret, neque factis fructuosior effecta est; quod evenit in viridariis et picturis similibusque rebus.

. . . . . .

TIT. VII. DE JURE DONATIONUM INTER VIRUM ET UXOREM.

1. Inter virum et uxorem donatio non valet, nisi certis ex causis, id est, mortis causa, divortii causa, servi manumittendi gratia. Hoc amplius principalibus constitutionibus concessum est mulieri in hoc donare viro suo, ut is ab imperatore lato clavo vel equo publico similive honore honeretur.

. . . . . .

2. Si maritus (1) divortii causa res moverit, rerum quoque amotarum actione tenebitur.

---

3. Si maritus pro muliere se obligaverit vel in rem ejus impenderit, divortio facto, eo nomine cavere sibi solet stipulatione tribunitia.

---

4. In potestate parentum sunt etiam hi liberi, quorum causa probata est, per errorem contracto matrimonio inter disparis conditionis personas: nam seu civis Romanus Latinam aut peregrinam vel eam quæ dedititiorum numero est, quasi (*civem Romanam*) per ignorantiam uxorem duxerit, sive civis Romana per error*em* peregrino vel ei qui dedititiorum numero est, (*aut quasi civi Romano*), aut etiam quasi Latino ex lege *Aelia Sen*tia nupta fuerit, causa probata civitas R*omana* datur tam liberis quam parentibus, præter eos qui dedititiorum numero sunt; et ex eo fiunt in potestate parentum liberi.

---

(1) Forte : *si mulier*.

Google

Tit. VIII. De adoptionibus.

1. Non tantum naturales liberi in potestate parentum sunt, sed etiam adoptivi. 2. Adoptio fit aut per populum, aut per prætorem vel præsidem provinciæ. Illa adoptio quæ per populum fit, specialiter arrogatio dicitur. 3. Per populum, qui sui juris sunt, arrogantur; per prætorem autem filiifamiliæ a parentibus dantur in adoptionem. 4. Arrogatio Romæ *dumtaxat* fit; adoptio autem etiam in provincia apud præsides. 5. Per prætorem vel præsidem provinciæ adoptari tam masculi quam feminæ, et tam puberes quam impuberes possunt. Per populum vero Romanum feminæ quidem non arrogantur: pupilli antea quidem non poterant arrogari; nunc autem possunt ex constitutione divi Antonii. 6. Hi qui generarem non possunt, velut spado, utroque modo possunt adoptare. Idem juris est in persona cœlibis. 7. Item is qui filium non habet, in locum nepotis adoptare potest. 8. Si paterfamiliæ arrogandum se dederit, liberi quoque ejus, quasi nepotes, in potestate fiunt arrogatoris. 9. Feminæ vero neutro modo possunt adoptare, quoniam nec naturales liberos in potestate habent.

Tit. IX. De his qui in manu sunt.

. . . . . .

Farreo convenitur in manum certis verbis, et testibus decem præsentibus, et solemni sacrificio facto, in quo panis quoque farreus adhibetur.

. . . . . .

Tit. X. Qui in potestate mancipiove sunt quemadmodum eo jure liberentur.

1. Liberi parentum potestate liberantur emancipatione, id est, si, posteaquam mancipati fuerint, manumissi sint. Sed filius quidem ter mancipatus, ter manumissus sui juris fit; id enim lex duodecim tabularum jubet his verbis: SI PATER FILIUM TER VENUMDAVIT, FILIUS A PATRE LIBER ESTO;

Digitized by Google

ceteri autem liberi præter filium, tam masculi quam feminæ, una mancipatione manumissioneque sui juris fiunt. 2. Morte patris filius et filia sui juris fiunt; morte autem avi nepotes ita demum sui juris fiunt, si post mortem avi in potestate patris futuri non sunt, velut si moriente avo pater eorum aut etiam decessit, aut de potestate dimissus est; nam si mortis avi tempore pater eorum in potestate ejus sit, mortuo avo in patris sui potestate fiunt. 3. Si patri vel filio aqua et igni interdictum sit, patria potestas tollitur, quia peregrinus fit is cui aqua et igni interdictum est; neque autem peregrinus civem Romanum, neque civis Romanus peregrinum in potestate habere potest. 4. Si pater ab hostibus captus sit, quamvis servus hostium fiat, tamen cum reversus fuerit omnia pristina jura recipit jure postliminii. Sed quamdiu apud hostes est, patria potestas in filio ejus interim pendebit; et cum reversus fuerit ab hostibus, in potestate filium habebit; si vero ibi decesserit, sui juris filius erit. Filius quoque si captus fuerit ab hostibus, similiter propter jus postliminii patria potestas interim pendebit. 5. In potestate parentum esse desinunt et hi qui flamines Diales inaugurantur, et quæ virgines Vestæ capiuntur.

. . . . . .

Tit. XI. De tutelis.

1. Tutores constituuntur tam masculis quam feminis: sed masculis quidem impuberibus duntaxat, propter ætatis infirmitatem; feminis autem (*tam*) impuberibus quam puberibus, et propter sexus infirmitatem, et propter forensium rerum ignorantiam.

2. Tutores aut legitimi sunt, aut senatusconsultis constituti, aut moribus introducti.

3. Legitimi tutores sunt, (*qui*) ex lege aliqua descendunt; per eminentiam autem legitimi dicuntur, qui ex

Digitized by Google

lege duodecim tabularum introducuntur, seu pro palam, quales sunt agnati, seu per consequentiam, quales sunt patroni. 4. Agnati sunt a patre cognati, virilis sexus, per virilem sexum descendentes, ejusdem familiæ, veluti patrui, fratres, filii fratris, patrueles. 5. Qui liberum caput, mancipatum sibi vel a parente vel a coemptionatore, manumisit, per similitudinem patroni tutor efficitur, qui fiduciarius tutor appellatur. 6. Legitimi tutores alii tutelam in jure cedere possunt. 7. Is cui tutela in jure cessa est, cessicius tutor appellatur : qui sive mortuus fuerit, sive capite minutus, sive alii tutelam porro cesserit, redit ad legitimum tutorem tutela; sed et si legitimus decesserit aut capite minutus fuerit, cessicia quoque tutela extinguitur. 8. Quantum ad agnatos pertinet, hodie cessicia tutela non procedit, quoniam permissum erat in jure cedere tutelam feminarum tantum, non etiam masculorum; feminarum autem legitimas tutelas lex Claudia sustulit, excepta tutela patronorum.

9. Legitima tutela capitis diminutione amittitur. 10. Capitis minutionis species sunt tres, maxima, media, minima. 11. Maxima capitis diminutio est, per quam et civitas et libertas amittitur, veluti cum incensus aliquis venierit, aut quod mulier alieno servo se junxerit, denuntiante domino, et ancilla facta fuerit ex senatusconsulto Claudiano. 12. Media capitis diminutio dicitur, per quam, sola civitate amissa, libertas retinetur : quod fit in eo cui aqua et igni interdicitur. 13. Minima capitis diminutio est, per quam, et civitate et libertate salva, status duntaxat hominis mutatur : quod fit adoptione et in manum conventione.

14. Testamento quoque nominatim tutores dati confirmantur eadem lege duodecim tabularum, his verbis : UTI LEGASSIT SUPER PECUNIA TUTELAVE SUÆ REI, ITA JUS ESTO; qui tutores dativi appellantur. 15. Dari testamento tutores

Google

possunt liberis qui in potestate sunt. 16. Testamento tutores dari possunt hi cum quibus testamenti faciendi jus est, præter Latinum Junianum; nam Latinus habet quidem testamenti factionem, sed tamen tutor dari non potest : id enim lex Junia prohibet. 17. Si capite diminutus fuerit tutor testamento datus, non amittit tutelam; sed si abdicaverit se tutela, desinit esse tutor : abdicare autem est, dicere nolle se tutorem esse. In jure cedere autem tutela testamento datus non potest; nam et legitimus in jure cedere potest, abdicare se non potest.

18. Lex Atilia jubet mulieribus pupillisve non habentibus tutores dari a prætore et majore parte tribunorum plebis, quos tutores Atilianos appellamus. Sed quia lex Atilia Romæ tantum locum habet, lege Julia et Titia prospectum est, ut in provincia quoque similiter a præsidibus earum dentur tutores. 19. Lex Junia tutorem fieri jubet Latinæ vel Latini impuberis eum cujus etiam ante manumissionem *ex* jure Quiritium fuit. 20. Ex lege Julia de maritandis ordinibus, tutor datur a prætore urbis ei mulieri virginive quam ex hac ipsa lege nubere oportet, ad dotem dandam, dicendam promittendamve, si legitimum tutorem pupillum habeat; sed postea senatus censuit, ut etiam in provinciis quoque similiter a præsidibus eorum ex eadem causa tutores dentur. 21. Præterea etiam in locum muti furiosive tutoris alterum dandum esse tutorem ad dotem constituendam senatus censuit. 22. Item ex senatusconsulto tutor datur mulieri ei cujus tutor abest, præterquam si patronus sit qui abest : nam in locum patroni absentis alter peti non potest, nisi ad hereditatem adeundam et nuptias contrahendas. Idemque permisit in pupillo patroni filio. 23. Hoc amplius senatus censuit ut, si tutor pupilli pupillæve suspectus a tutela submotus fuerit, vel etiam justa de causa excusatus, in locum ejus tutor alius (*detur*).

24. Moribus tutor datur mulieri pupillove, qui cum tutore suo lege aut legitimo judicio agere vult, ut auctore eo agat : ipse enim tutor in rem suam auctor fieri non potest. Qui prætorianus tutor dicitur, quia (a) prætore urbis dari consuevit.

25. Pupillorum pupillarumque tutores et negotia gerunt et auctoritatem interponunt; mulierum autem tutores auctoritatem duntaxat interponunt.

26. Si plures sunt tutores, omnes in omni re debent auctoritatem accommodare, præter eos qui *testamento* dati sunt : nam ex his vel unius auctoritas sufficit.

27. Tutoris auctoritas necessaria est mulieribus quidem in his rebus : si lege aut legitimo judicio agant, si se obligent, si civile negotium gerant, si libertæ suæ permittant in contubernio alieni servi morari, si rem mancipi alienent. Pupillis autem hoc amplius etiam in rerum nec mancipi alienatione tutoris auctoritate opus est.

28. Liberantur tutela masculi quidem pubertate. Puberem autem Cassiani quidem eum esse dicunt, qui habitu corporis pubes apparet, id est, qui generare possit; Proculeiani autem, eum qui quatuordecim annos explevit : verum Priscus eum puberem esse, in quem utrumque concurrit, et habitus corporis, et numerus annorum. Feminæ autem tutela liberantur.

Tit. XII. De curatoribus.

1. Curatores aut legitimi sunt, id est, qui ex lege duodecim tabularum dantur, aut honorarii, id est qui a prætore constituuntur. 2. Lex duodecim tabularum furiosum, itemque prodigum cui bonis interdictum est, in curatione jubet esse agnatorum. 3. A prætore constituitur curator quem ipse prætor voluerit libertinis prodigis, itemque ingenuis qui ex testamento parentis heredes facti male dissipant bona : his enim ex lege curator dari non

Google

poterat, cum ingenuus quidem non ab intestato, sed ex testamento heres factus sit patri; libertinus autem nullo modo patri heres fieri possit, qui nec patrem habuisse videtur, cum servilis cognatio nulla sit. 4. Prætérea dat curatorem ei etiam, qui nuper pubes factus idonee negotia sua tueri non potest.

. . . . . .

Tit. XIII. De coelibe, orbo et solitario patre.

1. Lege Julia prohibentur uxores ducere senatores quidem liberique eorum libertinas, et quæ ipsæ quarumve pater materve artem ludicram fecerit, item corpore quæstum facientem. 2. Ceteri autem ingenui prohibentur ducere lenam, et a lenone lenave manumissam, et in adulterio deprehensam, et judicio publico damnatam, et quæ artem ludicram fecerit : adjicit Mauricianus, et a senatu damnatam.

. . . . . .

Tit. XIV. De poena legis juliæ.

Feminis lex Julia a morte viri anni tribuit vacationem, a divortio sex menses; lex autem Papia a morte viri biennium, a repudio annum et sex menses.

. . . . . .

Tit. XV. De decimis.

Vir et uxor inter se matrimonii nomine decimam capere possunt. Quod si ex alio matrimonio liberos superstites habeant, præter decimam quam matrimonii nomine capiunt, totidem decimas pro numero liberorum accipiunt. Item communis filius filiave, post nominum diem amissus amissave, unam decimam adjicit; duo autem, post nominum diem amissi, duas decimas adjiciunt. Præter decimam etiam usumfructum tertiæ partis bonorum ejus (1) capere

(1) Pro *ejus* forte : *e testamento*,

Google

possunt; et quandoque liberos habuerint, ejusdem partis proprietatem. Hoc amplius mulier, præter decimam, dotem (*capere*) potest legatam sibi.

Tit. XVI. De solidi capacitate inter virum et uxorem.

1. Aliquando vir et uxor inter se solidum capere possunt, velut si uterque vel alteruter eorum nondum ejus ætatis sint a qua lex liberos exigit, id est, si vir minor annorum viginti quinque sit, aut uxor annorum viginti minor; item si utrique lege Papia finitos annos in matrimonio excesserint, id est, vir sexaginta annos, uxor quinquaginta; item si cognati inter se coierint usque ad sextum gradum; aut si vir absit, et donec abest et intra annum postquam abesse desierit, libera inter eos testamenti factio est; si jus liberorum a principe impetraverint; aut si filium filiamve communem habeant, aut quatuordecim annorum filium vel filiam duodecim amiserint, vel si duos trimos, vel tres post nominum diem amiserint, ut intra annum tamen et sex menses etiam unus cujuscumque ætatis impubes amissus solidi capiendi jus præstet. Item si post mortem viri intra decem menses uxor ex eo peperit, solidum ex bonis ejus capit.

2. Aliquando nihil inter se capiunt, id est, si contra legem Juliam Papiamque Poppæam contraxerint matrimonium, verbi gratia, si famosam quis uxorem duxerit, aut libertinam senator.

3. Qui intra sexagesimum, vel quæ intra quinquagesimum annum neutri legi paruerit, licet ipsis legibus post hanc ætatem liberatus esset, perpetuis tamen pœnis tenebitur, ex senatusconsulto Peraticiano; sed Claudiano senatusconsulto major sexagenaria, si minorem quinquagenaria duxerit, perinde habebitur ac si minor sexaginta annorum duxisset uxorem. Quod si major quinquagenaria minori sexagenario nupserit, impar matrimonium appella-

Google

tur, et senatusconsulto Calvitiano jubetur non proficere ad capiendas hereditates et legata *et* dotes : itaque mortua muliere, dos caduca erit.

. . . . . .

Tit. XVII. De caducis.

1. Quod quis sibi testamento relictum ita ut jure civili capere possit, aliqua ex causa non ceperit, caducum appellatur, veluti ceciderit ab eo : verbi gratia, si cœlibi vel Latino Juniano legatum fuerit, nec intra dies centum vel cœlebs legis paruerit, vel Latinus jus Quiritium consecutus sit: aut si ex parte heres scriptus vel legatarius ante apertas tabulas decesserit, vel pereger factus sit. 2. Hodie ex constitutione imperatoris Antonini omnia caduca fisco vindicantur, sed servato jure antiquo liberis et parentibus. 3. Caduca cum suo onere fiunt (1); ideoque libertates et legata (*et*) fideicommissa ab eo data, ex cujus persona hereditas caduca facta est, salva sunt : scilicet et legata et fideicommissa cum suo onere fiunt caduca.

. . . . . .

Tit. XVIII. Qui habeant jus antiquum in caducis.

Item liberis et parentibus testatoris, usque ad tertium gradum, lex Papia jus antiquum dedit, ut heredibus illis institutis, quod quis ex eo testamento non capit, ad hos pertineat aut totum aut ex parte, prout pertinere possit.

Tit. XIX. De dominiis et adquisitionibus rerum.

1. Omnes res aut mancipi sunt, aut nec mancipi. Mancipi res sunt prædia in Italico solo, tam rustica, qualis est fundus, quam urbana, qualis domus; item jura prædiorum rusticorum, velut via, iter, actus, aquæductus; item

(1) Alii sic interpungunt : « vindicantur. 3. Sed, servato jure antiquo liberis et parentibus, caduca cum suo onere fiant. »

Google

servi, et quadupedes quæ dorso collove domantur, velut boves, muli, equi, asini. Ceteræ res nec mancipi sunt. Elephanti et cameli, quamvis collo dorsove domentur, nec mancipi sunt, quoniam bestiarum numero sunt.

2. Singularum rerum dominia nobis adquiruntur mancipatione, traditione, usucapione, in jure cessione, adjudicatione, lege.

3. Mancipatio propria species alienationis est [et] rerum mancipi, eaque fit certis verbis, libripende et quinque testibus præsentibus. 4. Mancipatio locum habet inter cives Romanos et Latinos colonarios Latinosque Junianos eosque peregrinos quibus commercium datum est. 5. Commercium est emendi vendendique invicem jus. 6. Res mobiles non nisi præsentes mancipari possunt, et non plures quam quot manu capi possunt; immobiles autem, etiam plures simul, et quæ diversis locis sunt, mancipari possunt.

7. Traditio propria est alienatio rerum nec mancipi. Harum rerum dominia ipsa traditione adprehendimus, scilicet si ex justa causa traditæ sunt nobis.

8. Usucapione dominia adipiscimur, tam mancipi rerum, quam nec mancipi. Usucapio est autem dominii adeptio per continuationem possessionis anni vel biennii: rerum mobilium anni, immobilium biennii.

9. In jure cessio quoque communis alienatio est et mancipi rerum et nec mancipi. Quæ fit per tres personas, in jure cedentis, vindicantis, addicentis. 10. In jure cedit dominus, vindicat is cui ceditur, addicit prætor. 11. In jure cedi res etiam incorporales possunt, velut ususfructus et hereditas et tutela legitima libertæ. 12. Hereditas in jure ceditur, vel antequam adeatur, vel posteaquam adita fuerit. 13. Antequam adeatur, in jure cedi potest ab herede legitimo; posteaquam adita est, tam a legitimo quam ab eo qui testamento heres scriptus est. 14. Si, antequam adeatur, hereditas in jure cessa sit, perinde

Digitized by Google

heres fit cui cessa est, ac si ipse heres legitimus esset. Quod si posteaquam adita fuerit in jure cessa sit, is qui cessit permanet heres, et ob id creditoribus defuncti manet obligatus; debita vero pereunt, id est, debitores defuncti liberantur. 15. Res autem corporales, quasi singulæ in jure cessæ essent, transeunt ad eum cui cessa est hereditas.

16. Adjudicatione dominia nanciscimur per formulam familiæ erciscundæ, quæ locum habet inter coheredes, et per formulam communi dividundo, cui locus est inter socios, et per formulam finium regundorum, quæ est inter vicinos: nam si judex uni ex heredibus aut sociis aut vicinis rem aliquam adjudicaverit, statim illi adquiritur, sive mancipi sive nec mancipi sit.

17. Lege nobis adquiritur, velut caducum vel ereptoriam ex lege Papia Poppæa, item legatum ex lege duodecim tabularum, sive mancipi res sint sive nec mancipi.

18. Adquiritur autem nobis etiam per eas personas quas in potestate, manu mancipiove habemus. Itaque si quid mancipio puta acceperint, aut traditum eis sit, vel stipulati fuerint, ad nos pertinet. 19. Item si heredes instituti sint, legatumve eis sit, et hereditatem jussu nostro adeuntes nobis adquirunt, et legatum ad nos pertinet. 20. Si servus alterius in bonis, alterius ex jure Quiritium sit, ex omnibus causis adquirit ei cujus in bonis est. 21. Is quem bona fide possidemus, sive liber sive alienus servus sit, nobis adquirit ex duabus causis tantum, id est, quod ex re nostra et quod ex operis suis adquirit. Extra has autem causas, aut sibi adquirit, si liber sit, aut domino, si alienus servus sit. Eadem sunt et in eo servo, in quo tantum usumfructum habemus. . . . . .

Tit. XX. De testamentis.

1. Testamentum est mentis nostræ justa contestatio, in id solemniter factum ut post mortem nostram valeat.

Google

2. Testamentorum genera fuerunt tria, unum quod calatis comitiis, alterum quod in proeinctu, tertium quod per æs et libram appellatum est. Illis duobus testamentis abolitis, hodie solum in usu est quod per æs et libram fit, id est, per mancipationem imaginariam : in quo testamento libripens adhibetur, et familiæ emptor, et non minus quam quinque testes, cum quibus testamenti factio est. 3. Qui in potestate testatoris est aut familiæ emptoris, testis aut libripens adhiberi non potest, quoniam familiæ mancipatio inter testatorem et familiæ emptorem fit, et ob id domestici testes adhibendi non sunt. 4. Filiofamiliæ (*familiam*) emente, pater ejus testis esse non potest. 5. Ex duobus fratribus qui in ejusdem patris potestate sunt, alter familiæ emptor, alter testis esse non potest, quoniam quod unus ex his mancipio accipit, adquirit patri, cui filius suus testis esse non debet. 6. Pater et (*filius*) qui in potestate ejus est, item duo fratres qui in ejusdem patris potestate sunt, testes utrique, vel alter testis, alter libripens fieri possunt, alio familiam emente; quoniam nihil nocet ex una domo plures testes alieno negotio adhiberi. 7. Mutus, surdus, furiosus, pupillus, femina, neque familiæ emptor esse, neque testis libripensve fieri potest. 8. Latinus Junianus et familiæ emptor et testis et libripens fieri potest, quoniam cum eo testamenti factio est.

9. In testamento quod per æs et libram fit, duæ res agantur; familiæ mancipatio et nuncupatio testamenti. Nuncupatur testamentum in hunc modum : tabulas testamenti testator tenens ita dicit : HÆC UT IN HIS TABULIS CERISVE SCRIPTA SUNT, ITA DO, ITA LEGO, ITA TESTOR; ITAQUE VOS, QUIRITES, TESTIMONIUM PERHIBETOTE. Quæ nuncupatio et testatio vocatur.

10. Filiusfamiliæ testamentum facere non potest, quoniam nihil suum habet, ut testari de eo possit. Sed divus

Google

Augustus [Marcus] constituit, ut filiusfamiliæ miles de eo peculio quod in castris adquisivit, testamentum facere possit. 10. Qui de statu suo incertus est factus (1) quod patre peregre mortuo ignorat se sui juris esse, testamentum facere non potest. 11. Impubes, licet sui juris sit, facere testamentum non potest, quoniam nondum plenum judicium animi habet. 12. Mutus, surdus, furiosus, itemque prodigus cui lege bonis interdictum est, testamentum facere non possunt: mutus, quoniam verba nuncupationis loqui non potest; surdus, quoniam verba familiæ emptoris exaudire non potest; furiosus, quoniam mentem non habet, ut testari de sua re possit; prodigus, quoniam commercio illi interdictum est, et ob id familiam mancipare non potest. 13. Latinus Junianus, item is qui dedititiorum numero est, testamentum facere non potest: Latinus quidem, quoniam nominatim lege Junia prohibitus est; is autem qui deditiorum numero est, quoniam nec quasi civis Romanus testari potest, cum sit peregrinus, nec quasi peregrinus, quoniam nullius certæ civitatis civis est, ut secundum (2) leges civitatis suæ testetur. 14. Feminæ post duodecimum annum ætatis testamenta facere possunt, tutore auctore, donec in tutela sunt. 15. Servus publicus populi Romani partis dimidiæ testamenti faciendi habet jus.

Tit. XXI. Quemadmodum heres institui debeat.

Heres institui recte potest his verbis: Titius meus esto, Titius heres sit, Titium heredem esse jubeo. Illa autem institutio: heredem instituo, heredem facio, plerisque improbata est.

Tit. XXII. Qui heredes institui possunt.

1. Heredes institui possunt, qui testamenti factionem

(1) Quidam pro *factus* proponunt *forte*.
(2) Cod. *adversus*.

cum testatore habent. 1. Dediticiorum numero heres institui non potest; quia peregrinus est, cum quo testamenti factio non est. 2. (*Latinus Junianus*), siquidem mortis testatoris tempore vel intra diem cretionis civis Romanus sit, heres esse potest. Quod si Latinus manserit, lege Junia capere hereditatem prohibetur. Idem juris est in persona cœlibis, propter legem Juliam. 4. Incerta persona heres institui non potest, velut hoc modo : QUISQUIS PRIMUS AD FUNUS MEUM VENERIT, HERES ESTO; quoniam certum consilium debet esse testantis. 5. Nec municipia nec municipes heredes institui possunt, quoniam incertum corpus est, et neque cernere universi, neque pro herede gerere possunt, ut heredes fiant. Senatusconsulto tamen concessum est, ut a libertis suis heredes institui possint. Sed fideicommissa hereditas municipibus restitui potest, deque hoc senatusconsulto prospectum est. 6. Deos heredes instituere non possumus, præter eos quos senatusconsulto, constitutionibusve principum instituere concessum est, sicuti Jovem Tarpeium, Apollinem Didymæum; sicuti Martem in Gallia, Minervam Iliensem, Herculem Gaditanum, Dianam Ephesiam, Matrem Deorum Sipylensem quæ Smyrnæ colitur, et Cœlestem Salinensem Carthaginis.

7. Servos heredes instituere possumus, nostros cum libertate, alienos sine libertate, communes cum libertate vel sine libertate. 8. Eum servum qui tantum in bonis noster est, nec cum libertate heredem instituere possumus, quia Latinitatem consequitur, quod non proficit ad hereditatem capiendam. 9. Alienos servos heredes instituere possumus, eos tantum quorum cum dominis testamenti factionem habemus. 10. Communis servus cum libertate recte quidem heres instituitur, quasi proprius pro parte nostra; sine libertate autem, quasi alienus propter socii partem. 11. Proprius servus cum libertate

Google

heres institutus, siquidem in eadem causa permanserit, ex testamento liber et heres fit, id est, necessarius. 12. Quod si ab ipso testatore vivente manumissus vel alienatus sit, suo arbitrio vel jussu emptoris hereditatem adire potest. Sed si sine libertate sit institutus, omnino non consistit institutio. 13. Alienus servus heres institutus, siquidem in ea causa permanserit, jussu domini debet hereditatem adire; quod si vivo testatore manumissus aut alienatus a domino fuerit, aut suo arbitrio aut jussu emptoris poterit adire hereditatem.

---

14. Sui heredes instituendi sunt, vel exheredandi. Sui autem heredes sunt liberi quos in potestate habemus, tam naturales quam adoptivi; item uxor quæ in manu est, et nurus quæ in manu est filii quem in potestate habemus. 15. Postumi quoque liberi, id est, qui in utero sunt, si tales sunt ut nati in potestate nostra futuri sint, suorum heredum numero sunt. 16. Ex suis heredibus filius quidem neque heredes institutus, neque nominatim [quo] exheredatus, non patitur valere testamentum. 17. Reliquæ vero personæ liberorum, velut filia, nepos, neptis, si præteritæ sint, valet testamentum; scriptis heredibus adcrescunt; suis quidem heredibus in partem virilem, extraneis autem in partem dimidiam. 18. Postumi quoque liberi cujuscumque sexus omissi, quod valuit testamentum, agnatione rumpunt. 19. Eos qui in utero sunt, si nati sui heredes nobis futuri sunt, possumus instituere heredes; si quidem post mortem nostram nascantur, ex jure civili; si vero viventibus nobis, ex lege Junia.

20. Filius qui in potestate est, si non instituatur heres; nominatim exheredari debet: reliqui sui heredes utriusque sexus, aut nominatim aut inter ceteros. 21. Postumus filius nominatim exheredandus est: filia postuma ceteræ-

Google

que postumæ feminæ vel nominatim vel inter ceteros, dummodo inter ceteros exheredatis aliquid legetur. 20. Nepotes et pronepotes, ceterique masculi postumi præter filium, vel nominatim vel inter ceteros cum adjectione legati sunt exheredandi; sed totius est tamen nominatim eos exheredari; et iâ observatur magis.

21. Emancipatos liberos, quamvis jure civili neque heredes instituere neque exheredare necesse sit; tamen prætor jubet, si non instituantur heredes, exheredari, masculos omnes nominatim, feminas vel inter ceteros; alioquin contra tabulas bonorum possessionem eis pollicetur.

22. Inter necessarios heredes, id est, servos cum libertate heredes scriptos, et suos et necessarios, id est, liberos qui in potestate sunt, jure civili nihil interest: nam utrique etiam inviti heredes sunt; sed jure prætorio suis et necessariis heredibus abstinere se a parentis hereditate permittitur, necessariis autem tantum heredibus abstinendi potestas non datur.

23. Extraneus heres, si quidem cum cretione sit heres institutus, cernendo fit heres; si *vero* sine cretione, pro herede gerendo. 24. Pro herede gerit, qui rebus hereditariis tamquam dominus utitur, velut qui auctionem rerum hereditariarum facit, aut servis hereditariis cibaria dat. 25. Cretio est certorum dierum spatium, quod datur instituto heredi ad deliberandum, utrum expediat ei adire hereditatem necne, velut: TITIUS HERES ESTO, CERNITOQUE IN DIEBUS CENTUM PROXIMIS QUIBUS SCIERIS POTERISQUE; NISI ITA CREVERIS, EXHERES ESTO. 26. Cernere est verba cretionis dicere ad hunc modum: *QUOD ME* MÆVIUS HEREDEM INSTITUIT, EAM HEREDITATEM ADEO CERNOQUE. 27. Sine cretione heres institutus, si constituerit nolle se heredem esse, statim excluditur ab hereditate, et amplius eam adire non potest. 28. Cum cretione vero heres institutus, sicut cernendo fit heres, ita non aliter excluditur, quam si intra diem cre-

Google

tionis non creverit : ideoque etiam si constituerit nolle se heredem esse, tamen si supersint dies cretionis, pœnitentia actus cernendo heres fieri potest.

31. Cretio aut vulgaris dicitur aut continua : vulgaris, in qua adjiciuntur hæc verba : QUIBUS SCIERIS POTERISQUE ; continua, in qua non adjiciuntur. 32. Ei qui vulgarem cretionem habet, dies illi *duntaxat* computantur, quibus scivit se heredem institutum esse, et potuit cernere ; ei vero qui continuam habet cretionem, etiam illi dies computantur, quibus ignoravit se heredem institutum, aut scivit quidem, sed non potuit cernere.

33. Heredes aut instituti dicuntur aut substituti : (*instituti*), qui primo gradu scripti sunt ; substituti, qui secundo gradu vel sequentibus heredes scripti sunt, velut : TITIUS HERES ESTO, CERNITOQUE IN DIEBUS PROXIMIS CENTUM QUIBUS SCIES POTERISQUE ; (*QUOD NI*) ITA CREVERIS, EXHERES ESTO : TUNC MÆVIUS HERES ESTO, CERNITOQUE IN DIEBUS (*CENTUM*), et reliqua. Similiter et deinceps substitui potest.

34. Si sub imperfecta cretione heres institutus sit, id est, non adjectis his verbis : SI NON CREVERIS EXHERES ESTO, sed si ita : SI NON CREVERIS, TUNC MÆVIUS HERES ESTO, cernendo quidem superior inferiorem excludit ; non cernendo autem, sed pro herede gerendo, in partem admittit substitutum : sed postea divus Marcus constituit, ut et pro herede gerendo ex asse fiat heres. Quod si neque creverit neque pro herede gesserit, ipse excluditur, et substitutus ex asse fit heres.

TIT. XXIII. QUEMADMODUM TESTAMENTA RUMPANTUR.

1. Testamentum jure factum infirmatur duobus modis, si ruptum aut irritum factum sit.

2. Rumpitur testamentum mutatione, id est, si postea aliud testamentum jure factum sit ; item agnatione, id est, si suus heres agnoscatur, qui neque heres institutus ne-

Google

que ut oportet exheredatus sit. 3. Agnascitur suus heres aut agnascendo, aut adoptando, aut in manum conveniendo, aut in locum sui heredis succedendo, velut nepos mortuo filio vel emancipato, aut manumissione, id est, si filius ex prima secundave mancipatione manumissus reversus sit in patris potestatem.

4. Irritum fit testamentum, si testator capite diminutus fuerit, aut si jure facto testamento nemo extiterit heres.

5. Si is qui testamentum fecit ab hostibus captus sit, testamentum ejus valet, si quidem reversus fuerit, jure postliminii; si vero ibi decesserit, ex lege Cornelia, quæ perinde successionem ejus confirmat, atque si in civitate decessisset.

6. Si septem signis testium signatum sit testamentum, licet jure civili ruptum vel irritum factum sit, prætor scriptis heredibus juxta tabulas bonorum possessionem dat, si testator et civis Romanus et suæ potestatis, cum moreretur, fuit. Quam bonorum possessionem cum re, id est, cum effectu habent, si nemo alius jure heres sit.

7. Liberis impuberibus in potestate manentibus, tam natis quam postumis, heredes substituere parentes possunt duplici modo, id est, aut eo quo extraneis, ut, si heredes non extiterint liberi, substitutus heres fiat; aut proprio jure, ut, si post mortem parentis heredes facti intra pubertatem decesserint, substitutus heres fiat. 8. Etiam exhereditatis filiis substituere parentibus licet. 9. Non aliter impuberi filio substituere quis heredem potest, quam si sibi *prius* heredem instituerit vel ipsum filium vel quemlibet alium.

10. Milites quomodocumque fecerint testamenta, valent, id est, etiam sine legitima observatione; nam principalibus constitutionibus permissum est illis, quomodocumque vellent, quomodocumque possent, testari. Idque testamentum *quod* miles contra juris regulam fecit, ita

Google

demum valet, si vel in castris mortuus sit, vel post missionem intra annum.

Tit. XXIV. De legatis.

1. Legatum est quod legis modo, id est, imperative, testamento relinquitur; nam ea quæ precativo modo relinquuntur, fideicommissa vocantur.

2. Legamus autem quatuor modis: per vindicationem, per damnationem, sinendi modo, per præceptionem.

3. Per vendicationem his verbis legamus: DO, LEGO, CAPITO, SUMITO, SIBI HABETO. 4. Per damnationem his verbis: HERES MEUS DAMNAS ESTO DARE, DATO, FACITO, HEREDEM MEUM DARE JUBEO. 5. Sinendi modo ita: HERES MEUS DAMNAS ESTO SINERE LUCIUM TITIUM SUMERE ILLAM REM SIBIQUE HABERE. 6. Per præceptionem sic: LUCIUS TITIUS ILLAM REM PRÆCIPITO.

7. Per vindicationem legari possunt res quæ utroque tempore ex jure Quiritium testatoris fuerunt, mortis, et quo [modo] testamentum faciebat, præterquam si pondere, numero, mensura contineantur; in his enim satis est, si vel mortis duntaxat tempore (*testatoris*) fuerint ex jure Quiritium. 8. Per damnationem omnes res legari possunt, etiam quæ non sunt testatoris, dummodo tales sint quæ dari possint. 9. Liber homo, aut res populi, aut sacra, aut religiosa, nec per damnationem legari potest; quoniam dari non potest. 10. Sinendi modo legari possunt res propriæ testatoris et heredis ejus. 11. Per præceptionem legari possunt res, quæ etiam per vindicationem.

11a. Si ea res quæ non fuit utroque tempore testatoris ex jure Quiritium, per vindicationem legata sit, licet jure civili non valeat legatum, tamen senatusconsulto Neroniano firmatur; quo cautum est ut quod minus aptis verbis legatum est, perinde sit ac si optimo jure legatum esset: optimum autem jus legati per damnationem est.

Digitized by Google

12. Si duobus eadem res per vindicationem legata sit, (*sive disjunctim, velut : TITIO HOMINEM STICHUM DO LEGO. SEIO EUMDEM HOMINEM DO LEGO.*) sive conjunctim, velut : TITIO ET SEIO HOMINEM STICHUM DO LEGO, jure civili concursu partes fiebant; non concurrente altero pars ejus alteri adcrescebat : sed post legem Papiam Poppæam non capientis pars caduca fit. 13. Si per damnationem eadem res duobus legata sit, siquidem conjunctim, singulis partes debentur, et non capientis pars jure civili in hereditate remanebat, nunc autem caduca fit ; quod si disjunctim, singulis solidum debetur.

14. Optione autem legati per vindicationem data, legatarii electio est, veluti : HOMINEM OPTATO, ELIGITO. Idemque est, etsi tacite *data sit optio, hoc modo : TITIO* HOMINEM *DO LEGO. At si dixerim :* HERES *MEUS DAMNAS ESTO* HOMINEM DARE, heredis electio est *quem* velit dare.

15. Ante heredis institutionem legari non potest, quoniam (*vis*) et potestas testamenti ab heredis institutione incipit. 16. Post mortem heredis legari non potest, ne ab heredis herede legari videatur, quod juris civilis ratio non patitur. In mortis autem heredis tempus legari potest, velut : CUM HERES MORIETUR.

17. Pœnæ causa legari non potest. Pœnæ autem causa legatur, quod coercendi heredis (*causa*) relinquitur, ut faciat, quid aut non faciat, non ut (*ad*) legatarium pertineat, ut puta hoc modo : SI FILIAM TUAM IN MATRIMONIO TITIO COLLOCAVERIS, DECEM MILLIA SEIO DATO.

18. Incertæ personæ legari non potest, veluti : QUICUMQUE FILIO MEO FILIAM SUAM IN MATRIMONIO CONLOCAVERIT, EI HERES MEUS TOT MILLIA DATO. Sub certa tamen demonstratione incertæ personæ legari potest, velut : EX COGNATIS MEIS QUI NUNC SUNT, QUI PRIMUS AD FUNUS MEUM VENERIT, EI HERES MEUS ILLUD DATO.

19. Neque ex falsa demonstratione, neque ex falsa

Google

causa legatum infirmatur. Falsa demonstratio est velut: TITIO FUNDUM QUEM A TITIO EMI DO LEGO, cum is fundus a Titio emptus non sit. Falsa causa est velut: TITIO, QUONIAM NEGOTIA MEA CURAVIT, FUNDUM DO LEGO, ut negotia ejus numquam Titius curasset.

20. A legatario legari non potest. 21. Legatum (*ab*) eo tantum dari potest, qui *testamento heres scriptus* est: ideoque, filiofamiliæ herede instituto vel servo, neque a patre, neque a domino legari potest. 22. Heredi a semetipso legari non potest. 23. Ei qui in potestate, manu mancipiove est scripti heredis, sub conditione legari potest, ut requiratur, quo tempore dies legati cedit, in potestate heredis non sit. 24. Ei cujus in potestate, manu mancipiove est heres scriptus, legari [non] potest.

25. Sicut singulæ res legari possunt, ita universarum quoque summa legari potest, ut puta *hoc* modo: HERES MEUS CUM TITIO HEREDITATEM MEAM PARTITO, DIVIDITO; quo casu dimidia pars bonorum legata videtur. Potest autem et alia pars, velut tertia vel quarta, legari. Quæ species partitio *appellatur*.

26. Ususfructus legari potest jure civili earum rerum quarum salva substantia utendi fruendi potest esse facultas, et tam singularum rerum quam plurium, item partis. 27. Senatusconsulto cautum est ut, etiam si earum rerum quæ in abusu continentur, ut puta vini, olei, tritici, ususfructus legatus sit, legatario res tradantur, cautionibus interpositis de restituendis eis cum ususfructus ad legatarium pertinere desierit.

28. Civitatibus omnibus que sub imperio *populi* Romani sunt, legari potest; idque a divo Nerva introductum, postea a senatu auctore Hadriano diligentius constitutum est.

29. Legatum cum datum est, adimi potest vel eodem testamento, vel codicillis testamento confirmatis, dum tamen eodem modo adimatur quo modo datum est.

Google

20. Ad heredem legatarii legata non aliter transeunt, nisi si jam die legatorum cedente legatarius decesserit. 21. Legatorum quæ pure vel in diem certam relicta sunt, dies cedit antiquo quidem jure ex mortis testatoris tempore: per legem autem Papiam Poppæam ex apertis tabulis testamenti; eorum vero quæ sub conditione relicta sunt, cum conditio extiterit.

22. Lex Falcidia jubet non plus quam dodrantem totius patrimonii legari, ut omnimodo quadrans integer apud heredem remaneat.

23. Legatorum perperam solutorum repetitio non est.

Tit. XXV. De fideicommissis.

1. Fideicommissum est, quod non civilibus verbis, sed precative relinquitur: nec ex rigore juris civilis proficiscitur, sed ex voluntate datur relinquentis. 2. Verba fideicommissorum in usu fere hæc sunt: FIDEICOMMITTO, PETO VOLO DARI, et similia. 3. Etiam nutu relinquere fideicommissum [in] usu receptum est. 4. Fideicommissum relinquere possunt, qui testamentum facere possunt, licet non fecerint: nam intestatus quis moriturus fideicommissum relinquere potest. 5. Res per fideicommissum relinqui possunt, quæ etiam per damnationem legari possunt. 6. Fideicommissa dari possunt his quibus legari potest. 7. Latini Juniani fideicommissum capere possunt, licet legatum capere non possint. 8. Fideicommissum, et ante heredis institutionem, et post mortem heredis, et codicillis etiam non confirmatis testamento, dari potest, licet legari non possit. 9. Item græce fideicommissum scriptum valet, licet legatum græce scriptum non valeat. 10. Filio qui in potestate est servove heredibus institutis, seu his legatum sit, patris vel domini fidei committi potest, quamvis ab eo legari non possit. 11. Qui testamento heres institutus est, codicillis etiam non confirmatis

Google

rogari potest vel ut hereditatem totam vel ex parte alii restituat, quamvis directo heres institui ne quidem confirmatis codicillis possit. 12. Fideicommissa non per formulam petuntur, ut legata; sed cognitio est Romæ quidem consulum, aut prætoris qui fideicommiss*arius* vocatur; in provinciis vero, præsidum provinciarum. 13. Pœnæ causa, vel incertæ personæ, ne quidem fideicommissa dari possunt.

14. Is qui rogatus est alii restituere hereditatem, lege quidem Falcidia (*locum*) non habente, quoniam non plus, puta, quam dodrantem restituere rogatus est, ex Trebelliano senatusconsulto restituit, ut ei et in eum dentur actiones, cui restituta est hereditas. Lege autem Falcidia interveniente, quoniam plus (*quam*) dodrantem vel etiam totam hereditatem restituere rogatus sit, ex Pegasiano senatusconsulto restituit, ut, deducta parte quarta, ipsi qui scriptus est heres *et* in ipsum actiones conserventur; is autem qui recipit hereditatem, legatarii loco habeatur. 15. Ex Pegasiano senatusconsulto restituta hereditate, commoda et incommoda hereditatis communicantur inter heredem et eum cui reliquæ partes restitutæ sunt, interpositis stipulationibus ad exemplum partis et pro parte stipulationum. Partis autem et pro parte stipulationes proprie dicuntur, quæ de lucro et damno communicando solent interponi inter heredem et legatarium partiarium, id est, cum quo partitus est heres. 16. Si heres damnosam hereditatem dicat, cogitur a prætore adire et restituere totam, ita ut ei et in eum qui recipit hereditatem actiones dentur, proinde atque si ex Trebelliano senatusconsulto restituta fuisset; idque ut ita fiat, Pegasiano senatusconsulto cautum.

17. Si quis in fraudem tacitam fidem accommodaverit, ut non capienti fideicommissum restituat, nec quadrantem

Google

eum deducere senatus censuit, nec caducum vindicare ex eo testamento, si liberos habeat.

18. Libertas dari potest per fideicommissum.

Tit. XXVI. De legitimis heredibus.

1. Intestatorum ingenuorum hereditates pertinent primum ad suos heredes, id est, liberos qui in potestate sunt, ceterosque qui in liberorum loco sunt; si sui heredes non sunt, ad consanguineos, id est, fratres et sorores ex eodem patre; si nec hi sunt, ad reliquos agnatos proximos, id est, cognatos virilis sexus, per mares descendentes, ejusdem familiæ. Id enim cautum est lege duodecim tabularum hac : SI INTESTATO MORITUR, CUI SUUS HERES NEC ESCIT, AGNATUS PROXIMUS FAMILIAM HABETO.

2. Si defuncti *unus* sit filius, ex altero filio mortuo jam nepos unus vel etiam plures, ad omnes hereditas pertinet, non ut in capita dividatur, sed in stirpes, id est, ut filius solus mediam partem habeat, et nepotes quotquot sunt alteram dimidiam : æquum est enim nepotes in patria sui locum succedere, et eam partem habere, quam pater eorum, si viveret, habiturus esset.

3. Quamdiu suus heres speratur heres fieri posse, tamdiu locus agnatis non est : velut si uxor defuncti prægnans sit, aut filius apud hostes sit.

4. Agnatorum hereditates dividuntur in capita : velut si sit fratris filius et alterius fratris duo pluresve liberi, quotquot sunt ab utraque parte personæ, tot fiunt portiones, ut singuli singulas capiant.

5. Si plures eodem gradu sunt agnati, et quidam eorum hereditatem ad se pertinere noluerint, vel, antequam adierint, decesserint, eorum pars adcrescit his qui adierunt. Quod si nemo eorum adierit, ad insequentem gradum ex lege hereditas non transmittitur, quoniam in legitimis hereditatibus successio non est.

Google

6. Ad feminas, ultra consanguineorum gradum legitima hereditas non pertinet. Itaque soror fratri sororive legitima heres fit.

7. Ad liberos matris intestatæ hereditas ex lege duodecim tabularum non pertinebat, quia feminæ suos heredes non habent; sed postea imperatorum Antonini et Commodi oratione in senatu recitata id actum est, ut sine in manum conventione matrum legitimæ hereditates ad filios pertineant, exclusis consanguineis et reliquis agnatis.

8. Intestati filii hereditas ad matrem ex lege duodecim tabularum non pertinet; sed si jus liberorum habeat, ingenua trium, libertina quatuor, legitima heres fit ex senatusconsulto Tertulliano : si tamen ei filio neque suus heres sit, quive inter suos heredes ad bonorum possessionem a prætore vocatur, neque pater ad quem lege hereditas bonorumve possessio cum re pertinet, neque frater consanguineus : quod si soror consanguinea sit, ad utrasque pertinere jubetur hereditas.

TIT. XXVII. DE LIBERTORUM SUCCESSIONIBUS [*vel bonis*].

1. Libertorum intestatorum hereditas primum ad suos heredes pertinet; deinde ad eos quorum liberti sunt, velut patronum, patronam, liberosve patroni.

2. Si sit patronus et alterius patroni filius, ad solum patronum hereditas pertinet. 3. Item patroni filius patroni nepotibus obstat. 4. Ad liberos patronorum hereditas defuncti pertinet, ut in capita non in stirpes dividatur.

5. Legitimæ hereditatis jus quod ex lege duodecim tabularum descendit, capitis minutione amittitur.

TIT. XXVIII. DE POSSESSIONIBUS DANDIS.

1. Bonorum possessio datur aut contra tabulas testamenti, aut *secundum* (1) tabulas, (*aut*) intestati.

(1) Cod. : *adversus*.

2. Contra tabulas bonorum possessio datur liberis emancipatis testamento præteritis, licet legitimè (*jure*) non ad eos pertineat hereditas. **3.** Bonorum possessio contra tabulas liberis tam naturalibus quam adoptivis datur: sed naturalibus quidem emancipatis, non tamen et illis qui in adoptiva familia sunt; adoptivis autem his tantum qui in potestate manserunt. **4.** Emancipatis liberis ex edicto datur bonorum possessio, si parati sunt cavere fratribus suis qui in potestate manserunt, bona quæ moriente patre habuerint, se collaturos.

5. Secundum tabulas bonorum possessio datur scriptis heredibus, scilicet, si eorum quibus contra tabulas competit, nemo sit, aut petere nolint. **6.** Etiamsi jure civili non valeat testamentum, forte quod familiæ mancipatio vel nuncupatio defuit, si signatum testamentum sit non minus quam septem testium civium Romanorum signis, bonorum possessio datur.

7. Intestati datur bonorum possessio per septem gradus: primo gradu liberis; secundo legitimis heredibus; tertio proximis cognatis; quarto familiæ patroni; (*quinto*) patrono, patronæ, item liberis (*parentibus*)ve patroni patronæve; sexto viro, uxori; septimo cognatis manumissoris quibus per legem Furiam plus mille asses capere licet. Et si nemo sit ad quem bonorum possessio pertinere possit, aut sit quidem, sed jus suum omiserit, populo bona deferuntur ex lege Julia caducaria. **8.** Liberis bonorum possessio datur, tam his qui in potestate usque in mortis tempus fuerunt, quam emancipatis; item adoptivis, non tamen etiam in adoptionem datis. **9.** Proximi cognati bonorum possessionem accipiunt, non solum per feminini sexus personam cognati, sed etiam agnati capite diminuti; nam, licet legitimum jus agnationis capitis minutione amiserint, natura tamen cognati manent.

10. Bonorum possessio datur parentibus et liberis in-

Digitized by Google

tra annum ex quo petere potuerunt, ceteris intra centum dies. 11. Qui omnes intra id tempus si non petierint bonorum possessionem, sequens gradus admittitur, perinde atque si superiores non essent: idque per septem gradus fit.

12. Hi quibus ex successorio edicto bonorum possessio datur, heredes quidem non sunt, sed heredis loco constituuntur beneficio prætoris. Ideoque seu ipsi agant, seu cum his agatur, fictitiis actionibus opus est, in quibus heredes esse finguntur.

13. Bonorum possessio aut *cum* re datur, aut sine re: cum re, (*si*) is qui accepit, cum effectu bona retineat; sine re, cum alius jure civili evincere hereditatem possit, veluti si (*sit*) suus heres intestati, bonorum possessio sine re (*est*), quoniam suus heres evincere hereditatem jure legitimo possit.

Tit. XXIX. De bonis libertorum.

1. Civis Romani liberti hereditatem lex duodecim tabularum patrono defert, si intestato sine suo herede libertus decesserit. Ideoque, sive testamento facto decedat, licet suus heres ei non sit, seu intestato, et suus heres ei sit, quamvis non naturalis, sed uxor puta quæ in manu fuit, vel adoptivus filius, lex patrono nihil præstat. Sed ex edicto prætoris, seu testamento (*facto*) libertus moriatur, ut aut nihil aut minus quam partem dimidiam bonorum patrono relinquat, contra tabulas testamenti partis dimidiæ bonorum possessio illi datur, nisi libertus aliquem ex naturalibus liberis successorem sibi relinquat, sive intestato decedat, et uxorem forte in manu vel adoptivum filium relinquat, æque partis mediæ bonorum possessio contra suos heredes patrono datur.

2. In bonis libertæ patrono nihil juris ex edicto datur. Itaque (1) seu intestata moriatur liberta, semper ad

(1) Forte inserendum: *seu cum testamento decedat, non aliter potuit id testamentum facere, quam patrono auctore.*

Google

eum hereditas pertinet; licet liberi sint libertæ, quoniam non sunt sui heredes matri, (*ut*) obstent patrono. 3. Lex Papia Poppæa postea libertas quatuor liberorum jure tutela patronorum liberavit; et cum intulerit jam posse eas sine auctoritate patronorum testari; prospexit ut pro numero liberorum libertæ superstitum virilis pars patrono debeatur. 4. Liberi patroni virilis sexus eadem jura in bonis libertorum parentum suorum habent, quæ et ipse patronus. 5. Feminæ vero ex lege quidem duodecim tabularum perinde jus habent, atque masculi patronorum liberi: contra tabulas autem testamenti liberti, aut ab intestato contra suos heredes non naturales, bonorum possessio eis non competit; sed si jus trium liberorum habuerint, etiam hæc jura ex lege Papia Poppæa nanciscuntur. 6. Patronæ in bonis libertorum illud jus tantum habebant, quod lex duodecim tabularum introduxit; sed postea lex Papia (*ingenuæ*) patronæ duobus liberis honoratæ, libertinæ tribus, id juris dedit, quod patronus habet ex edicto. 7. Item ingenuæ trium liberorum jure honoratæ eadem lex id jus dedit, quod ipsi patrono tribuit.

Google

ALIA FRAGMENTA

EX

ULPIANI LIBRO SINGULARI REGULARUM

IN MOSAICARUM ET ROMANARUM LEGUM COLLATIONE SERVATA.

I. (COLLAT. TIT. VI, DE INCESTIS NUPTIIS, CAP. II.)

ULPIANUS, LIBRO REGULARUM SINGULARI, SUB TITULO DE NUPTIIS.

1. Inter parentes et liberos (*infinite*), cujuscumque gradus sint, connubium non est.

2. Inter cognatos autem ex transverso gradu, olim quidem usque ad quartum gradum matrimonia contrahi non poterant : nunc autem (*etiam*) ex tertio gradu licet uxorem ducere, sed tantum fratris filiam, non etiam sororis, nec amitam, nec materteram, quamvis eodem gradu sint.

3. Eam quæ noverca vel privigna, vel quæ nurus vel socrus (*nostra*) fuit, uxorem ducere non possumus.

4. Si quis eam quam non licet, uxorem duxerit, incestum matrimonium contrahit : ideoque liberi in potestate ejus non fiunt, sed, quasi vulgo concepti, spurii sunt.

II. (COLLAT. TIT. XVI, DE LEGITIMA SUCCESSIONE, CAP. IV.)

ULPIANUS, LIBRO SINGULARI, SUB TITULO DE LEGITIMIS HEREDITATIBUS.

1. Intestatorum gentilitiorum hereditates pertinent pri-

Google

mum ad suos heredes, id est, liberos qui in potestate sunt, ceterosque qui in liberorum loco sunt. Si sui heredes non sint, ad consanguineos, id est, fratres et sorores ex eodem patre. Si nec hi sunt, ad reliquos agnatos (*proximos, id est, cognatos*) virilis sexus, per mares descendentes, ejusdem familiæ. Id enim cautum est lege duodecim tabularum hac : SI INTESTATO MORITUR, CUI SUUS HERES NEC ESIT, AGNATUS PROXIMUS FAMILIAM HABETO.

2. Si agnatus defuncti non sit, eadem lex duodecim tabularum gentiles ad hereditatem vocat, his verbis : SI AGNATUS NEC ESIT, GENTILES FAMILIAM HABENTO. Nunc nec gentilitia jura in usu sunt.

III. (COLLAT. TIT. II, DE ATROCI INJURIA, CAP. II.)

ULPIANUS, LIBRO SINGULARI REGULARUM, SUB TITULO DE INJURIIS.

Injuria, si quidem atrox, id est, gravis est, non sine judicis arbitrio æstimatur. Atrocem autem æstimare solere prætorem; idque colligi ex facto, ut puta si verberatus vel vulneratus quis fuerit. ET RELIQUA.

Alia duo fragmenta ex ULPIANI LIBRO SINGULARI REGULARUM reperire est in Justiniani Digestis, scilicet :

L. 17, *De testibus* (XXII, 5).

L. 25, *De obligationibus et actionibus* (XLIV, 7).

Google

FRAGMENTA
ULPIANI INSTITUTIONUM.

(EX MOSAICARUM ET ROMANARUM LEGUM COLLATIONE. TIT. XVI, CAP. V-IX.)

V. Ulpianus, (*libro II*) institutionum (*sub titulo de successionibus*) ab intestato.

Ab intestato quoque hereditas defertur per jus civile, aut per prætoris beneficium : per jus civile, suis heredibus vel liberis qui in potestate fuerunt, filio, filiæ, et deinceps qui in locum defuncti parentis, (*cum aliis*) qui ex eodem nati sunt, succedunt.

VI. Idem eodem libro.

§. Post suos ab intestato legitimi admittuntur, primum consanguinei. Ii sunt frater et soror qui in ejusdem potestate patris fuerunt, etsi ex diversis matribus nati sunt. ℞. Consanguineos et adoptio facit et adrogatio et causæ probatio et in manum conventio.

VII. Idem eodem libro.

§. Post consanguineos legitimi vocantur. Hi sunt agnati qui nos per patris cognationem contingunt, virilis sexus ; nam sciendum feminis, ultra consanguineas, hereditates legitimas non deferri. ℞. Suis prætor solet emancipatos liberos, itemque civitate donatos conjungere, data bonorum possessione : sic tamen ut bona, si quæ propria habent, his qui in potestate manserunt, conferant; nam

Google

æquissimum putavit neque dos bona paternis carere, per hoc quia non sunt in potestate, neque præcipua bona propria habere, cum partem sint ablaturi suis heredibus.

VIII. Idem libro qui supra (*sub titulo*) de suis (*et legitimis*) heredibus.

1. Post consanguineos prætor vocat cognatos : cognati autem sunt qui nos per patrem aut matrem contingunt; post cognatos, virum et uxorem. 2. Et hæc, si qui decessit, non fuit libertinus vel stirpis libertinæ : ceterum si libertinus est vel libertina, ad patronum ejus legitima hereditas patronamve lege duodecim tabularum defertur.

IX. Idem eodem libro.

1. Post familiam patroni vocat prætor patronum et patronam, item liberos et parentes patroni, patronæ; deinde virum et uxorem; mox cognatos patroni et patronæ. 2. Quod si is qui decessit, liber fuit absque remancipatione manumissus, lex quidem duodecim tabularum manumissori legitimam hereditatem detulit; sed prætor æquitate motus decem personas cognatorum et prætulit has : patrem, matrem, filium, filiam, avum, aviam, nepotem, neptem, fratrem, sororem, ne quis occasione juris sanguinis necessitudinem vinceret. 3. Sed imperator noster, in hereditatibus quæ ab intestato deferuntur, eas solas personas voluit admitti quibus decimæ immunitatem ipse præbuit.

Google

NOVA FRAGMENTA

ULPIANI INSTITUTIONUM

EX LACINIIS VINDOBONENSIBUS.

Ex libro I.

1. *Et est simile (precariuta) commodato: nam et qui commodat rem, sic commodat ut non faciat rem accipientis, sed ut ei uti* re commodata permittat.

2. Locatum quoque et conductum jus gentium induxit: nam ex quo cœpimus possessiones propriias et res habere, et locandi jus nacti sumus, et conducendi res alienas; et is qui conduxit, jure gentium tenetur ad mercedem ex*solvendam*.

3. ..., reddis quæ accepisti, sed aliam pecuniam ejusdem quantitatis. Mutuæ autem dari possunt res non aliæ quam quæ pondere, numero, mensura continentur.

4. Depositi quoque utilitatem jus gentium prodidit, ut quis custodiendam rem suam animalem vel.....

5. ... *Com*paratum est interdictum, velut cujus in*itium est*.....

Ex libro II. de edicto.

6. *Sunt etiam interdita duplicia tam* adipiscendæ quam reciperandæ possessionis, qualia sunt interdicta QUEM FUNDUM et QUAM HEREDITATEM : nam si fundum vel hereditatem ab hereditatem ab aliquo petam, nec lis defendatur, cogitur ad me transferre possessionem, sive numquam possedi, sive an*tea posse*di, deinde amisi possessionem. . . . . .

7. *Restitutoria atque exhibitoria interdicta aut per formulam* arbitrariam explicantur, aut per sponsionem; semper prohibitoria vero per sponsionem explicantur.

8. Restitutorio vel exhibitorio interdicto reddito, si quidem arbitrum postulaverit is cum quo agitur, formulam accipit arbitrariam, per quam arbiter.....

Google

JULII PAULI
RECEPTARUM SENTENTIARUM
AD FILIUM
LIBRI QUINQUE
ET ALIORUM EJUSDEM OPERUM FRAGMENTA.

Digitized by Google

Digitized by Google

JULII PAULI
RECEPTARUM SENTENTIARUM
LIBER PRIMUS.

Tit. I. De pactis et conventis.

1. De his rebus pacisci possumus, de quibus transigere licet; ex his enim pacti obligatio solummodo nascitur. 2. Omne pactum posteriore pacto dissolvitur, licet pariat exceptionem. * In bonæ fidei contractibus pactum conventum alio pacto dissolvitur, et licet exceptionem pariat, replicatione tamen excluditur. 3. Pacto convento Aquiliana stipulatio subjici solet; sed consultius est huic pœnam quoque subjungere, quia, rescisso quoquo modo pacto, pœna ex stipulatu repeti potest. 4. Neque contra leges, neque contra bonos mores pacisci possumus. 4a. Pactum contra jus aut constitutiones aut senatusconsulta interpositum nihil momenti habet. 5. De rebus litigiosis et convenire et transigere possumus. Post rem judicatam pactum, nisi donationis causa interponatur, servari non potest. 6. * Functio dotis pacto mutari non potest, quia privata conventio juri publico nihil derogat. 7. * De criminibus propter infamiam nemo cum adversario pacisci potest.

Tit. II. De cognitoribus.

1. Omnes infames, qui postulare prohibentur, cognitores fieri non possunt, etiam volentibus adversariis. 2. Feminæ in rem suam cognitoriam operam suscipere non prohibentur. 3. In rem suam cognitor procuratorve

Digitized by Google

ille fieri potest, qui pro omnibus postulat. 4. Actio judicati non solum in dominum aut domino, sed etiam heredi et in heredem datur.

Tit. III. De procuratoribus.

1. Mandari potest procuratio præsenti, et nudis verbis, et per literas, et per nuntium, et apud acta præsidis et magistratus. 2. Procurator aut ad litem, aut ad omne negotium, aut ad partem negotii, aut ad res administrandas datur. 3. * Voluntarius procurator qui se alienis negotiis offert, rem ratam dominum habiturum cavere debet. 4. * Actoris procurator non solum absentem defendere, sed et rem ratam dominum habiturum satisdare cogitur. 5. * Petitoris procurator rem ratam dominum habiturum, desiderante adversario, satisdare cogendus est; quia nemo in re aliena idoneus est sine satisdatione. 6. * Si satis non det procurator absentis, actio ei absentis nomine non datur.

Tit. IV. De negotiis gestis.

1. Qui negotia aliena gerit, et bonam fidem et exactam diligentiam rebus ejus, pro quo intervenit, præstare debet. 2. Tutor, post finitam tutelam si in administratione duret, actione negotiorum gestorum pupillo vel curatori ejus tenebitur. 3. Si pecuniæ quis negotium gerat, usuras quoque totius temporis præstare cogetur, et periculum eorum nominum, quibus collocavit, agnoscere, si litis tempore solvendo non sint : hoc enim in bonæ fidei judiciis servari convenit. 4. Mater, quæ filiorum suorum rebus intervenit, actione negotiorum gestorum et ipsis et eorum tutoribus tenebitur. 5. Filiusfamilias aut servus si negotium alicujus gerat, in patrem dominumve peculio tenus actio dabitur. 6. Si pater vel dominus servo vel filiofamilias aliena agenda negotia commiserit, in solidum

Digitized by Google

tenebitur. 6. Pater, si emancipati filii res sine ulla exceptione a se donatas administraverit, filio actione negotiorum gestorum tenebitur. 8. Qui, cum tutor curatorve non esset, sive pro tutore curatoreve res pupilli adultive administraverit, actione negotiorum gestorum pro tutore curatoreve tenebitur.

Tit. V. De calumniatoribus.

1. Calumniosus est, qui sciens prudensque per fraudem negotium alicui comparat. 2. Et in privatis et in publicis judiciis omnes calumniosi extra ordinem pro qualitate admissi plectuntur.

Tit. VI. A. De fugitivis (1).

1. Servus a fugitivario comparatus intra decem annos manumitti contra prioris domini voluntatem non potest. 2. Contra decretum amplissimi ordinis fugitivum in fuga constitutum nec emere nec vendere permissum est, irrogata pœna in utrumque sestertiorum D millium. 3. Limenarchæ et stationarii fugitivos deprehensos recte in custodiam retinent. 4. Magistratus municipales ad officium præsidis provinciæ vel proconsulis comprehensos fugitivos recte transmittunt. 5. Fugitivi in fundis fiscalibus quæri et comprehendi possunt. 6. Fugitivi, qui a domino non agnoscuntur, per officium præfecti vigilum distrahuntur. 7. Intra triennium venditionis agniti fugitivi emptor pretium a fisco recipere potest.

Tit. VI. B. De rebus institutis.

1. De his criminibus quibus quis absolutus est, ab eo qui accusavit refricari accusatio non potest. 2. Filius accusatoris, si hoc crimen, quod pater intendit, post libe-

(1) Hunc titulum edidit Cujacius (*Observ.* XXI, 11) ex cod. Ms. Vesontino.

Google

ratum reum persequi velit, ab accusatione removendus est. 3. Crimen in quo alius destitit, vel victus recessit, alius objicere non prohibetur.

Tit. VII. De integri restitutione.

1. Integri restitutio est redintegrandæ rei vel causæ actio. 2. Integri restitutionem prætor tribuit ex his causis quæ per metum, dolum, et status permutationem, et justum errorem, et absentiam necessariam, et infirmitatem ætatis gesta esse dicuntur. 3. Integri restitutio plus quam semel non est decernenda : ideoque causa cognita decernitur. 4. Integri restitutio aut in rem competit, aut in personam : in rem actio competit, ut res ipsa, qua de agitur, revocetur; in personam, aut quadrupli pœna intra annum vel simpli post annum peti potest. 5. Si aliquis, ut se de vi latronum vel hostium vel populi liberaret, aliquid mancipavit vel promisit, ad metum non pertinet; mercedem enim depulsi metus tribuit. 6. Servus per metum mancipatus quidquid adquisierit vel stipulatus sit, ei adquirit qui vim passus est. 7. Vis est major rei impetus qui repelli non potest. 8. Qui quem in domo inclusit, ut sibi rem manciparet aut promitteret, extorsisse mancipationem videtur. 9. Qui quem ferro vinxit, ut sibi aliquid traderet vel venderet, vim intulisse videtur. 10. Qui in carcerem quem detrusit, ut aliquid ei extorqueret, quidquid ob hanc causam factum est, nullius est momenti.

Tit. VIII. De dolo malo.

1. Dolus est, cum aliud agitur, aliud simulatur. 2. Si quis dolum aut metum adhibuit, ut res ad alium transiret, uterque de vi et dolo actione tenebitur.

Tit. IX. De minoribus XXV annorum.

1. Minor XXV annorum, si aliquod flagitium admiserit quod ad publicam coercitionem spectet, ob hoc in inte-

Google

grum restitui non potest. 2. Qui minori mandavit ut negotia sua agat, ex ejus persona in integrum restitui non potest : nisi minor sua sponte negotiis ejus intervenerit. 3. Si major effectus res quas minor egit, facto (1) vel silentio comprobavit, adversus hoc quoque in integrum restitui frustra desiderat. 4. Si minor minori heres existat, ex sua persona, non ex defuncti, in integrum restitui potest. 5. Minor, se, in his quæ fidejussit, vel fidepromisit, vel spopondit, vel mandavit, in integrum restituendo, reum principalem non liberat. 6. Qui sciens prudensque se pro minore obligavit, si id consulto consilio fecit, licet minori succurratur, ipsi tamen non succurretur. 7. Minor adversus emptorem in integrum restitutus, pretio restituto, fundum recipere potest; fructus enim in compensationem usurarum penes emptorem remanere placuit. 8. Minor adversus distractiones eorum pignorum et fiduciarum quas pater obligaverat, si non ita ut oportuit a creditore distractæ sint, restitui in integrum potest.

Tit. X. De plus petendo.

Plus petendo causa cadimus aut loco aut summa aut tempore aut qualitate : loco, alibi; summa, plus; tempore, repetendo ante tempus; qualitate, ejusdem speciei rem meliorem postulantes.

Tit. XI. De satisdando.

1. Quoties hereditas petitur, satisdatio jure desideratur; et si satisdatio non detur, in petitorem hereditas transfertur. Si petitor satisdare noluerit, penes possessorem possessio remanet : in pari enim causa potior est possessor. 2. Usufructuarius de utendo usufructu satisdare debet, se perinde usurum, ac si ipse paterfamilias uteretur.

(1) Alias : *pacto*.

Tit. XII. De judiciis omnibus.

1. Hi qui falsa rescriptione usi fuerint, lege Cornelia de falsis puniuntur. 2. Ex his, qui ancillam corrupit alienam, aliam reformare cogendus est. 3. Qui falsum nesciens allegavit, falsi pœna non tenetur. 4. In caput domini patronive, nec servus, nec libertus interrogari potest. 5. Prægnantes neque torqueri neque damnari, nisi post editum partum, possunt. 6. Qui rescriptum a principe falsa allegatione elicuerint, uti eo prohibentur. 7. Qui de se confessus est, in alium torqueri non potest, ne alienam salutem in dubium deducat, qui de sua desperavit.

Tit. XIII. A. De judicato.

1. Qui exhibiturum se aliquem judicio caverit, mortuo eo pro quo caverat, periculo cautionis liberatur. 2. Filiusfamilias jussu patris manumittere potest, matris non potest. 3. Is qui album raserit, corruperit, sustulerit, mutaverit, quidve aliud propositum edicendi causa turbaverit, extra ordinem punietur. 4. Si id quod emptum est neque tradatur neque mancipetur, venditor cogi potest ut tradat aut mancipet. 5. Deteriorem servum facit qui fugam suaserit et qui furtum, et qui mores ejus corpusve corruperit. 6. Qui ancillam alienam virginem immaturam corruperit, pœna legis Aquiliæ tenebitur.

Tit. XIII. B. Si hereditas vel quid aliud petatur.

1. In petitione hereditatis ea veniunt, quæ defunctus mortis tempore reliquit, vel ea quæ post mortem ante aditam hereditatem ex ea adquisita sunt. 2. Possessor hereditatis pretia earum rerum, quas dolo alienavit, cum usuris præstare cogendus est. 3. Rerum ex hereditate alienatarum æstimatio in arbitrio petitoris consistit. 4. Petitio hereditatis, cujus defunctus litem non erat contestatus, ad heredem non transmittitur. 5. * Hereditas pro ea parte

Google

peti debet pro qua ad nos pertinet : alioquin plus petendi periculum incurrimus, et causam perdimus. 6. * Qui petit hereditatem, ipse probare debet ad se magis, quam ad eum qui possidet, sive ex testamento sive ab intestato pertinere. 7. * Eas res quas quis juris sui esse putat, petere potest, ita tamen ut ipsi incumbat necessitas probandi eas ad se pertinere. 8. Possessor hereditatis, qui ex ea fructus capere vel possidere neglexit, duplam eorum æstimationem præstare cogitur. 9. Hi fructus in restitutione præstandi sunt petitori, quos unusquisque diligens paterfamilias et honestus colligere potuisset.

Tit. XIV. De via publica.

Qui viam publicam exaraverit, ad munitionem ejus solus compellitur.

Tit. XV. Si quadrupes damnum intulerit.

1. Si quadrupes pauperiem fecerit, damnumve dederit, quidve depasta sit, in dominum actio datur, ut aut damni æstimationem solvat aut quadrupedem dedat : quod etiam lege Pesuliana de cane cavetur. 2. Feram bestiam in ea parte qua populi iter est, colligari prætor prohibet; et ideo, sive ab ipsa sive propter eam ab alio alteri damnum datum sit, pro modo admissi extra ordinem actio in dominum vel custodem datur, maxime si ex eo homo perierit vel fuerit læsus. 3. Ei qui irritatu suo feram bestiam vel quamcumque aliam quadrupedem in se proritaverit, eaque damnum dederit, neque in ejus dominum neque in custodem actio datur.

Tit. XVI. Finium regundorum.

In eum qui per vim terminos dejecerit vel amoverit, extra ordinem animadvertitur.

Digitized by Google

Tit. XVII. De servitutibus.

1. Viam, iter, actum, aquæductum, qui biennio usus non est, amisisse videtur; nec enim ea usucapi possunt, quæ non utendo amittuntur. 2. Servitus hauriendæ aquæ vel ducendæ biennio omissa intercidit, et biennio usurpata recipitur.

Tit. XVIII. De familia erciscunda.

1. Arbiter familiæ erciscundæ plus quam semel dari non potest; et ideo de his quæ divisa eo judicio non sunt, communi dividundo arbiter postulatus partietur. 2. De omnibus rebus hereditariis judex cognoscere debet, celebrata divisione, ut semel de omnibus pronuntiet. 3. Judici familiæ erciscundæ convenit, ut ea quæ quis ex communi accepit, ipsa aut æstimationem eorum repræsentet, ut inter coheredes dividi possint. 4. Judex familiæ erciscundæ nec inter paucos coheredes, sed inter omnes dandus est: alioquin inutiliter datur. 5. Omnes res quæ sociorum sunt, communi dividundo judicio inter eos separantur.

Tit. XIX. Quemadmodum actiones per inficiationem duplentur.

1. Quædam actiones, si a reo inficientur, duplantur, velut judicati, depensi, legati per damnationem relicti, damni injuria legis Aquiliæ; item de modo agri, cum a venditore emptor deceptus est. 2. Ex his causis quæ inficiatione duplantur, pacto decidi non potest.

Tit. XX. De fidejussore et sponsore.

Inter fidejussores ex edicto prætoris, si solvendo sint, licet singuli in solidum teneantur, obligatio dividetur.

Tit. XXI. De sepulcris et lugendis.

1. Ob incursum fluminis vel metum ruinæ, corpus

Google

jam perpetuæ sepulturæ traditum, solemnibus redditis sacrificiis, per noctem in alium transferri locum potest. 2. Corpus in civitatem inferri non licet, ne funestentur sacra civitatis; et qui contra ea fecerit, extra ordinem punitur. 3. (1) Intra muros civitatis corpus sepulturæ dari non potest, vel ustrina fieri. 4. Qui corpus perpetuæ sepulturæ traditum vel ad tempus alicui loco commendatum nudaverit et solis radiis ostenderit, piaculum committit; atque ideo, si honestior sit, in insulam, si humilior, in metallum dari solet. 5. Qui sepulcrum violaverint, aut de sepulcro aliquid sustelerint, pro personarum qualitate aut in metallum dantur, aut in insulam deportantur. 6. Qui sepulcrum alienum effregerit vel aperuerit, eoque mortuum suum alienumve intulerit, sepulcrum violasse videtur. 7. Vendito fundo, religiosa loca ad emptorem non transeunt, nec in his jus inferre mortuum habet. 8. Qui monumento inscriptos titulos eraserit, vel statuam everterit, vel quid ex eodem traxerit, lapidem colonamve sustulerit, sepulcrum violasse videtur. 9. In eo sarcophago vel solo ubi corpus jam depositum est, aliud corpus inferri non potest; et qui intulerit reus sepulcri violati postulari potest. 10. Qui alienum mortuum sepelierit, si in funus ejus aliquid impenderit, recipere id ab herede vel a patre vel a domino potest. 11. Maritus, id quod in funus uxoris impendit, ex dote retinere potest. 12. Neque juxta monumentum, neque supra monumentum habitandi jus est : attactu enim conversationis humanæ piaculum admittitur; et qui contra ea fecerit, pro qualitate personæ vel opere publico vel exsilio mulctatur. 13. Parentes et filii majores sex annis anno lugeri possunt, minores mense, maritus decem mensibus, et cognati

(1) Paragraphos 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 11, 12 et 13 edidit Cujacius (*Observ.* XXI, 13) ex codice Vesontino. Absunt a ceteris codicibus.

Google

proximioris gradus octo. Qui contra fecerit, infamium numero habetur. 14. Qui luget, abstinere debet a conviviis, ornamentis, purpura et alba veste. 15. Quidquid in funus erogatur, inter æs alienum primo loco deducitur.

Google

LIBER SECUNDUS.

Tit. I. De rebus creditis et jurejurando.

1. In pecuniariis causis si alter ex litigatoribus jusjurandum deferat, audiendus est : hoc enim et compendio litium et æquitatis ratione provisum est. 2. Deferre jusjurandum prior actor potest : contrarium autem de calumnia jusjurandum reo competit. 3. Si, reus cum jurare velit, actor illi necessitatem jusjurandi remisit, et hoc liquido appareat, actio in eum non datur. 4. Heredi ejus cum quo contractum est, jusjurandum deferri non potest, quoniam contractum ignorare potest. 5. Si quis debitum quocumque modo confessus docetur, ex ea re actio creditori non datur, sed ad solutionem compellitur.

Tit. II. De pecunia constituta.

Si id quod mihi Lucius Titius debet, soluturum te constituas, teneris actione pecuniæ constitutæ.

Tit. III. De contractibus.

Stipulatio est verborum conceptio ad quam quis congrue interrogatus respondet, velut : spondes? spondeo; dabis? dabo; promittis? promitto; fidei tuæ erit? fidei meæ erit. Et tam pure quam sub conditione concipi potest.

Tit. IV. De commodato et deposito, pignore fiduciave.

1. Quidquid in rem commodatam ob morbum vel aliam rationem impensum est, a domino recipi potest. 2. Si facto incendio, ruina, naufragio, aut quo alio simili casu res commodata amissa sit, non tenebitur eo nomine is cui commodata est; nisi forte, cum posset rem commodatam

Google

salvam facere, suam prætulit. 3. Servus vel equus si a latronibus vel in bello, in aliam causam commodati, occisi sunt, actio commodati datur; custodia enim et diligentia rei commodatæ præstanda est. 4. Si rem æstimatam tibi dedero, ut ea distracta pretium ad me deferres, eaque perierit, siquidem ego te rogavi, meo periculo erit; si tu de vendenda promisisti, tuo periculo erit.

Tit. V. De pignoribus.

1. Creditor, si simpliciter sibi pignus depositum distrahere velit, ter ante denuntiare debitori suo debet ut pignus luat, ne a se distrahatur. 2. Fetus vel partus ejus rei quæ pignori data est, pignoris jure non tenetur, nisi hoc inter contrahentes convenerit. 3. Compensatio debiti ex pari specie et causa admittitur: velut si pecuniam tibi debeam, et tu mihi pecuniam debeas, aut frumentum, aut cetera hujusmodi, licet ex diverso contractu, compensare vel deducere debes; si totum petas, plus petendo causa cadis.

Tit. VI. De exercitoribus.

Filiusfamilias, si voluntate patris navem exerceat, patrem in solidum ob ea quæ salva receperit, obligat.

Tit. VII. Ad legem Rhodiam.

1. Levandæ navis gratia cum jactus mercium factus est, omnium intributione sarciatur, quod pro omnibus datum est. 2. Jactu navis levata si perierit, extractis aliorum per urinatores mercibus, ejus quoque rationem haberi placuit qui merces salva nave jactavit. 3. Nave vel arbore vi tempestatis amissa, vectores ad contributionem non tenentur, nisi ipsis arborem salutis causa eruentibus navis salva sit. 4. Levandæ navis gratia merces in scapham transjectas, atque ideo amissas, intributione earum quæ in navi salvæ erunt, refici convenit. Nave au-

Digitized by Google

tem perdita, conservatæ cum mercibus scaphæ ratio non habetur. 5. Collatio intributionis ob jactum salva nave fieri debet.

Tit. VIII. De institoribus.

1. Sicut commoda sentimus ex actu præpositi institoris, ita et incommoda sentire debemus. Et ideo qui servum, sive filium filiamve familias, sive ancillam præposuit negotiis vel mercibus exercendis, eorum nomine in solidum convenitur. 2. Si quis pecuniæ fenerandæ, agroque colendo, condendis vendendisque frugibus præpositus est, ex eo nomine quod cum illo contractum est, in solidum fundi dominus obligatur; nec interest servus an liber sit. 3. Quod cum discipulis eorum qui officinis vel tabernis præsunt, contractum est, in magistros vel institores tabernæ in solidum actio dabitur.

Tit. IX. De in rem verso.

Servus vel filiusfamilias, si acceptam pecuniam in rem patris vel domini verterit, hoc modo, agrum puta colendo, domum fulciendo, mancipia vestiendo, mercando, vel creditori solvendo, vel quid tale faciendo, de in rem verso in solidum vel patrem vel dominum obligat, si tamen ob hanc causam pecunia data sit.

Tit. X. De senatusconsulto Macedoniano.

Qui filiofamilias contra interdictum amplissimi ordinis pecuniam mutuam crediderit, post mortem patris, ex eo quod vivo patre credidit, cum eo agere non potest.

Tit. XI. Ad senatusconsultum Velleianum.

1. In omni genere negotiorum et obligationum, tam pro viris quam pro feminis intercedere mulieres prohibentur. 2. Malier, quæ pro tutoribus filiorum suorum indemnitatem promisit, ad beneficium senatusconsulti non pertinet.

Tit. XII. De deposito.

1.* Deponere possumus apud alium id quod nostri juris est vel alieni. 2.* Depositum est quasi diu positum. Servandum est quod ad breve tempus custodiendum datur. 3.* Deponere videtur qui in metu ruinæ, incendii, naufragii, apud alium custodiæ causa deponit 4.* Deponere videtur et is qui suspectam habens vel minus idoneam custodiam domus, vel vim latronum timens, apud aliquem rem custodiendam commendat. 5. Si sacculum vel argentum signatum deposuero, et is penes quem depositum fuit, me invito contrectaverit, et depositi et furti actio mihi in eum competit. 6.* Ob res depositas dolus tantum præstari solet. 7. In judicio depositi ex mora *et* fructus veniunt, et usuræ rei depositæ postulantur. 8.* Si quis rem penes se depositam apud alium deposuerit, tam ipse directam, quam is qui apud eum deposuit utilem actionem depositi habere possunt. 9.* Si pecuniam deposuero eamque tibi permisero, mutua magis videtur quam deposita, hac per hoc periculo tuo erit. 10.* Si rem apud te depositam vendideris, eamque redemeris, postquam perdideris, semel admisso dolo, perpetuo depositi actione tenebris. 11.* Ex causa depositi lege XII tabularum in duplum actio datur, edicto prætoris in simplum. 12. In causa depositi compensationi locus non est, sed res ipsa reddenda est.

Tit. XIII. De lege commissoria.

1. Debitor, distractis fiduciis a creditore, de superfluo adversus eum habet actionem. 2. Quidquid creditor per fiduciarium servum quæsivit, sortem debiti minuit. 3. Debitor creditori fiduciam vendere non potest; sed aliis si velit vendere potest, ita ut ex pretio ejusdem pecuniam offerat creditori, atque ita remancipatam sibi rem emptori præstet. 4. Si per suppositam personam creditor pignus

Google

suum invito debitore comparaverit, emptio non videtur, et ideo quandoque lui potest : ex hoc enim causa pignoris vel fiduciæ finiri non potest. 5. Si inter creditorem et debitorem convenerit ut fiduciam sibi vendere non liceat, non solvente debitore, creditor denuntiare ei solemniter potest et distrahere; nec enim ex tali conventione fiduciæ actio nasci potest. 6. Si creditor rem fiduciæ datam uni ex heredibus vel extraneo legaverit, adversus omnes heredes actio fiduciæ competit. 7. Si creditor rem fiduciariam fecerit meliorem, ob ea recuperanda quæ impendit, judicio fiduciæ debitorem habebit obnoxium. 8. Novissimus creditor priorem, oblata pecunia, quo possessio in eum transferatur, dimittere potest. Sed et prior creditor secundum creditorem, si voluerit, dimittere non prohibetur, quamquam ipse in pignore potior sit. 9. Servus, si mutuam pecuniam servitutis tempore acceperit, ex ea obligatione post manumissionem conveniri non potest.

Tit. XIV. De usuris.

1. Si pactum nudum de præstandis usuris interpositum sit, nullius est momenti; ex nudo enim pacto inter cives Romanos actio non nascitur. 2. Usuræ supra centesimam solutæ sortem minuunt : consumpta sorte repeti possunt. 3. Trajectitia pecunia propter periculum creditoris, quam diu navigat navis, infinitas usuras recipere potest. 4. Usuræ quæ centesimam excedunt, per errorem solutæ, repeti possunt. 5. Si quis pignora debitoris citra auctoritatem judicantis abduxerit, violentiæ crimen admittit. 6. Tutor in usuras non convenitur, si pecuniam pupillarem ideo non collocavit, quod idonea nomina non habebat quibus pecunia collocaretur : cujus rei contestatio apud præsidem provinciæ deponenda est.

Google

Tit. XV. De mandatis.

1. Ob subitam valetudinem, ob necessariam peregrinationem, ob inimicitiam et inanes rei actiones, integra adhuc causa mandati, negotio renuntiari potest. 2. Si meis nummis mandato tuo aliquid tibi comparavero, et si rem postea accipere nolis, mandati actio mihi adversus te competit: non enim tantum quod impensum est, sed et usuras ejus consequi possum. 3. Certo pretio rem jussus distrahere, si minoris vendiderit, mandati judicio pretii summa poterit integrari; venditionem enim dissolvi non placuit.

Tit. XVI. Pro socio.

Sicut lucrum, ita et damnum inter socios communicatur, nisi quid culpa socii vel fraude eversum sit.

Tit. XVII. Ex empto et vendito.

1. Venditor, si ejus rei quam vendiderit dominus non sit, pretio accepto auctoritatis manebit obnoxius: aliter enim non potest obligari. 2. Si res simpliciter traditæ evincantur, tanto venditor emptori condemnandus est, quanto si stipulatione pro evictione cavisset. 3. Res empta, mancipatione et traditione perfecta, si evincatur, auctoritatis venditor duplo tenus obligatur. 4. Distracto fundo, si quis de modo mentiatur, in duplo ejus quod mentitus est, officio judicis æstimatione facta convenitur. 5. Redhibitio vitiosi mancipii intra sex menses fieri potest propter latens vitium. 6. Si, ut servum qui plaris venderet, de artificio ejus vel peculio mentitus est, actione ex empto conventus quanto minoris valuisset, emptori præstare compellitur, nisi paratus sit eum redhibere. 7. Ex die emptionis, si pretium numeratum sit, et fructus et operæ servorum et fetus pecorum et ancillarum partus ad emptorem pertinent. 8. Fundum alienum mihi ven-

Google

didisti; postea idem ex causa lucrativa meus factus est; competet mihi adversus te ad pretium recuperandum actio ex empto. 9. Post rem traditam, nisi emptor pretium statim exsolvat, usuras ejus præstare cogendus est. 10. Mutus emere et vendere potest, furiosus autem neque emere neque vendere potest. 11. Servus bona fide comparatus si ex veteri vitio fugerit, non tantum pretium dominus, sed et ea quæ per fugam abstulit, reddere cogetur. 12. Heredibus debitoris, adversus creditorem qui pignora vel fiducias distraxit, nulla actio datur, nisi a testatore inchoata ad eos transmissa sit. 13. Cum probatio prioris fugæ defecerit, servi responsioni credendum est: in se enim interrogari, non pro domino aut in dominum, videtur. 14. In eo contractu qui ex bona fide descendit, instrumentorum oblatio sine causa desideratur, si quo modo veritas de fide contractus possit ostendi. 15. Fundus ejus esse videtur, cujus nomine comparatus est, non a quo pecunia numerata est, si tamen fundus comparatori sit traditus. 16. Electo reo principali, fidejussor vel heres ejus liberatur, non idem in mandatoribus observatur.

Tit. XVIII. De locato et conducto.

1. Homo liber, qui statum suum in potestate habet, et pejorare eum et meliorem facere potest, atque ideo operas suas diurnas nocturnasque locat. 2. Fundi deterioris facti et cultura non exercitati, et ædificiorum non refectorum culpa, arbitrio judicis domino a conductore sarciri potest.

Tit. XIX. De nuptiis.

1. Sponsalia tam inter puberes quam inter impuberes contrahi possunt. 2. Eorum qui in potestate patris sunt, sine voluntate ejus matrimonia jure non contrahuntur;

Google

sed contracta non solvuntur : contemplatio enim publicæ utilitatis privatorum commodis præfertur. 3.* Inter parentes et liberos jure civili matrimonia contrahi non possunt : nec filiam sororis aut neptem uxorem ducere possumus ; proneptem ætatis ratio prohibet. 4.* Adoptiva cognatio impedit nuptias inter parentes ac liberos omnimodo; inter fratres, eatenus quatenus capitis deminutio non intervenit. 5.* Nec socrum nec nurum, privignam nec novercam aliquando citra pœnam incesti uxorem ducere licet, sicut nec amitam aut materteram. Sed qui vel cognatam contra interdictum duxerit, remisso mulieri juris errore, ipse pœnam adulterii lege Julia patitur, non etiam ducta. 6. Inter servos et liberos matrimonium contrahi non potest, contubernium potest. 7. Neque furiosus neque furiosa matrimonium contrahere possunt; sed contractum matrimonium furore non tollitur. 8. Vir absens uxorem ducere potest ; femina absens nubere non potest. 9. Libertum, qui nuptias patronæ vel uxoris filiæque patroni affectaverit, pro dignitate personæ metalli pœna vel operis publici coerceri placuit.

Tit. XX. De concubinis.

Eo tempore quo quis uxorem habet, concubinam habere non potest. Concubina igitur ab uxore solo dilectu separatur.

Tit. XXI. A. De mulieribus quæ se servis alienis junxerint, vel ad senatusconsultum Claudianum (1).

1. Si mulier ingenua civisque Romana vel Latina alieno se servo conjunxerit, si quidem invito et denuntiante domino in eodem contubernio perseveraverit, efficitur

(1) Hic titulus ex codice Vesontino depromptus est a Cujacio (*Observ.* XXI, 16.

Google

ancilla. 2. Si servo pupilli ingenua mulier se conjungat, denuntiatione tutoris efficitur ancilla. 3. Mulier etsi *deferre non possit*, tamen ei quæ se servo junxerit denuntiando, adquirit ancillam. 4. Procurator et filiusfamilias et servus, jussu patris aut domini denuntiando, faciunt ancillam. 5. Si peculiari servo filiifamilias libera se mulier conjunxerit, nulla discretione paternæ voluntatis, jure solemni decurso adquiret ancillam. 6. Liberta sciente patrono alieni servi secuta contubernium, ejus qui denuntiavit efficitur ancilla. 7. Liberta, si ignorante patrono servo se alieno conjunxerit, ancilla patroni efficitur, ea conditione ne aliquando ab eo ad civitatem Romanam perducatur. 8. Filiifamilias servo, quem ex castrensi peculio habet, si se ingenua mulier conjunxerit, ejus denuntiatione efficitur ancilla. 9. Filiafamilias si, invito vel ignorante patre, servo alieno se junxerit, etiam post denuntiationem statum suum retinet, quia facto filiorum pejor conditio parentum fieri non potest. 10. Filiafamilias, si jubente patre, invito domino, servi alieni contubernium secuta sit, ancilla efficitur, quia parentes deteriorem filiorum conditionem facere possunt. 11. Liberta, servi patroni contubernium secuta, etiam post denuntiationem in eo statu manebit, quia domum patroni videtur deserere noluisse. 12. Errore quæ se putavit ancillam, atque ideo alieni servi contubernium secuta est, *si* postea liberam se sciens in contubernio eodem perseveraverit, efficitur ancilla. 13. Si patrona servo liberti sui se conjunxerit, etiam denuntiatione conventam ancillam fieri non placuit. 14. Mulier ingenua, quæ se sciens servo municipum junxerit, etiam citra denuntiationem ancilla efficitur. Non item si nesciat; nescisse autem videtur, quæ comperta conditione contubernio se abstinuit, aut libertum putavit. 15. Libera mulier, contubernium ejus secuta qui plures dominos habuit, ejus fit ancilla qui

Digitized by Google

prior denuntiavit, nisi forte ab omnibus factum sit. 16. Si mater servo filii se junxerit, non tollit senatusconsultum Claudianum erubescendam matris etiam in re turpi reverentiam, exemplo ejus quæ se servo liberti sui conjunxerit. 17. Tribus denuntiationibus conventa, etsi ex senatusconsulto facta videatur ancilla, domino tamen adjudicata citra auctoritatem interpositi per præsidem decreti non videtur; ipse enim debet auferre qui dare potest libertatem. 18. Filiafamilias, mortuo patre si in servi contubernio perseveraverit, pro tenore senatusconsulti Claudiani conventa efficitur ancilla.

Tit. XXI. B. De dotibus.

1. Dos aut antecedit aut sequitur matrimonium, et ideo vel ante nuptias vel post nuptias dari potest; sed ante nuptias data earum expectat adventum. 2. Lege Julia de adulteriis cavetur ne dotale prædium maritus invita uxore alienet.

Tit. XXII. De pactis inter virum et uxorem.

1. Fructus fundi dotalis constante matrimonio percepti lucro mariti cedunt, etiam pro rata anni ejus quo factum est divortium. 2. Omnibus pactis stipulatio subjici debet, ut ex stipulatu actio nasci possit.

Tit. XXIII. De donationibus inter virum et uxorem.

1. Mortis causa donatio est quæ impendente metu mortis fit, ut est valetudinis, peregrinationis, navigationis vel belli. 2. Manumissionis gratia, inter virum et uxorem donatio favore libertatis recepta est, vel certe quod nemo ex hac fiat locupletior: ideoque servum, manumittendi causa, invicem sibi donare non prohibentur. 3. Inter virum et uxorem nec per interpositam personam donatio fieri potest. 4. Inter virum et uxorem contemplatione

Digitized by Google

donationis imaginaria venditio contrahi non potest. 4. Superstite eo qui matrimonii tempore donaverat, antecedente cui fuerat donatum, id quod donatum est penes donatorem remanet (1). 6. Quocumque tempore contemplatione mortis inter virum et uxorem donatio facta est, morte secuta convalescit.

Tit. XXIV. De liberis agnoscendis.

1. Si serva conceperit, et postea manumissa pepererit, liberum parit. 2. Si libera conceperit, et ancilla facta pepererit, liberum parit: id enim favor libertatis exposcit. 3. Si ancilla conceperit, et medio tempore manumissa sit, rursus facta ancilla pepererit, liberum parit: media enim tempora libertati prodesse, non nocere etiam possunt. 4. Ex ea muliere natus quæ ex causa fideicommissi manumitti debuit, si post moram libertati factam nascatur, ingenuus nascitur. 5. Si mulier divortio facto gravidam se sciat, intra tricesimum diem viro denuntiare debet vel patri ejus; ut ad ventrem inspiciendum observandumque custodes mittant: quibus missis, partum mulieris omnimodo coguntur agnoscere. 6. Si prægnantem se esse mulier non denuntiaverit, vel custodes ventris missos non admiserit, liberum est patri vel avo natum non alere. Ceterum negligentia matris, quo minus suus patri heres sit, obesse non debet. 7. Si mulier se ex viro prægnantem negat, permittitur marito ventrem inspicere, et ventri custodes dare. 8. Venter inspicitur per quinque obstetrices, et quod maxima pars earum denuntiaverit, pro vero habe-

(1) Cujacius, existimans hoc potius interpretationem esse, quam geminam Pauli sententiam, quæ exstare ei videbatur in *L.* 8, *D.*, *De rebus dubiis*, hujus priora verba substituit (edit. 1558), sic: « Si inter virum » et uxorem donatio facta fuerit, priore defuncto cui donatum est, ad » eum res redit qui donaverat. » Postea tamen verba prius rejecta rursus suscepit Cujacius (edit. 1566).

Google

tur. 9. Obstetricem quæ partum alienum attulit, ut supponi possit, summo supplicio affici placuit.

Tit. XXV. Quemadmodum filii sui juris efficiuntur.

1. Pater ab hostibus captus desinit habere filios in potestate : postliminio vero reversus tam filios quam omnia sui juris in potestatem recipit, ac si nunquam ab hostibus captus sit. 2. Singulæ mancipationes vel iisdem vel aliis testibus fieri possunt, vel eodem die vel intermisso tempore. 3. Emancipatio etiam die feriato fieri potest. 4. Apud magistratus municipales, si habeant legis actionem, emancipari et manumitti potest. 5. Filiusfamilias emancipari invitus non cogitur.

Tit. XXVI. De adulteriis (1).

1. Capite secundo legis Juliæ de adulteriis permittitur patri, tam adoptivo quam naturali, adulterum cum filia, cujuscumque dignitatis, domi suæ vel generi sui deprehensum sua manu occidere. 2. Filiusfamilias pater, si filiam in adulterio deprehenderit, verbis quidem legis prope est ut non possit occidere; permitti tamen ei debet ut occidat. 3. Rursusque capite quinto legis Juliæ cavetur, ut adulterum deprehensum viginti horis, attestando vicinos, retinere liceat. 4. Maritus in adulterio deprehensos, non alios quam infames et eos qui corpore quæstum faciunt, servos etiam, excepta uxore, quam prohibetur, occidere potest. 5. Maritum qui uxorem deprehensam cum adultero occidit, quia hoc impatientia justi doloris admisit, lenius puniri placuit. 6. Occiso adultero, dimittere statim maritus debet uxorem, atque ita triduo proximo profiteri cum quo adultero et in quo loco uxorem deprehenderit. 7. Inventa in adulterio uxore maritus ita de-

(1) Cujacius (*Observ.* XXI, 18) §§ 1, 2, 4, 5, 6 hujus tituli restituit tum ex codice Vesontino, tum ex Collatione.

Google

demum adulterum occidere potest, si eum domi suæ deprehendat. 8. Eum qui in adulterio deprehensam uxorem non statim dimiserit, reum lenocinii postulari placuit. 9. * Servi vero tam mariti quam uxoris in causa adulterii torqueri possunt : nec his libertas sub specie impunitatis data valebit. 10. Duos uno tempore uxoris adulteros accusari posse sciendum est : plures vero non posse. 11. Cum his quæ publice mercibus vel tabernis exercendis procurant, adulterium fieri non placuit. 12. Qui masculum liberum invitum stupraverit, capite punitur. 13. * Qui voluntate sua stuprum flagitiumque impurum patitur, dimidia parte bonorum suorum mulctatur; nec testamentum ei ex majore parte facere licet. 14. Adulterii convictas mulieres dimidia parte dotis et tertia parte bonorum, ac relegatione in insulam placuit coerceri; adulteris vero viris, pari in insulam relegatione, dimidiam bonorum partem auferri, dummodo in diversas insulas relegentur. 15. Incesti pœnam, quæ in viro in insulam deportatio est, mulieri placuit remitti, hactenus tamen quatenus lege Julia de adulteriis non apprehenditur. 16. Ancillarum sane stuprum, nisi deteriores fiant, aut per eas ad dominam affectet, citra noxam habetur. 17. In causa adulterii dilatio postulata impartiri non potest.

Tit. XXVII. De excusationibus tutorum.

1. Inimicitiæ capitales, quas quis cum patre pupillorum habuit, a tutelis excusant, ne paterno inimico pupilli committantur. 2. Ad curam ejus cujus quis tutelam administravit, invitus vocari non potest.

Tit. XXVIII. De potioribus nominandis.

1. Non recte potiorem videtur nominare, qui causam nominati potioris non expresserit. 2. Potior quis esse debet, non solum gradu generis, sed et substantia rei familiaris.

Digitized by Google

Tit. XXIX. Qui potiores nominari non possint.

Libertus quem pater tutorem dedit, si minus idoneus dicatur, excusari quidem non potest; sed adjungi illi curator potest.

Tit. XXX. Ad orationem divi Severi.

Dolo tutoris curatorisve detecto, in duplum ejus pecuniæ condemnatione conveniuntur, qua minorem fraudare voluerunt.

Tit. XXXI. De furtis.

1. Fur est qui dolo malo rem alienam contrectat. 2. Furtorum genera sunt quatuor : manifesti, nec manifesti, concepti et oblati. Manifestus fur est qui in faciendo deprehensus est, et qui intra terminos ejus loci unde quid sustulerat deprehensus est, vel antequam ad eum locum quo destinaverat perveniret. Nec manifestus fur est qui in faciendo quidem deprehensus non est, sed eum furtum fecisse negari non potest. 3. Concepti actione is tenetur, apud quem furtum quæsitum et inventum est. Oblati actione is tenetur, qui rem furtivam alii obtulit, ne apud se inveniretur. 4. Furti actione is agere potest, cujus interest rem non perdidisse. 5. Concepti is agere potest, qui rem concepit et invenit. Oblati is agere potest, penes quem res concepta et inventa est. 6. Manifesti furti actio, et nec manifesti, et concepti, et oblati, heredi quidem competit, sed in heredem non datur. 7. Servus qui furtum fecerit, damnumve dederit, nisi id pro sui quantitate dominus sarcire sit paratus, noxæ dedi potest. 8. Si servus furtum fecerit, deinde manumissus fuerit aut alienatus, cum ipso manumisso vel emptore agi potest : noxa enim caput sequitur. 9. Filiusfamilias si furtum fecerit, deinde emancipetur, furti actio in eum datur; quia in omnibus noxa caput sequitur. 10. Non tantum qui furtum fecerit,

Google

sed etiam is cujus opera aut consilio furtum factum fuerit, furti actione tenebitur. 11. (1) Rei hereditariæ, antequam ab herede possideatur, furtum fieri non potest. 12. Qui meretricem libidinis causa rapuit et celavit, eum quoque furti actione teneri placuit. 13. Furti manifesti actio, præter pœnam quadrupli, ipsius rei persecutionem genere vindicationis et condictionis continet. 14. Furti oblati actio adversus eum qui obtulit, tripli est pœna, et ipsius rei repetitio. 15. Furti quocumque genere condemnatus, famosus efficitur. 16. Quæcumque in caupona vel in meritorio stabulo diversoriove perierint, in exercitores eorum furti actio competit. 17. Si res vendita ante traditionem subrepta sit, emptor et venditor furti agere possunt; utriusque enim interest rem tradi vel tradere. 18. Si quid in nave rateve perierit, furti actio in exercitorem navis datur. 19. Rem pignori datam debitor creditori subtrahendo furtum facit : quam si et ipse similiter amiserit, suo nomine persequi potest. 20. Pater vel dominus, de ea re quæ filiofamilias vel servo subrepta est, furti agere potest; interest enim ei deferri actionem, qui de peculio convenitur. 21. Si rem quam tibi commodavi, postea subripui, furti actio competere tibi non poterit : rei enim nostræ furtum facere non possumus. 22. Qui furtum quæsiturus est, antequam quærat, debet dicere quid quærat, et rem suo nomine et sua specie designare. 23. Si, cum furtum quis quærit, damnum injuriæ dederit, actione legis Aquiliæ tenebitur. 24. Ob indicium comprehendendi furis præmium promissum jure debetur. 25. Sive segetes per furtum, sive quælibet arbores cæsæ sint, in duplum ejus rei nomine reus convenitur. 26. Si servum communem quis furatus sit, socio quoque actio

(1) Paragraphos 11, 17, 18, 22, 26, 27, 28, 29, 30, 31, 33, 34, 35, 36 ex codice Vesontino restituit Cujacius (*Observ.* XXI, 19).

Digitized by Google

furti dabitur. 27. Qui pro derelicto rem jacentem occupavit, furtum non committit, tametsi (1) a domino derelinquendi animo relictam. 28. Si servus furtum fecerit cum domino, præter rei condictionem, furti actio in dominum datur. 29. Fullo et sarcinator qui polienda vel sarcienda vestimenta accepit, si forte his utatur, ex contrectatione eorum furtum fecisse videtur; quia non in eam causam videntur accepta. 30. Frugibus ex fundo subreptis, tam colonus quam dominus furti agere possit; quia utriusque interest rem persequi. 31. Qui ancillam non meretricem libidinis causa subripuit, furti actione tenebitur; et si suppressit, pœna legis Faviæ coercetur. 32. Qui tabulas cautionesve subripuit, in adscriptam summam furti actione tenebitur : nec interest cancellatæ necne sint; quia ex his debitum magis solutum esse comprobari potest. 33. Qui servo fugæ consilium dedit, furti quidem actione non tenetur, sed servi corrupti. 34. Res subrepta si in domini potestatem reversa sit, cessat furti actio. 35. Qui furandi animo conclave effregit vel aperuit, sed nihil abstulit, furti actione conveniri non potest, injuriarum potest. 36. Qui rem suam furatur, ita demum furti actione non tenetur, si alteri ex hoc non noceatur. 37. Servus qui in fuga est, a domino quidem possidetur, sed dominus furti actione ejus nomine non tenetur, quia in potestate eum non habet. 38ª. (2) Servus etiam in fuga positus si furtum fecerit, nisi pro sui qualitate dominus solvere paratus sit pro culpa, eum aut dare præsentem aut absentem cedere cogendus est.

Tit. XXXII. De operis libertorum.

Egentem patronum libertus obligatione doni, muneris et operarum solutus alere cogendus est pro modo facultatum suarum.

---

(1) Alii conjiciunt : *tametsi non*. Alii : *ita tamen si*.
(2) Ex leg. Rom. Burgundionum tit. 15.

Google

LIBER TERTIUS.

Tit. I. De Carboniato edicto.

Si fratri puberi controversia fiat, an pro parte impuberis differri causa debeat, variatum est; sed magis est ut differri non debeat.

Tit. II. De bonis liberti.

1. In bonis liberti prior est patronus, quam filius alterius patroni; itemque prior est filius patroni, quam nepos alterius patroni. **2.** Libertus duos patronos heredes instituit; alter eorum vivo liberto moritur: is qui superest contra tabulas testamenti bonorum possessionem recte postulat. **3.** Libertorum hereditas in capita, non in stirpes dividitur; et ideo si unius patroni duo sint liberi, alterius quatuor, singuli viriles, id est, æquales portiones habebunt. **4.** Patronus vel patroni liberi, ex parte dimidia heredes instituti, æs alienum liberti pro portionibus exsolvere coguntur.

Tit. III. De lege Fabiana.

Ea quæ in fraudem patroni a liberto quoquo modo alienata sunt, Fabiana formula tam ab ipso patrono quam a liberis ejus revocantur.

Tit. IV. A. De testamentis.

1. Testamentum facere possunt masculi post completum quartum decimum annum, feminæ post duodecimum. **2.** Spadones eo tempore testamentum facere possunt, quo plerique pubescunt, id est, anno decimo octavo. **3.** Filiusfamilias qui militavit, de castrensi peculio, tam communi quam proprio jure, testamentum facere potest.

Digitized by Google

Castrense autem peculium est quod in castris adquiritur, vel quod proficiscenti ad militiam datur. 4. Cæcus testamentum potest facere, quia accire potest adhibitos testes, et audire sibi testimonium perhibentes. 5. Furiosus tempore intermissi furoris testamentum facere potest. 6. Mulieri quæ luxuriose vivit, bonis interdici potest. 7. Moribus per prætorem bonis interdicitur, hoc modo: QUANDO TIBI BONA PATERNA AVITAQUE NEQUITIA TUA DISPERDIS, LIBEROSQUE TUOS AD EGESTATEM PERDUCIS, OB EAM REM TIBI HA RE CÒMMERCIOQUE INTERDICO. 8. Qui ab hostibus captus est, testamentum quasi servus facere non potest. Sane valet testamentum id quod ante captivitatem factum est, si revertatur, jure postliminii, aut si ibidem decedat, beneficio legis Corneliæ: qua lege etiam legitimæ tutelæ hereditatesque firmantur. 9. In insulam relegatus, et in opus publicum ad tempus damnatus, quia retinet civitatem, testamentum facere potest, et ex testamento capere. 10. Plures quam septem ad testamentum adhibiti non nocent: superflua enim facta prodesse juvi tantum, nocere non possunt. 11. In adversa corporis valetudine mente captus eo tempore testamentum facere non potest. 12. Prodigus, recepta vitæ sanitate, ad bonos mores reversus, et testamentum facere, et ad testamenti solemnia adhiberi potest. 13. Ex his qui ad testamentum adhibentur, si qui sint qui Latine nesciant vel non intelligant, sed tamen sentiant cui rei intersint, adhibiti non vitiant testamentum.

Tit. IV. B. De institutione heredum.

1. Conditionum duo sunt genera: aut enim possibilis est, aut impossibilis. Possibilis est, quæ per rerum naturam admitti potest; impossibilis, quæ non potest: quarum ex eventu altera expectatur, altera, impossibilis, submovetur. 2. Conditiones contra leges et decreta

Google

principaria vel bonos mores adscriptæ nullius sunt momenti; veluti: SI UXOREM NON DUXERIS, SI FILIOS NON SUSCEPERIS; SI HOMICIDIUM FECERIS, SI BARBARO HABITU PROCESSERIS, et his similia. 3. Quoties non apparet quis sit heres institutus, institutio non valet: quod evenit, si testator plures amicos unius nominis habeat. 4. Heredes aut instituti aut substituti dicuntur: instituuntur primo gradu, substituuntur secundo vel tertio scripti. 5. Substituere quis et pure et sub conditione potest, et tam suis quam extraneis, tam puberibus quam impuberibus. 6. In quot vult uncias testator hereditatem suam dividere potest. Impleto esse, sine parte heredes instituti ad prioris assis semissem æquis portionibus veniunt. 7. Servus alienus cum libertate heres institutus institutionem non infirmat; sed libertas, ut alieno, supervacue data videtur. 8. Filio et extraneo æquis partibus heredibus institutis, si præterita adoresceat, tantum suo avocabit, quantum extraneo; si vero duo sint filii instituti, suis tertiam, extraneis dimidiam tollit. 9. Talis est postumorum institutio: SI QUI POST MORTEM MEAM POSTUMI NATI FUERINT, HEREDES SUNTO. Si vivo eo nascantur, rumpunt testamentum. 10. Nepos postumus, qui in locum patris succedere potest, ab avo aut heres instituendus est aut nominatim exheredandus, ne agnascendo rumpat testamentum. 11. Qui semel constituit ad se hereditatem pertinere, aut se rebus ejus immiscuit, repudiare eam non potest, etiamsi damnosa sit.

Tit. V. Ad senatusconsultum Silanianum.

1. Hereditas ejus qui a familia occisus esse dicitur, ante habitam quæstionem adiri non potest, neque bonorum possessio postulari. 2. Occisus videtur non tantum qui per vim aut per cædem interfectus est, velut jugulatus aut præcipitatus, sed et is qui veneno necatus dicitur: honestati enim heredis convenit qualemcumque mortem tes-

Google

tatoris inultam non prætermittere. 3. Domino occiso, de ea familia quæstio habenda est, quæ intra tectum fuerit, vel certe extra tectum cum domino eo tempore quo occidebatur. 4. Qui occisus dicitur, si constet eum sibi quoquo modo manus intulisse, de familia ejus quæstio non est habenda, nisi forte prohibere potuit nec prohibuit. 5. Neroniano senatusconsulto cavetur ut, occiso uxore, etiam de familia viri quæstio habeatur, idemque ut juxta uxoris familiam observetur, si vir dicatur occisus. 6. Servi, qui sub eodem tecto fuerint ubi dominus perhibetur occisus, et torqueantur et puniuntur, etsi testamento occisi manumissi sint. Sed et hi torquentur qui eum occiso in itinere fuerunt. 7. Servi de proximo si, cum possent ferre, auditis clamoribus auxilium domino non tulerunt, puniuntur. 8. Servos, qui in itinere circumdatum a latronibus dominum per fugam deseruerunt, apprehensos et torqueri et summo supplicio affici placuit. 9. Habetur de familia quæstio, et si hæres testatorem occidisse dicatur: nec interest an extraneus, an ex liberis sit. 10. Hereditas a fisco ut indignis aufertur his primum qui, cum interfectus esset testator, apertis tabulis testamenti vel ab intestato adierunt hereditatem, bonorumve possessionem acceperunt; amplius his et in centum millia sestertiorum pœna irrogatur, nec refert a quibus paterfamilias nec quemadmodum occidatur. 11. In disponenda eorum quæstione quorum dominus dicitur interemptus, hic ordo servatur: primum ut constet occisum dominum, deinde ut liqueat de quibus ea quæstio habenda sit, atque ita de reis inquirendum. 12. Etsi percussor certus sit, tamen de familia habenda quæstio est, ut cædis mandator inveniri possit. 13. Omnibus qui contra voluntatem defuncti faciunt, ut indignis, aufertur hereditas, si nihil testamento in fraudem legis fuerit cautum. 14. Sive falsum, sive ruptum, sive irritum dicatur esse testamentum, salva

Google

eorum disceptatione, scriptus heres jure in possessionem mitti desiderat. 15. Si inter heredem institutum et substitutum controversia sit, magis placuit eum in possessionem rerum hereditariarum mitti, qui primo loco scriptus est. 16. Scriptus heres, ut statim in possessionem mittatur, jure desiderat: hoc post annum impetrare non poterit. 17. In eo testamento quod nec ut oportuit oblatum, nec publice recitatum est, heres scriptus in possessionem mitti frustra desiderat. 18. In possessionem earum rerum quas mortis tempore testator non possedit, heres scriptus, priusquam jure ordinario experiatur, improbe mitti desiderat.

Tit. VI. De legatis.

1. Per præceptionem uni ex heredibus nummi legati, qui domi non erant, officio judicis familiæ erciscundæ a coheredibus præstabuntur. 2. Ante heredis institutionem legari non potest: inter medias heredum institutiones, sive alter sive uterque adeat, potest. Interdum dimidium, interdum totum debetur: dimidium, si per vindicationem legatum sit; totum, si per damnationem. 3.* Post diem legati cedentem, actio quæ incohata non est, ad heredem non transmittitur. 4. Communi servo cum libertate et sine libertate legari potest, totumque legatum socio testatoris adquiritur. 5. Post mortem heredis legari non potest, quia nihil ab herede heredis relinqui potest. 6. In mortis tempus tam suæ quam heredis ejus, legata conferri possunt, hoc modo: Lucio Titio, cum morietur, do lego, aut heres meus dare damnas esto. 7. Per vindicationem legatum, etsi nondum constituerit legatarius ad se pertinere, atque ita post apertas tabulas ante aditam hereditatem decesserit, ad heredem suum transmittit. 8. Si res obligata creditori, cujus causam testator non ignoravit, per damnationem legata sit, luitio ad heredis

Google

sollicitudinem spectat. 9. Servo fataliter interempto, legatarii damnum est, quia legatum nulla culpa heredis intercidit. 10. Damnari heres potest, si alicui domum extruat, aut ære alieno eum liberet. 11. Sinendi modo tam corporales res, quam quæ in jure consistunt, legari possunt, et ideo debitori id quod debet recte legatur. 12. Ejus rei quæ legata est, exemplo heredis, partem agnoscere, partem repudiare legatarius non potest. 13. Legatum nisi certæ rei sit et ad certam personam deferatur, nullius est momenti. 14. Si quis sibi et Titio legatum adscripserit, magis est ut totum legatum ad conjunctum pertineat. 15. Qui se filio testatoris impuberi tutorem adscripsit, ut suspectus a tutela removendus est, ad quam ultro videtur affectasse. 16. Rem legatam testator si postea pignori vel fiduciæ dederit, ex eo voluntatem mutasse non videtur.

17. Ususfructus uniuscujusque rei legari potest, et aut ipso jure constituetur aut per heredem præstabitur : ex causa quidem damnationis, per heredem præstabitur; ipso autem jure, per vindicationem. 18. Furiosi et ægrotantis et infantis ususfructus utiliter relinquitur : horum enim alius resipiscere, alius convalescere, alius crescere potest. 19. Ancillæ usufructu legato, partus ejus ad fructuarium non pertinent. 20. Gregis usufructu legato, grege integro manente, fetus ad usufructuarium pertinent, salvo eo ut quidquid gregi deperierit, ex fetibus impleatur. 21. Areæ usufructu legato, ædificia in ea constitui non possunt. 22. Accessio alluvionum ad fructuarium fundum (1), quia fructus fundi non est, non pertinet; venationis vero et aucupii reditus ad fructuarium pertinet. 23. Servos nec torquere, neque flagellis cædere, neque in eum casum facto

(1) Alii conjiciunt : *ad fructuarium fundi*; alii : *ad fundum, non ad fructuarium. . . . . pertinet.*

Google

suo perducere usufructuarius potest, quo deteriores fiant. 24. Fructu legato, si usus non adscribatur, magis placuit usumfructum videri adscriptum; fructus enim sine usu esse non potest. 25. Si alteri usus, alteri fructus legatus sit, fructuarius in usum concurrit, quod in fructu usuarius facere non potest. 26. Cum conjunctim duobus usumfructum do lego, legatum altero mortuo ad alterum in solidum pertinebit. 27. Usufructu legato, de modo utendi cautio a fructuario solet interponi, et ideo perinde omnia(1) se usurum, ac si optimus paterfamilias uteretur, fidejussoribus oblatis cavere cogetur.

28. Ususfructus amissus ad proprietatem recurrit. Amittitur autem quinque modis: capitis minutione, rei mutatione, non utendo, in jure cessione, dominii comparatione. 29. Capitis minutione amittitur, si in insulam fructuarius deportetur, vel si ex causa metalli servus pœnæ efficiatur, aut si statum ex adrogatione vel adoptione mutaverit. 30. Non utendo amittitur ususfructus, si possessione fundi biennio fructuarius non utatur, vel rei mobilis anno. 31. Rei mutatione amittitur ususfructus, si domus legata incendio conflagraverit, aut ruina perierit, licet postea restituatur. 32. In jure cessione amittitur ususfructus, quoties domino proprietatis eum fructuarius in jure cesserit. 33. Finitur ususfructus aut morte aut tempore: morte, cum ususfructuarius moritur; tempore, quoties ad certum tempus ususfructus legatur, velut biennio aut triennio.

34. Fundo vel servo legato, tam fundi instrumentum quam servi peculium ad legatarium pertinet. 35. Quærendorum fructuum causa esse videntur, qui opus rusticum faciant, et monitores et villici et saltuarii, item boves aratorii, aratra, bidentes et falces putatoriæ, frumentum

(1) Fortasse: *omnibus*.

quoque ad vementum repositum. 36. Cogendorum fructuum causa comparata instrumento cedunt, velut corbes, alvei, falces messoriæ et fœnariæ, item molæ olivariæ. 37. Conservandorum fructuum causa comparata instrumento cedant, velut dolia, cupæ, vehicula rustica, cibaria, pistores, asini, focariæ, item ancillæ quæ vestimenta rusticis faciunt; scotra quoque et autor continebuntur. 38. Uxores eorum qui operantur, magis est ut instrumento cedant. Pecora quoque et pastores eorum, stercorandi causa comparata, instramento continentur. 39. Ea autem quæ custodiæ magis causa, quam ad usus patrisfamilias eo delata sunt, instrumenti nomine non continentur. 40. Uxores vero eorum qui mercedes præstare consueverunt, neque instructionis neque instrumenti appellatione continentur. 41. Piscationis et venationis instrumentum ita demum instrumento fundi continentur, si ex his maxime fundi reditus cogatur. 42. Fructus percepti instrumento fundi ita demum cedunt, si ibidem absumi a testatore consueverunt. 43. Fundo cum omni instrumento rustico et urbano, et mancipiis quæ ibi sunt, legato, semina quoque et cibaria debebuntur. 44. Fundo cum omni instrumento rustico et urbano, et mancipiis quæ ibi sunt, legato, tam supellex quam æramentum, itemque argentum et vestes quæ ibi paterfamilias instruendi gratia habere solet, debebuntur; item ea mancipia quæ usui patrifamilias esse solent, itemque aves et pecora quæ instruendarum epularum gratia in fundo comparata sunt, exceptis his quæ ibi custodiæ causa deposita sunt. 45. Fundo legato UTI OPTIMUS MAXIMUSQUE EST, retia apraria et cetera venationis instrumenta continebuntur: quæ etiam ad instrumentum pertinent, si quæstus fundi ex maxima parte in venationibus consistat. 46. Fructus qui solo cohærebant mortis testatoris tempore, ad legatarium pertinent; ante percepti, ad heredem. 47. Fundo legato cum mancipiis et pecoribus et omni instrumento

Digitized by Google

rustico et urbano, peculium actoris ante testatorem defuncti, si ex eodem fundo fuerit, magis placet ad legatarium pertinere. 48. Actor vel colonus ex alio fundo, in eodem constitutus qui cum omni instrumento legatus erat, ad legatarium non pertinet, nisi eum ad jus ejus fundi testator voluerit pertinere. 49. Adjunctiones quas fundo legato testator ex diversis emptionibus applicaverat, legatario cedere placuit. 50. Instructo prædio legato, fabri ferrarii, item lignarii, putatores et qui instruendi fundi gratia ibidem morabantur, legato cedunt. 51. Instructo fundo legato, libri quoque et bibliothecæ quæ in eodem fundo sunt, legato continebuntur. 52. Servum studendi gratia ex eodem fundo qui cum mancipiis fuerat legatus, alio translatum, ad legatarium placuit pertinere. 53. Fundo ita ut possederat legato, mancipia tam urbana quam rustica, itemque aurum et vestes quæ eodem tempore in fundo comprehenduntur, ad legatarium pertinent. 54. Pascua quæ postea comparata ad fundum legatum testator adjunxerat, si ejus appellatione contineantur, ad legatarium pertinent. 55. Quidquid in eadem domo, quam instructam legavit, paterfamilias perpetuo instruendi se gratia habuit, legatario cedit. 56. Instructa domo legata, ea legato continentur, quibus domus munitior vel tuta ab incendio præstatur. Tegulæ, specularia et vela legato continebuntur; item æramenta, lecti, culcitæ, pulvini, subsellia, cathedræ, mensæ, armaria, delphicæ, pelves, conchæ, aquiminalia (1), candelabra, lucernæ et similia quæcunque materia expressa. 57. Domo legata, balneum ejus quod publice præbetur, nisi alias separetur, legato cedit. 58. Domo, cum omni jure suo, sicut instructa est, legata, urbana familia, item artifices et vestiarii et sotarii et aquarii eidem domui servientes legato cedunt.

(1) Alias : *aquimanilia*.

Google

59. Omnibus quæ in domo sunt legatis, cautiones debitorum rationesque servorum legato cedunt. 60. Mobilibus legatis, aurum vel argentum non debetur, nisi de his quoque manifeste sensisse testatorem possit ostendi. 61. Instrumento cauponio legato, ea debentur quæ in cauponis usum parata sunt, velut vasa in quibus vinum defunditur; escaria quoque et pocularia vasa debentur. Sane ministri earum rerum legato non cedunt. 62. Instrumento medici legato, collyria et emplastra et apparatus omnis conficiendorum medicamentorum, itemque ferramenta legato cedunt. 63. Instrumento pictoris legato, colores, penicilli, cauteria et temperandorum colorum vasa debebuntur. 64. Pistoris instrumento legato, cribra, asini, molæ et servi qui pistrinum exercent, item machinæ quibus farinæ subiguntur, legato cedunt. 65. Instrumento balneatorio legato, balneator ipse, et seamna, et hypodia, fistulæ, miliaria, epistomia, rotæ aquariæ, jumenta quoque quibus ligna deferuntur, legato cedunt. 66. Instrumento piscatoris legato, et retia et nassæ et fuscinæ et naviculæ, hami quoque et cetera ejusmodi usibus destinata debentur. 67. Supellectile legata, capsæ, armaria non solum librorum aut quæ vestis ponendæ gratia parata sint, debebuntur, sed et byssina et crystallina et argentea et vitrea vasa, tam escaria quam pocularia, et vestes stratoriæ legato cedunt. 68. Villis vel agris separatim legatis, alterum alteri cedit. 69. Servis legatis ancillæ quoque debebuntur, non item servi, legatis ancillis; sed ancillarum appellatione tam virgines quam servorum pueri continentur, iis scilicet exceptis quæ fiduciæ datæ sunt. 70. Servis amanuensibus legatis, omnes qui ex conversatione urbana et in ministerio fuerint, debebuntur, nisi ex his aliqui perpetuo ad opus rusticum transferantur. 71. Venatores servi vel aucupes an inter urbana ministeria contineantur, dubium remansit, et ideo volun-

Digitized by Google

tatis est quæstio : tamen si instruendarum quotidianarum epularum gratia habentur, debentur. 72. Muliones et institores inter urbana ministeria continentur ; item opsonatores, et vestiarii, et cellarii, et cubicularii, et arcarii, et coqui, placentarii, tonsores, pictores, lecticarii, stabularii. 73. Pecoribus legatis, quadrupedes omnes continentur quæ gregatim pascuntur. 74. Jumentis legatis, boves non continentur ; equis vero legatis, equas quoque placuit contineri. Ovibus autem legatis, agni non continentur, nisi annuales sint. 75. Grege ovium legato, arietes etiam continentur. 76. Avibus legatis, anseres, phasiani, gallinæ et aviaria debebuntur. An autem phasianarii et pastores anserum, voluntatis quæstio est. 77. Dulcibus legatis, sapa, defrutum, mulsum, dulce etiam vinum, palmæ, caricæ, uvæ passæ debebuntur; sed in hoc quoque voluntatis est quæstio, quia et in specie pomorum comprehendi possunt. 78. Frugibus legatis, tam leguminia quam hordeum et triticum continentur. 79. Veste legata, ea cedunt quæ ex lana et lino texta sunt ; item serica et bombycina, quæ tamen induendi, operiendi, cingendi, sternendi injiciendique causa parata sunt : pelles quoque indutoriæ continebuntur. 80. Veste virili legata, ea tantummodo debebuntur quæ ad usum virilem salvo pudore attinent. Stragula quoque huic legato cedunt. 81. Muliebri veste legata, omnia quæ ad usum muliebrem spectant, debebuntur. 82. Lana legata, sive succida sive lota sit, sive pectinata sive versicoloria, legato cedit ; purpura vero aut stamen subtemenve hoc nomine non continentur. 83. Mundo muliebri legato, ea cedunt per quæ mundior mulier lautiorque efficitur, velut speculum, conchæ, situli ; item buxides, unguenta et vasa in quibus ea sunt ; item sella balnearis et cetera ejusmodi. 84. Ornamentis legatis, ea cedunt per quæ ornatior efficitur mulier, velut annuli, catenæ, reticuli, et cetera quibus collo

Digitized by Google

vel capite vel manibus mulieres ornantur. 85. Argento legato, massæ tantummodo debebuntur : vasa enim quæ proprio nomine separantur, legato non cedunt, quia nec, lana legata, vestimenta debebuntur. 86. Vasis argenteis legatis, ea omnia continentur quæ capacitati alicui parata sunt, et ideo tam potoria quam escaria ; item ministeria omnia debebuntur, veluti urceoli, pateræ, lances, piperatoria, cochlearia quoque, itemque trullæ, calices, scyphi et his similia. 87. Libris legatis, chartæ volumina vel membranæ et philuræ continentur; codices quoque debentur : librorum enim appellatione non volumina chartarum, sed scripturæ modus, qui certo fine concluditur, æstimatur. 88. Auro legato, gemmæ quoque inclusæ, itemque margaritæ et smaragdi legato cedunt; sed magis est voluntatis esse quæstionem : infectum enim aurum debetur; factum enim ornamentorum genere continetur. 89. Vasis argenteis legatis, emblemata quoque ex auro infixa legato cedunt. 90. Argento potorio legato, omnia quæ ad poculorum speciem comparata sunt, debebuntur, veluti pateræ, calices, scyphi, urceoli, cænophoria et conchæ. 91. Carruca cum junctura legata, mulæ quoque legatæ, non mulio videtur, propter quotidianam loquendi consuetudinem.

92. Prolatis codicillis vel alio testamento quibus ademptum est legatum vel certe rescissum, perperam soluta repetuntur.

Tit. VII. De mortis causa donationibus.

1. Mortis causa donat, qui ad bellum proficiscitur et qui navigat, ea scilicet conditione ut, si reversus fuerit, sibi restituatur; si perierit, penes eum remaneat cui donavit. 2. Donatio mortis causa, cessante valetudine, et secuta sanitate, et pœnitentia etiam revocatur : morte enim tantummodo convalescit.

Google

Tit. VIII. Ad legem Falcidiam.

1. Exhausta legatis aut fideicommissis vel mortis causa donationibus hereditate, auxilio Falcidiæ institutus heres quadrantem retinere potest. 2. Quoties de modo quartæ retinendæ quæritur, propter periculum plus petendi, officio judicis omnibus æstimatis, quarta facienda est, quæ apud heredem remaneat; aut certe exigenda cautio a legatario, ut quod plus dodrante percepit, restituat. 3. Ea quæ mater vivo filio donavit, in quartam non imputantur. 4. Ex mora præstandorum fideicommissorum vel legatorum fructus et usuræ peti possunt; mora autem fieri videtur cum postulanti non datur.

Digitized by Google

LIBER QUARTUS.

Tit. I. De fideicommissis.

1. Ab uxore cui vir dotem prælegavit, fidei commissum relinqui non potest; quia non ex lucrativa causa testamento aliquid capit, sed proprium recipere videtur. 2. A postumo herede instituto fideicommissum dari potest. 3. Ab imperatore herede instituto legatum et fideicommissum peti potest. 4. A surdo vel muto, sive legatum acceperit, sive heres institutus sit vel ab intestato successerit, fideicommissum relinquitur. 5. Qui fideicommissum relinquit, etiam cum eo qui relinquit, loqui potest, velut: PETO, CAI SEI, CONTENTUS SIS ILLA RE, aut, VOLO TIBI ILLUD PRÆSTARI. 6. Fideicommittere his verbis possumus: ROGO, PETO, VOLO, MANDO, DEPRECOR, CUPIO, INJUNGO. DESIDERO quoque et IMPERO verba utile faciunt fideicommissum; RELINQUO vero et COMMENDO nullam fideicommissi pariunt actionem. 7. Tam nostras res quam alienas per fideicommissum relinquere possumus; sed nostræ statim, alienæ autem æstimatæ aut redemptæ præstantur. 8. Si alienam rem tanquam suam testator per fideicommissum reliquerit, non relicturus si alienam scisset, ut solet legatum, ita inutile erit fideicommissum. 9. Testator supervivens si eam rem quam reliquerat vendiderit, extinguitur fideicommissum. 10. Codicillis qui testamento confirmati non sunt, adscriptum fideicommissum jure debetur. 11. Filio quibuscumque verbis a patre fideicommissum relictum jure debetur: sufficit enim inter conjunctas personas quibuscumque verbis, ut in donatione, voluntas expressa; et ideo etiam pridie quam moriatur, recte relictum videtur. 12. In tempus emancipationis, vel cum sui

Google

juris erit, fideicommissum relictum quocumque modo patria potestate liberato debetur. 13. Rogati invicem sibi, si sine liberis decesserint, hereditatem restituere, altero decedente sine liberis, hereditas ad eum pervenit qui supervixit; nec ex eo pacisci contra voluntatem testatoris possunt. 14. Heres ante aditam hereditatem, legatarius antequam legatum accipiat, fideicommissum præstare non possunt. 15. Rem fideicommissam si heres vendiderit, eamque sciens comparaverit, nihilominus in possessionem ejus fideicommissarius mitti jure desiderat. 16. Quoties libertis fideicommissum relinquitur, ad eos tantummodo placuit pertinere qui manumissi sunt, vel qui in eodem testamento libertatem intra numerum legitimum consecuti sunt. 17. Cui ab herede fideicommissum non præstatur, non solum in res hereditarias, sed et in proprias heredis inducitur. 18. Jus omne fideicommissi non in vindicatione, sed in petitione consistit.

Tit. II. De senatusconsulto Trebelliano.

Senatusconsulto Trebelliano prospectum est, ne solus heres omnibus hereditariis actionibus oneretur; et ideo quoties hereditas ex causa fideicommissi restituitur, actiones ejus in fidei commissarium transferuntur, quia unicuique damnosam esse fidem suam non oportet.

Tit. III. De senatusconsulto Pegasiano.

1. Inter heredem et fideicommissarium cui ex Pegasiano hereditas restituitur, partis et pro parte stipulatio interponitur, ut heredi instituto pro quarta actiones, pro ceteris vero portionibus fideicommissario competant. 2. Totam hereditatem restituere rogatus, si quartam retinere nolit, magis est ut eam ex Trebelliano debeat restituere: tunc enim omnes actiones in fideicommissarium dantur. 3. Lex Falcidia, itemque senatusconsultum Pegasianum,

deducto omni ære alieno deorumque donis, quartam tantum residua hereditatis ad heredem voluit pertinere, 4. Qui totam hereditatem restituit, cum quartam retinere ex Pegasiano debuisset, si non retineat, repetere eam non potest: nec enim indebitum soluisse videtur, qui plurium fidei defuncto præstare maluit.

Tit. IV. De repudianda hereditate.

1. Recusari hereditas non tantum verbis, sed etiam re potest, et alio quovis indicio voluntatis. 2. Heres per magistratus municipales ex auctoritate præsidis, fideicommissario postulante, hereditatem adire et restituere compellitur. 3. Fideicommissarius, si affirmet heredem nolle adire hereditatem, absente eo interponi decretum, et in possessionem mitti jure desiderat. 4. Suspecta hereditatem adire compulsus omnia ex Trebelliano restituit.

Tit. V. De inofficiosi querela.

1. Inofficiosum dicitur testamentum quod, frustra liberis exheredatis, non ex officio pietatis videtur esse conscriptum. 2. Post factum a matre testamentum filius procreatus, non mutata ab ea, cum posset, voluntate, ad exemplum præteriti, inofficiosi querelam recte instituit. 3. Testamentum in quo imperator scriptus est heres, inofficiosum argui potest; eum enim qui leges facit, pari majestate legibus obtemperare convenit. 4. Qui inofficiosum dicere potest (1), hereditatem petere non prohibetur. 5. Filius ex asse heres institutus inofficiosum dicere non potest: nec interest exhausta necne sit hereditas, cum apud eum quarta aut legis Falcidiæ aut senatusconsulti Pegasiani beneficio sit remansura. 6. Quartæ por-

(1) Aliàs : *non potest.*

tionis portio liberis, deducto ære alieno et funeris impensa, præstanda est, ut ab inofficiosi querela excludantur : libertates quoque eam portionem minuere placet. 7. Filius, judicio patris si minus quarta portione consecutus sit, ab quarta sibi a coheredibus extra inofficiosi querelam impletur, jure desiderat. 8. Pactio talis ab de inofficioso testamento dicatur, querelam super judicio futuram non excludit : meritis enim liberos magis, quam pactionibus adstringi placuit. 9. Rogatus hereditatem restituere, etsi inofficiosi querelam instituerit, fideicommissum non fit injuria : quartam enim solummodo hereditatis amittit, quam beneficio senatusconsulti habere potuisset. 10. Heres institutus habens substitutum si de inofficioso dixerit, nec obtinuerit, non id ad fiscum, sed ad substitutum pertinebit.

Tit. VII. De testamentis.

1. Tabulæ testamenti aperiuntur hoc modo, ut testes vel maxima pars eorum adhibeatur qui signaverint testamentum, ita ut agnitis signis, rupto lino, aperiatur et recitetur, atque ita describendi exempli fiat potestas; ac deinde signo publico obsignatum in archium redigatur, ut, si quando exemplum ejus interciderit, sit unde peti possit. 2. Testamenta in municipiis, coloniis, oppidis, præfectura, vico, castello, conciliabulo facta, in foro vel basilica præsentibus testibus vel honestis viris inter horam secundam et decimam diei recitari debebunt, exemploque sublato ab iisdem rursus magistratibus obsignari quorum præsentia constat aperta. 3. Testamentum lex statim post mortem testatoris aperiri voluit, et ideo, quamvis sit rescriptis variatum, tamen a præsentibus intra triduum vel quinque dies aperiendæ sunt tabulæ; ab absentibus quoque intra eos dies, cum supervenerint : nec enim oportet testamentum heredibus aut legatariis aut libertatibus, quam necessario vectigali moram fieri.

Digitized by Google

deducto omni ere alieno deorumque donis, quartam residuæ hereditatis ad heredem voluit pertinere. 4. Qui totam hereditatem restituit, cum quartam retinere ex Pegasiano debuisset; si non retineat, repetere eam non potest: hic enim indebitum solvisse videtur, qui plenam fidem defuncto præstare maluit.

Tit. IV. De repudianda hereditate.

1. Recusari hereditas non tantum verbis, sed etiam re potest, et alio quovis indicio voluntatis. 2. Heres per magistratus municipales ex auctoritate præsidis, fideicommissario postulante, hereditatem adire et restituere compelitur. 3. Fideicommissarius, si affirmet heredem nolle adire hereditatem, absente eo interponi decretum, et in possessionem mitti jure desiderat. 4. Suspiciam hereditatem adire compulsus omnia ex Trebelliano restituit.

Tit. V. De inofficiosi querela.

1. Inofficiosum dicitur testamentum quod, frustra liberis exheredatis, non ex officio pietatis videtur esse conscriptum. 2. Post factum a matre testamentum filius procreatus, non mutata ab ea, cum posset, voluntate, ad exemplum præteriti, inofficiosi querelam recte instituit. 3. Testamentum in quo imperator scriptus est heres, inofficiosum argui potest; eum enim qui leges facit, pari majestate legibus obtemperare convenit. 4. Qui inofficiosum dicere potest (1), hereditatem petere non prohibetur. 5. Filius ex asse heres institutus inofficiosum dicere non potest: nec interest exhausta necne sit hereditas, cum apud eum quarta aut legis Falcidiæ aut senatusconsulti Pegasiani beneficio sit remansura. 6. Quartæ por-

(1) Aliàs : *non potest.*

Google

tionis portio liberis, deducto ere alieno et funeris impensa, præstanda est, ut ab inofficiosi querela excludantur : libertates quoque eam portionem minuere placet. 7. Filius, judicio patris si minus quarta portione consecutus sit, ab quarta ubi a coheredibus ejus inofficiosi querelam impletur, jure desiderat. 8. Pactio talis ab de inofficioso testamento dicatur, querelam super judicio futuram non excludit : meritis enim liberos magis, quam pactionibus adstringi placuit. 9. Rogatus hereditatem restituere, etsi inofficiosi querelam instituerit, fideicommissum non fit injuria : quartam enim solummodo hereditatis amittit, quam beneficio senatusconsulti habere potuisset. 10. Heres institutus habens substitutum si de inofficioso dixerit, nec obtinuerit, non id ad fiscum, sed ad substitutum pertinebit.

Tit. VII. De vicesima.

1. Tabulæ testamenti aperiuntur hoc modo, ut testes vel maxima pars eorum adhibeatur qui signaverint testamentum, ita ut agnitis signis, rupto lino, aperiatur et recitetur, atque ita describendi exempli fiat potestas; ac deinde signo publico obsignatum in archium redigatur, ut, si quando exemplum ejus interciderit, sit unde peti possit. 2. Testamenta in municipiis, coloniis, oppidis, præfectura, vico, castello, conciliabulo facta, in foro vel basilica præsentibus testibus vel honestis viris inter horam secundam et decimam diei recitari debebunt, exemploque sublato ab iisdem rursus magistratibus obsignari quorum præsentia constat aperta. 3. Testamentum lex statim post mortem testatoris aperiri voluit, et ideo, quamvis sit rescriptis variatum, tamen a præsentibus intra triduum vel quinque dies aperiendæ sunt tabulæ; ab absentibus quoque intra eos dies, cum supervenerint : nec enim oportet testamentum heredibus aut legatariis aut libertatibus, quam necessario vectigali moram fieri.

Google

Tit. VII. De lege Cornelia.

1. Qui testamentum falsum scripserit, recitaverit, subjecerit, signaverit, suppresserit, amoverit, resignaverit, deleverit, pœna legis Corneliæ de falsis tenebitur, id est, in insulam deportatur. 2. Non tantum is qui testamentum subjecit, suppressit, delevit, pœna legis Corneliæ coercetur, sed et is, qui sciens dolo malo id fieri jussit faciendumve curavit. 3. Testamentum supprimit, qui sciens prudensque tabulas testamenti in fraudem heredum vel legatariorum, fideicommissariorum, aut libertatum non profert. 4. Supprimere tabulas videtur, qui, cum habeat et proferre possit, eas proferre non curat. 5. Codicilli quoque, si lateant nec proferantur, supprimi videbuntur. 6. Edicto perpetuo cavetur, ut, si tabulæ testamenti non appareant, de earum exhibitione interdicto reddito, intra annum agi possit, quo ad exhibendum compellitur qui supprimit. Tabularum autem appellatione chartæ quoque et membranæ continentur.

Tit. VIII. De intestatorum successione.

1. * Intestati dicuntur qui testamentum facere non possunt, vel ipsi linum, ut intestati decederent, abrupserunt, vel hi quorum hereditas repudiata est, cujusve conditio defecerit. 2. * Sane jure prætorio factum testamentum objecta dolo exceptione obtinebit. Si quorum testamenta rumpuntur aut irrita fiunt, ipso quidem jure testati decedunt, sed per consequentiam sublato testamento intestati decedunt. 3. * Intestatorum hereditas lege duodecim tabularum primum suis heredibus, deinde agnatis et eliquando quoque gentibus deferebatur. Sane consanguineos lex non adprehenderat; interpretatione prudentium primum inter adgnatos locum acceperunt. 4. * Sui heredes sunt hi: primo loco filius filia in potestatem patris constituti; nec

interest adoptivi sint an naturales, et secundum legem Juliam Papiamve quæsiti, modo maneant in potestate. 5.* Qui sui heredes sunt, ipso jure heredes, etiam ignorantes, constituuntur, ut furiosi, aut infantes, et peregrinantes, quibus bonorum possessio propter prætoriam actionem non erat necessaria. 6.* In suis heredibus adeo a morte testatoris rerum hereditariarum dominium continuatur, ut nec tutoris auctoritas pupillis, nec furiosis curator sit necessarius, nisi forte solvenda sit (1) hereditas; quamvis etiam furiosus, si resipuerit, et pupillus, si adoleverit, abstinere possint. 7.* Post mortem patris natus vel ab hostibus reversus, aut ex primo secundove mancipio manumissus, cujusve erroris causa probata, licet non fuerint in potestate, sui tamen patri heredes efficiuntur. 8.* Post filios filias ad intestatorum successionem inter suos veniunt nepotes neptes, pronepotes proneptes, ac deinde masculino sexu post filium descendentes, si nullus parentum impedimento ipsis in avi potestate vel proavi familia remanserit; parentes enim liberis suis, cum quibus in potestate fuerunt ipsi, ordine successionis obsistunt. 9.* Filius, si cum nepotibus ex alio filio susceptis in familia retinetur, ad intestati patris successionem cum fratris filiis vocatur: quibus in patris sui partem venientibus, hereditas in stirpes, non in capita, dividitur, ita ut filius et plures nepotes singulos semisses habeant. Idemque eveniet si avo ex duobus filiis impari numero nepotes successerint. 10.* Ex filia nepotes sui heredes non sunt: in avi enim materni potestate, alienam familiam sequentes, ipsa ratione esse non possunt. 11.* Eo tempore suus heres constituendus est, quo certum est aliquem intestatum decessisse, quod ex eventu deficientis conditionis, et ortu nepotis qui vivo avo post mortem patris natus est, inire potest. 12.* Quem

(1) Probabiliter *solvendo non sit.*

filius emancipatus suscepit vel adoptavit, sui heredis locum in avi successione, sicut ipse pater, obtinere non potest. Adoptivus tamen, nec quasi cognatus, bonorum possessionem suam petere potest. 22. Si sui heredes non sint, ad agnatos legitima hereditas pertinebit, inter quos primum locum consanguinei obtinent. Agnati autem sunt cognati virilis sexus per virilem descendentes, sicut filius, frater, et patruus, et deinceps tota successio. 23. Inter agnatos et cognatos hoc interest, quod in agnatis etiam cognati continentur, inter cognatos vero agnati non comprehenduntur; et idcoo patruus et agnatus est et cognatus, avunculus autem cognatus tantummodo. 24. Consanguinei sunt eodem patre nati, licet diversis matribus, qui in potestate fuerunt mortis tempore; adoptivus quoque frater, si non sit emancipatus, et hi qui post mortem patris nati sunt vel causam probaverunt. 25. Soror jure consanguinitatis tam ad fratris quam ad sororis hereditatem admittitur. 26.* Consanguineis non existentibus, agnatis defertur hereditas, prout quis alterum gradu praecesserit. Quod si plures eodem gradu consistunt, simul admittuntur. 27. Si sint fratres defuncti et fratris filii vel nepotes, fratre non existente filius fratris nepoti praefertur. 28. Sed si duorum fratrum sint liberi, non in stirpes, sed in capita hereditas distribuitur, scilicet ut pro numero singulorum virilim distributae hereditas. 29. Filius fratris intestati filio sororis praefertur. 30. Legitimi heredes jure civili intra centesimam diem nisi adierint hereditatem, ad proximos eadem successio transfertur. 31. Feminae ad hereditates legitimas ultra consanguineas successiones non admittuntur, idque jure civili Vocaniana ratione videtur effectum. Ceterum lex duodecim tabularum nulla discretione sexus cognatos (1) admittit. 32. In he-

(1) Melius: *agnatos.*

reditate legitima successioni locus non est, et ideo fratre decedente antequam adeat aut repudiet hereditatem, fratris filius admitti non potest, quia omnis successio proximiori defertur. 24. Ab hostibus captus neque qui neque legitimi heredis jus amittit postliminio reversus. Quod et circa eos qui in insulam deportantur, vel servi, pœnæ effecti sunt, placuit observari, si per omnia in integrum indulgentia principali restituantur. 25. Pro herede gerere est destinatione futuri dominii aliquid ex hereditariis rebus usurpare; et ideo pro herede gerere videtur qui fundorum hereditariorum culturas rationesque disponit; et qui servis hereditariis, jumentis rebusque aliis utitur. 26. Ex pluribus heredibus iisdemque legitimis, si qui omiserint hereditatem, vel in adeundo aliqua ratione fuerint impediti, his qui adierunt, vel eorum heredibus omittentium portiones adcrescunt. Quod in herede instituto [enim] qui acceperat substitutum venire non poterit; diversa enim causa est testati et legitimi.

Tit. IX. Ad senatusconsultum Tertullianum.

1. Matres tam ingenuæ quam libertinæ cives Romanæ, ut jus liberorum consecutæ videantur, ter et quater peperisse sufficiet, dummodo vivas et pleni temporis pariant. 2. Quæ semel uno partu tres filios edidit, jus liberorum non consequitur; non enim ter peperisse, sed semel partum fudisse videtur, nisi forte per intervalla pariat. 3. Mulier si monstrosum aliquid aut prodigiosum enixa sit, nihil proficit; non sunt enim liberi qui contra formam humani generis consueto more procreantur. 4. Partum qui membrorum humanorum officia ampliavit, quia hac ratione aliquatenus videtur effectus, matri prodesse placuit. 5. Septimo mense natus matri prodest; ratio enim Pythagorei numeri hoc videtur admittere, ut aut septimo pleno aut decimo mense partus maturior videatur. 6. Aborsus

Google

nulla pactus, mater partum efficere non videbitur. 7. Liberorum jus liberorum consequi potest, quater eam peperisse infinit. 8. Latina ingenua jus Quiritum consecuta, si ter peperit, ad legitimam filii hereditatem admittitur: non est enim manumissa. 9. Jus liberorum mater habet, quæ tres filios aut habet, aut habuit, aut neque habet neque habuit, cui sapeserunt; habuit, quæ amisit; neque habet neque habuit, quæ beneficio principis jus liberorum consecuta est. 10. (1) Mater per fratrem excluditur, et in subsessionem frater cum sorore æqua sorte procedit. Quod si frater defuerit, mater et filii, quantæ fuerint, æquales accipiunt portiones.

Tit. X. Ad senatusconsultum Orfitianum.

1. Filii vulgo quæsiti ad legitimam matris hereditatem adipiscendam non prohibentur, quia pari jure, ut legitimam matribus, ita ipsis maternam hereditatem deferri debeberet. 2. Ad filiam emancipatam vel libertam ex senatusconsulto Claudiano effectam, legitima matris intestatæ hereditas pertinere non potest, quia neque servi neque liberi matrem eisdem habere intelliguntur. 3. Ad legitimam intestatæ matris hereditatem filii cives Romani, non etiam Latini admittuntur, cives autem Romani eo tempore esse oportet, quo ab iisdem legitima hereditas detur. 4. Filius maternam hereditatem æquidemque legitimam, nisi adeunde quæsita non potest.

Tit. XI. De gradibus.

1. Primo gradu superiori linea continentur pater, mater, inferiori filius filia. Quibus nulla alia persona jungitur. 2. Secundo gradu continentur superiori linea avus, avia, inferiori nepos neptis, transversa frater soror. Quæ perso-

(1) Ex lege Romana Burgundionum, tit. 28.

ne deficantur, avus enim et avia tam ex patre quam ex matre, nepos neptis tam ex filio quam ex filia, frater soror tam ex patre quam ex matre accipiuntur. Quæ personæ æquivalent quibusque gradibus, similiter pro substantia earum quæ in eoque gradu consistunt, ipso ordine duplicantur. 3. Tertio gradu veniunt supra proavus proavia, infra pronepos proneptis, ex obliquo fratris sororisque filius filia, patrui amitæ, id est, patris frater et soror, avunculus matertera, id est, matris frater et soror. 4. Quarto gradu veniunt supra abavus abavia, infra abnepos abneptis, ex obliquo fratris et sororis nepos neptis, frater patruelis soror patruelis, id est, patrui filius filia; consobrinus consobrina, id est, avunculi et materteræ filius filia; amitinus amitina, id est, amitæ filius filia; itemque consobrini qui ex duabus sororibus nascuntur. Quibus adcrescit patruus magnus amita magna, id est, avi paterni frater et soror; avunculus magnus matertera magna, id est, avi tam paternæ quam maternæ frater et soror. 5. Quinto gradu veniunt supra quidem atavus atavia, infra adnepos adneptis, ex obliquo fratris et sororis pronepos proneptis; fratris patruelis sororis patruelis, amitinus amitina, consobrini consobrinæ filius filia, propinquus sobrinus sobrina, id est, patrui magni amitæ magnæ, avunculi magni materteræ magnæ filius filia. His adcrescunt propatruus promamita, hi sunt proavi paterni frater et soror; proavunculus promatertera, hi sunt proaviæ paternæ maternæque frater et soror, proavique materni. 6. Sexto gradu veniunt supra tritavus tritavia, infra trinepos trineptis, ex obliquo fratris et sororis abnepos abneptis, fratris patruelis sororis patruelis, amitini amitinæ, consobrini consobrinæ nepos neptis; patrui magni amitæ magnæ, avunculi magni materteræ magnæ nepos neptis, id est, propioris sobrini filius filia, qui consobrini appellantur. Quibus adcrescunt

propatrui proamita, proavunculi promatertera filius filia; abpatruus abamita, hi sunt abavi paterni frater et soror; abavunculus abmatertera, hi sunt abavis paternis maternisque frater et soror, abavique materni. 7. Septimo gradu qui sunt cognati recta linea supra infraque, proprius nominibus non appellantur; sed ex transversali linea continentur fratris sororisve adnepos adneptis, consobrinii filii filiæque. 8. Successionis idcirco gradus septem constituti sunt, quia ulterius per rerum naturam nec nomina inveniri, nec vita succedentibus prorogari potest.

Tit. XII. De manumissionibus.

1. Servum communem unus ex dominis manumittendo Latinum facere non potest, nec magis quam civem Romanum: cujus portio, eo casu quo, si proprius esset, ad civitatem Romanam perveniret, socis adoscit. 2. Mutus et surdus servum vindicta liberare non possunt; inter amicos tamen et per epistolam manumittere non prohibentur. Ut autem ad justam libertatem pervenire possit, conditione venditionis excipi potest. 3. Tormentis apud præsidem subjectus, et de nulla culpa confessus, ad justam libertatem perduci potest. 4. Fidei commissa libertas data facto heredis non mutatur, si servum, quem manumittere jussus est, vinxerit. 5. Communem servum magis ex sociis vinciendo futuræ libertati non necebit; inter pares enim sententias clementior severiori præfertur, et certe humanæ rationis est favere miserioribus, et prope innocentes dicere quos absolute nocentes pronuntiare non possumus. 6. Debitor creditorve servum pignoris ejiciendo deditiium facere non possunt; alter enim alterve eausam pignoris deteriorem facere non potest. 7. Servus, furiosi domini vel pupilli jussu vinctus, deditiorum numero non efficitur; quia neque furiosus neque pupillus exacti consilii capax est. 8. Non tantum si ipse

Google

dominus vinciat, nocet libertati, sed et si vinciri jubeat, aut vinciendi procuratoris actorisve factum comprobet. Quod si antequam sciret vinctum, solutionis ejus causas adeptus haberet, libertati futura vincula non nocebunt. 2. Ceco curator dari non potest, quia ipse sibi procuratorem instituere potest.

Tit. XIII. De fideicommissis libertatibus.

1. Ea conditione heres institutus: si liberos suos emancipaverit, omnimodis eos cogendus est emancipare: pro conditione enim hoc loco emancipatio videtur adscripta. 2. Decedente eo a quo fideicommissa libertas relicta est, heredes ejus eam præstare cogendi sunt. 3. Si decedens servis suis libertatem ita dederit: illum et illum liberos esse volo, eosque filius meus tutores do, impeditur fideicommissa libertas, quia pupilli sine tutoris auctoritate manumittere non possunt, et habentibus tutores tutor dari non potest. Sed interim vice absentium pupilli habebuntur, ut ex decreto amplissimi ordinis primum libertas ho deinde tutela competere possit.

Tit. XIV. Ad legem Furiam (1) Caninian.

1. Nominatim servi testamento manumitti secundum legem Furiam possunt. Nominatim autem manumittere intelligitur hoc modo: Stichus liber esto. Cum autem ipsonaporum vel qui ex ancilla illa nascitur liberum esse volo, ex Orphitiano senatusconsulto perinde libertas competit, ac si nominatim data sit: officiorum enim et artium appellatio nihil de significatione nominum mutat, nisi forte plures sint qui eo officio designentur: tunc enim nomen adjungendum est, ut elucceat de quo testator sensisse videatur. 2. Codicillis testamento confirmatis datæ liber-

(1) Alias: *Fasiam.*

tates, cum his quæ tabulis testamenti datæ sunt, concurrunt, et sive antecedant sive sequantur testamentum, novissimo loco adhibentur, quia ex testamento utrœque confirmantur. 3. Quoties numerus servorum propter legem Furiam Caniniam ineundus est, fugitivi quoque, quorum semper possessio animo retinetur, computandi sunt. 4. Lege Furia Caninia cavetur, ut certus servorum numerus testamento manumittatur: ubi enim ad decem usque, id decima pars dimidia, ab decem usque ad triginta pars tertia, a triginta usque ad centum pars quarta, a centum usque ad quingentos pars quinta, a quingentis usque ad mille pars sexta, quam centum ex majore numero servorum manumittere non licet.

TITULUS XIV.

1. Possessionem adquirimus et animo et corpore, animo utique nostro, corpore vel hominis, vel loci, vel quodcumque aliud animo adipiscimur, quod possessionem non [illegible] adipiscere tamen nudo animo possumus [illegible] 2. Per liberos [illegible] liberis nostris servique eorum [illegible] in potestate nostra non sunt, sed per procuratorem adquirere possumus [illegible]

Google

LIBER QUINTUS.

Tit. I. De liberali causa.

1. Qui contemplatione extremæ necessitatis aut alimentorum gratia filios suos vendiderint, status ingenuitatis eorum non præjudicat: homo enim liber nulla pretio æstimatur. Liberi nec pignori ab his aut fiduciæ dari possunt, eo quo facto scienti creditori deportatur. Operæ tamen eorum locari possunt. 2. Veritati et origini ingenuitatis manumissio, quocumque modo facta fuerit, non præjudicat. 3. Descriptio ingenuorum, ex officio fisci inter fiscalem familiam facta, ingenuitati non præjudicat. 4. Qui metu et impressione alicujus terroris apud acta præsidis servum se esse mentitus est, postea statum suum defendenti non præjudicat. 5. Post susceptum liberale judicium, si assertor causam deseruerit, in alium assertorem omne judicium transferri placuit. In priorem vero, quod prodendæ libertatis gratia factum est, extra ordinem vindicatur: non enim oportet susceptam status causam, nulla cogente necessitate, destitui.

Tit. II. De usucapione.

1. Possessionem adquirimus et animo et corpore: animo utique nostro, corpore vel nostro, vel alieno. Sed nudo animo adipisci quidem possessionem non possumus; retinere tamen nudo animo possumus, sicut in saltibus hibernis æstivisque contingit. 2. Per liberas personas, quæ in potestate nostra non sunt, adquiri nobis nihil potest; sed per procuratorem adquiri nobis possessionem posse, utilitatis causa receptum est. Absente autem domino

Digitized by Google

comparata non aliter ei, quam si rata sit, quæritur. 3. Longi autem temporis præscriptio inter præsentes continuo decennii spatio, inter absentes vicennii, comprehenditur. 4. Viginti annorum præscriptio etiam adversus rempublicam prodest ei qui justum initium possessionis habuit, nec medio tempore interpellatus est, tacita tamen, quanti ejus interest adversus eos reipublicæ datum, quibus negotia defendere neglexerunt. 5. Si post initum intra tempora quæstionem res ad novum dominium captione transierit, nec is per viginti annos fuerit inquietatus, avelli ei possessionem non oportet.

Tit. III. De his quæ per turbam fiunt.

1. In eos qui per turbam seditiosam vel damnum alicui dederint, dandamve curaverint, si quidem res pecuniaria est, æstimatione dupli sarcitur; quod si ex hoc corpori alicujus, vitæ, membrisve nocetur, extraordinaria vindicatur. 2. Quidquid ex incendio, ruina, naufragio, navisve expugnata raptum, susceptum suppressumve fuerit, ea ante in quadruplum ejus rei quam quis suppresserit, celaverit, rapuerit, convenitur, postea vero in simplum. 3. Hi qui ædes alienas villasve expilaverint, effregerint, expugnaverint, si quidem id turba cum telis egerit, fecerint, capite puniuntur. Telorum autem appellatione omnia ex quibus saluti hominis nocari possit, accipiuntur. 4. Receptores egressorum, itemque latronum, eadem pœna afficiuntur qua ipsi latrones: sublatis enim suscepto-ribus, grassantium cupido conquiescit. 5. Furca vel septem balnearum plerumque in metallum aut in opus publicum damnantur. Nonnunquam pro frequentia admissorum judicantis sententia temperatur. 6. Incendiarii, qui consulto incendium inferunt, summo supplicio afficiuntur. Quod si incuria eorum ignis evaserit, dupli compendio damnum ejusmodi sarciri placuit.

Google

Tit. IV. De injuriis.

1. Injuriam patimur aut in corpore aut extra corpus: in corpus, verberibus et illatione stupri; extra corpus, convitiis et famosis libellis, quod ex affectu uniusque juxque patientis et facientis æstimatur. 2. Furiosus, itemque infans, affectu dolo et capta contumelia carent: idcirco injuriarum agi cum his non potest. 3. Si liberis qui in potestate sunt, aut uxori fiat injuria, nostra interest vindicare: idcoque per nos actio inferri potest, si modo is qui fecit in injuriam nostram id fecisse dicatur. 4. Corpori injuria infertur, cum quis pulsatur, cuique stuprum infertur, aut de stupro interpellatur: quæ res extra ordinem vindicatur: ita ut pulsatio pubevis pœna capitis vindicetur. 5. Sollicitatores alienarum nuptiarum, itemque maritimonioruin interpellatores, etsi effecta sceleris potiri non possunt, propter voluntatem pravitatis libidinis extra ordinem puniuntur. 6. Injuriarum actio aut lege, aut more, aut mixto jure introducta est. Lege duodecim tabularum, de famosis carminibus, membris raptis, et ossibus fractis. 7. Moribus, quoties factum, pro qualitate sui arbitrio judicis æstimatum, congruentis pœnæ supplicio vindicatur. 8. Mixto jure injuriarum actio ex lege Cornelia constituitur, quoties quis pulsatur, vel cujus domus introrsus ab iis qui vulgo directarii (1) appellantur: in quos extra ordinem animadvertitur, ita ut prius ingruentis consilium pro modo commenti fraudis pœna vindicetur exsilii aut metalli aut operis publici. 9. Injuriarum civiliter damnatus, ejusque æstimationem inferre jussus, famosus efficitur. 10. Atrox injuria æstimatur aut loco, aut tempore, aut persona: loco, quoties in publico irrogatur; tempore, quoties interdiu; persona, quo-

(1) Alii : *directarii*.

ties senatori vel equiti romano, decurioni vel alias spectatæ auctoritatis viro; et si plebeius vel humili loco natus senatori vel equiti Romano, decurioni vel magistratui, vel edili vel judici, quilibet horum vel si his omnibus plebeius. 22. Qui per calumniam injuriæ actionem instituit, extra ordinem punitur: omnes enim calumniatores exsilii vel insulæ relegatione aut ordinis amissione puniri placuit. 23. Injuriarum non nisi præsentes accusare possunt: crimen enim quod vindicta aut calumniæ judicium exspectat, per alios intendi non potest. 24. Fit injuria contra bonos mores, veluti si quis fimo corruptio alienam perfuderit, cœno, luto oblinierit, aqua spurcaverit, fistulas, lacus quidve aliud in injuriam publicam contaminaverit, in quos graviter animadverti solet. 25. Qui puero prætextato stuprum alindve flagitium abducto ab eo vel corrupto comite persuaserit, mulierem puellamve interpellaverit, quidve corrumpendæ pudicitiæ gratia fecerit, domum præbuerit, pretiumve quo id persuadeat dederit, perfecto flagitio capite punitur, imperfecto in insulam deportatur. Corrupti comites summo supplicio afficiuntur. 26. Qui carmen famosum in injuriam alicujus vel alia quælibet cantica, quo agnosci possit, composuerit, ex auctoritate amplissimi ordinis in insulam deportatur: interest enim publicæ disciplinæ opinionem uniuscujusque a turpi carminis infamia vindicare. Carmen facit non tantum qui satyras et epigrammata, sed illegitimam insectandi alicujus causam quidve aliud alio genere composuit. De ratione et de personarum dignitate nihil curatur, quoniam omnimodo defomanda est ejus persona contra quem venimus; sed in hoc modus quidam et ratio adhibenda est: æstimatio enim etiam hoc modo læditur. 27. Psalterium, quod vulgo dicitur canticum, in alterius infamiam compositum et publice cantatum, tam in eos qui hoc cantaverint, quam in eos qui composuerint, extra

Google

ordinem vindicatur: eo acrius, si personæ dignitas ab hac injuria defendenda sit. 17. In eos auctores qui famosos libellos in contumeliam alterius proposuerint, extra ordinem, usque ad relegationem inclusæ, vindicatur. 18. Convicium judici ab appellatoribus fieri non oportet; alioquin infamia notantur. 19. Maledictum, itemque convicium publice factum ad injuriæ vindictam revocatur: quo facto condemnatus infamis efficitur. 20. Non tantum is qui maledictum aut convicium ingesserit, injuriarum convictus famosus efficitur, sed et is cujus ope consiliove factum esse dicitur. 21. Convicium contra bonos mores fieri videtur, si obsceno nomine, aut inferiore parte corporis nudatus, aliquis insectatus sit: quod factum, contemplatione morum et causa publicæ honestatis, vindictam extraordinariæ ultionis expectat. 22. Servus qui injuriam aut contumeliam fecerit, si quidem atrocem, in metallum damnatur; si verò levem, flagellis cæsus sub pœna vinculorum temporalium domino restituitur.

TIT. V. A. DE EFFECTU SENTENTIARUM, ET FINIBUS LITIUM.

1. Res judicatæ videntur ab his qui imperium potestatemque habent, vel qui ex auctoritate eorum inter partes dantur, itemque a magistratibus municipalibus usque ad summam qua jus dicere possunt, itemque ab his qui ab imperatore extra ordinem petuntur. Ex compromisso autem judex sumptus rem judicatam non facit; sed si pœna inter eos promissa sit, pœna rei in judicium deductæ ex stipulatu petit potest. 2. Confessi debitores pro judicatis habentur: ideoque ex die confessionis tempora solutionis præstituta computantur. 3. Confiteri quis in judicio non tantum sua voce, sed et litteris et quocumque modo potest. Convinci autem non nisi scriptura aut testibus potest. 4. Eorum qui debita confessi sunt, pignora capi et distrahi possunt. 5. Confessionem suam reus in duplum

Google

revocare non potest. 6. Ea quæ altera parte arbitrii decernuntur, vim rerum judicatarum non habent. 7. Tribus litteris vel edictis, aut uno pro omnibus dato (1), aut trina denuntiatione conventus nisi ad judicium ad quem sibi denuntiatum est, aut cujus litteris vel edicto conventus est, venerit, quasi in contumaciam dicta sententia auctoritatem rerum judicatarum obtinet; quin immo nec appellari potest ab ea. Ab ea sententia quæ in contumaciam data est, neque appellari, neque in duplum revocari potest. 8. Res olim judicata post longum silentium in judicium deduci non potest, nec eo nomine in duplum revocari. Longum autem tempus, exemplo longæ præscriptionis, decennii inter præsentes et inter absentes vicennii computatur. 9. In causa capitali absens nemo damnatur, neque absens per alium accusare aut accusari potest. 10. Falsis instrumentis religione judicis circumductis, si jam dicta sententia prius de crimine admisso constiterit, ejus causæ instauratio jure deposcitur. 11. Restitutio saepius se patitur supputari, atque ideo potest quocumque tempore retractari, si non longo tempore evanescat.

Tit. V. B. De rebus auctoritate judicis possidendis.

1. Pupillo, si non defendatur, in possessionem bonorum creditoribus constitutis, ex his usque ad pubertatem alimenta præstanda sunt. 2. Ejus qui ab hostibus captus est bona venire non possunt, quamdiu deportatus.

Tit. VI. De interdictis.

1. Retinendæ possessionis gratia comparata sunt interdicta, per quæ eam possessionem, quam jam habemus, retinere volumus, quale est UTI POSSIDETIS de rebus soli et UTRUBI de re mobili. Et in priore quidem is potior est, qui

(1) Alii: peremptorio.

redditi interdicti tempore nec vi nec clam nec precario ab adversario possidet; in altero vero potior est, qui majore parte anni retrorsum numerati nec vi nec clam nec precario possedit. 2. Ut interdictum, ita et actio propenitur, ne quis via publica aliquem prohibeat, cujus rei solicitudo ad viarum curatores pertinet, a quorum munitione nemo exceptus est. Si quis tamen in ea aliquid opeis fecerit, quo commentes impediantur, demolite opere condemnatur. 3. Non tantum si ipse dominus possessione dejiciatur, actio interdictum est, sed etiam si familia ejus. Familiae autem nomine etiam dei servi continentur. 4. Vi dejicitur, non tantum qui oppressu multitudinis aut fustium aut telorum aut armorum metu terretur, sed et is qui violentiae opinione comperta possessione cessit, si tamen adversarius eam ingressus sit. 5. De navi vi dejectus hoc interdicto experiri non potest, sed utilis ei actio de rebus recuperandis, exemplo de vi bonorum raptorum, datur. Idemque de eo dicendum est quipeanreca aut equo dejicitur; quibus non abductis injuriarum actio datur. 6. Vi dejectus videtur et qui in praedio vi retinetur, et qui in via territus est ne ad fundum suum accederet. 7. Qui vi aut clam aut precario possidet ab adversario impune dejicitur. 8. Ex rebus vi possessis, di aliquae ex usurint vel suavi decusserint, licet id sine dolo ejus qui dejecit, factum sit, aestimatione tamen condemnandus est qui ita voluit adipisci rem juris alieni. 9. Si inter vicinos ex communi rivo aqua ducatur, interdici prius debet ex his vicibus quibus a singulis duci consuevit: duenti autem vis fieri prohibetur. Alienam enim aquam pauperiati nummaria poena irrogatur; cujus rei cura ad solicitudinem praesidis spectat. 10. Redditur interdicti actio, quae proponitur ex eo ut quis quod precario habet restituat; nam et civilis actio hujus rei, sicut commodati, competit, eo vel maxime quod

Digitized by Google

ex beneficio sub ulusquisque injuriam pati non debet. 11. Precario possidere videtur, non tantum qui per epistolam vel quacumque alia ratione hoc sibi concedi postulavit, sed et is qui nullo voluntatis indicio patientia tamen domino possidet. 12. Heres ejus qui precariam possessionem tenebat, si in ea manserit, magis dicendum est eum videri possidere quam ejus videbatur cujus fuerat. Ejus enim precariae ejus videbatur utilibus, et de eo perseverat ejus res semper manebit, nec interdicto locus est. 13. Arbor quae in alienum aedes vel in vicini agrum imminet, nisi a domino sublucari non potest, isque conveniendus est ut eam sublucet. Quod si contentus dominus id facere noluerit, a vicino luxuries ramorum amputetur; idque qualiscumque dominus facere non prohibetur. 14. Adversus eum qui hominem liberum vinxerit, apprehenderit, incluserit, operamve ut id fieret dederit, tam interdictum quam legis Fabiae super ea re actio redditur: et interdicto quidem id agitur, ut exhibeatur is qui detinetur; lege autem Fabia, ut etiam poena nummaria coerceatur. 15. Bene concordantes matrimonium separari a patre divus Pius prohibuit, itemque a patrono libertam, a parentibus filium filiamque, nisi forte quaesitum ubi utilius morari debeat. 16. Omnibus bonis quae habet quisque habituros est obligatis, nec concubina, nec filius naturalis, nec alumnus, nec ea quae in usu quotidiano habet, obligantur: ideoque de his non interdictum redditur.

Tit. VII. De obligationibus.

1. Obligationum firmandarum gratia stipulationes inductae sunt, quae quadam verborum solemnitate concipiuntur, et appellatae quod per eas firmitas obligationum constringitur: stipulum enim veteres firmum appellaverunt. 2. Verborum obligatio inter praesentes, non etiam inter absentes contrahitur. Quod si scriptum fuerit instru-

Google

mento promisisse aliquem, perinde habetur atque si interrogatione precedente responsum sit. 3. Fructuarius solvus si quid ex re fructuarii aut ex operis suis adquirit, ad fructuarium pertinet. Quidquid autem aliunde vel ex re proprietarii adquirit, domino proprietatis adquirit. 4. Cum facto promissoris res in stipulatum deducta interciderit, perinde agi ex stipulatu potest ac si ea res extaret: ideo promissor estimationem ejus punitur, maxime si in dolum quoque ejus concepta fuerit stipulatio.

TIT. VIII. DE NOVATIONIBUS.

Novationes fiunt quoties cautio renovatur. Non solum per nosmetipsos novamus quod nobis debetur, sed per eos etiam per quos stipulari possumus, veluti per filiumfamilias vel servum, jubendo vel ratum habendo. Procurator quoque noster ex jussu nostro receptum est ut novare possit.

TIT. IX. DE STIPULATIONIBUS (PRÆTORIIS).

1. Substitutus heres ad instituto, qui sub conditione scriptus est, utiliter sibi institutum hac stipulatione cavere compellit, ne petita bonorum possessione res hereditarias deminuat. Hoc enim casu, ex die interposita stipulationis duplos fructus præstare compellitur. Hujus enim præjudicium a superiore differt, quo quæritur an ea res de qua agitur major sit cautio sestertiis, ideoque in longiorem diem concipitur. 2. Ex die accepti judicii dupli fructus computantur, et tam dantes quam accipientes, heredes quoque eorum, procuratores, cognitoresque personæ, itemque sponsores eadem stipulatione comprehenduntur; eorum quoque quorum nomine promittitur. 3. Quotiies judicatum vel stipulatione satisfatur, omissa ejus actio rei judicatæ persecutionem non excludit. 4. Emancipati liberi præterit, si velint se hiscere paternæ hereditati, et

Google

cum his qui in potestate remanserint communis patris dividere hereditatem, antequam bonorum possessionem petant, de conferendo cavere cum satisdatione debebunt. Quod si satisdare non possunt, statim ex fide bonorum, confusionem excepto peculio castrense, facere cogendi sunt.

Tit. X. De contrahenda auctoritate.

1. Ob metum impendentis damni vicinus vicino satisdare debet, additis sponsoribus, super eo quod damni acciderit. 2. De communi pariete utilitatis causa hoc cœpit observari, ut ædificet quidem cui ædificare interest, cogatur vero socius portionis suæ impensas agnoscere.

Tit. XI. De donationibus.

1. Species extra dotem a matre in honorem nuptiarum, præsente filia, genero traditæ donationem perfecisse videntur. 2. Probatio traditæ vel non traditæ possessionis non tam in jure quam in facto consistit, ideoque sufficit ad probationem si rem corporaliter teneant. 3. Pater si filiofamilias aliquid donaverit, et in ea voluntate perseverans decesserit, morte patris donatio convalescit. 4. Cum unius rei in duos donatio confertur, potior est ille cui res tradita est : nec interest posterior quis an prior accaperit, et exceptæ neque personæ sint. 5. Invitus donator de evictione rei donatæ promittere non cogitur, nec ea nomine, si (1) promiserit, oneratur; quia lucrativæ rei possessor ab evictionis actione ipsa juris ratione depellitur. 6. Ei qui aliquem a latrunculis vel hostibus eripuit, in infinitum donare non prohibemur, si tamen donatio et non merces eximii laboris appellanda est; quia contemplationem salutis certo modo æstimari non placuit.

---

(1) Fortasse : nisi.

Google

Tit. XII. De jure fisci et populi.

1. Ejus bona, qui sibi ob aliquod admissum flagitium mortem conscivit, fisco vindicantur. Quod si tædio vitæ, aut pudore æris alieni, vel valetudinis alicujus impatientia hoc admisit, non inquietabuntur, sed ordinariæ successioni relinquentur. 2. Ei etiam velut indigno aufertur hereditas, qui affinem vel cognatum cui ipse ab intestato successurus erat, testamentum facere prohibuit, aut ne jure subsisteret operam dedit. 3. Si pater vel dominus id testamentum, quo filius ejus vel servus heredes instituti sunt aut legatum acceperunt, falsum redarguant, nec obtineant, fisco locus est. 4. Etati ejus qui accusat testamentum, si non obtineat, succurri solet in id quod ita amisit, maxime si tuteris aut curatoris consilio actio instituta sit. 5. In ea provincia ex qua quis originem ducit, officium fiscale administrare prohibetur, ne aut gratiosus aut calumniosus, apud suos esse videatur. 6. Quoties sine auctoritate judicati officiales alicujus bona occupant, vel describunt, vel sub observatione esse faciunt, adito procuratore injuria submovetur, et rei hujus auctores ad præfectum prætorio puniendi mittuntur. 7. Litem in periculum privatorum fisco donari non oportet, nec ab eodem donatam suscipi. 8. Imperatorem litis causa heredem instituí invidiosum est: nec enim calumniandi facultatem ex principali majestate capi oportet. 9. Ex nuda pollicitatione nulla actio nascitur: ideoque ejus bona qui se heredem imperatorem facturum esse jactaverat, a fisco occupari non possunt. 10. Privilegium fisci est, inter omnes creditores primum locum tenere. 11. Quicumque a fisco convenitur, non ex indice vel exemplo alicujus scripturæ, sed ex authentico conveniendus est, etsi contractus fides possit ostendi. Ceterum calumniosam scripturam vim justæ petitionis in judicio obtinere non convenit. 12. Ejus

Google

bona qui falsam monetam percussisse dicitur, fisco vindicantur. Quod si servi ignorante domino id fecisse dicantur, ipsi quidem summo supplicio afficiuntur, domino tamen nihil aufertur; quia pejorem domini causam servi facere, nisi forte scierit, omnino non possunt.

Tit. XIII. De delatoribus.

1. Omnes omnino deferre alterum, et causam pecuniariam fisco nuntiare prohibentur; nec refert mares istud an feminæ faciant, servi an ingenui an libertini, an suos an extraneos deferant; omni enim modo puniuntur. 2. Servi fiscales, qui causam domino prodere ac nuntiare contendunt, deferre non videntur. Subornati sane rem prodere coguntur, ne, quod per se non potest, per alium deferat. Perinde autem subornatores ac delatores puniuntur. 3. Damnati servi, sive post sententiam sive ante sententiam dominorum facinora confessi sint, nullo modo audiuntur, nisi forte reos deferant majestatis.

Tit. XIV. De quæstionibus habendis.

1. In criminibus eruendis quæstio quidem adhibetur, sed non statim a tormentis incipiendum est: ideoque prius argumentis quærendum est, et, si suspicione aliqua reus urgeatur, adhibitis tormentis de socii et sceleribus suis confiteri compellitur. 2. Unius facinoris plurimi rei ita audiendi sunt, ut ab eo primum incipiatur qui timidior et teneræ ætatis esse videatur.

Tit. XV. De testibus.

1. Suspectos gratiæ testes, et eos vel maxime, quos accusator de domo produxerit, vel vitæ humilitas infamaverit, interrogari non placuit; in teste enim et vitæ qualitas spectari debet et dignitas. 2. In affinem vel cognatum inviti testes interrogari non possunt. 3. Adver-

Google

sus se invicem parentes et liberi, itemque liberi, nec volentes ad testimonium admittendi sunt; quia rei veræ testimonium necessitudo personarum plerumque corrumpit. 4. Testes, cum de fide tabularum nihil dicitur, adversus scripturam interrogari non possunt. 5. Qui falso vel varie testimonia dixerunt vel utrique parti prodiderunt, aut in exsilium agantur, aut in insulam relegantur, aut curia submoventur. 6. In re pecuniaria tormenta, nisi cum de rebus hereditariis quæritur, non adhibentur; alias (1) autem jurejurando aut testibus explicantur.

Tit. XVI. De servorum quæstionibus.

1. Servum de facto suo in se interrogari posse, ratio æquitatis ostendit : nec enim obesse ei debet qui per servum aliquid sine cautione commodat aut deponit. 2. Judex tutelaris, itemque centumviri, si aliter de rebus hereditariis vel de fide generis instrui non possunt, poterunt de servis hereditariis habere quæstionem. 3. Servi alieni in alterius caput non nisi singuli torqueri possunt; et hoc invito domino non est permittendum, nisi delator, cujus interest quod intendit probare, pretia eorum quanti dominus taxaverit, inferre sit paratus, vel certe deterioris facti servi subire taxationem. 4. Servo qui ultro aliquid de domino confitetur, fides non accommodatur : nec enim oportet in rebus dubiis salutem dominorum servorum arbitrio committi. 5. Servi in caput domini, neque a præside neque a procuratore, neque in pecuniariis neque in capitalibus causis interrogari possunt. 6. Communis servus in caput alterius ex dominis torqueri non potest. 7. Qui servum ideo comparavit ne in se torqueretur, restituto pretio poterit interrogari. 8. Servus in caput ejus domini a quo distractus est, cuique aliquando servivit, in

(1) Quidam : *aliæ*.

memoriam prioris dominii interrogari non potest. 9. Si servus ad hoc fuerit manumissus ne torqueatur, quæstio de eo nihilominus haberi potest. 10. Quæstioni ejus latronis quem quis obtulit, cum de eo confiteretur, fidem accommodari non convenit, nisi id forte velandæ conscientiæ suæ gratia, quam cum reo habuit, fecisse doceatur. 11. Neque accusator per alium accusare, neque reus per alium defendi potest, nisi ingratum libertum patronus accuset, aut rei absentia defendatur. 12. Si pecunia data judici reus absolutus esse dicatur, idque in eum fuerit comprobatum, ea pœna damnatur qua reus damnari potuisset. 13. In cotidiotum reum, sive torqueri possit sive non possit, pro modo admissi sceleris statuendum est. 14. Reis suis edere crimina accusatores cogendi sunt : scire enim oportet quibus sint criminibus responsuri.

Tit. XVII. De abolitionibus.

1. Abolitio est deletio, oblivio vel extinctio accusationis. 2. Post abolitionem publicam a delatore suo reus intra tricesimum diem repeti potest, postea non potest. 3. Summa supplicia sunt, crux, crematio, decollatio. Mediocrium autem delictorum pœnæ sunt, metallum, ludus, deportatio. Minimæ, relegatio, exsilium, opus publicum, vincula. Sane qui ad gladium dantur, intra annum consumendi sunt.

Tit. XVIII. De abactoribus.

1. Abactores sunt, qui unum equum, duas equas, totidemque boves, vel capras decem, aut porcos quinque abegerint. Quidquid vero intra hunc numerum furti ablatum, pœna furti pro qualitate ejus aut in duplum aut in triplum convenitur, vel fustibus cæsus in opus publicum unius anni datur, aut sub pœna vinculorum domino res-

Google

tiuntur. 2. Atroces pecorum abactores plerumque ad gladium vel in metallum, nonnumquam autem in opus publicum dantur. Atroces autem sunt, qui equos et greges ovium de stabulo vel de pascuis abigunt, vel si id sæpius, aut si ferro, conducta manu, faciunt. 3. Si ea pecora de quibus quis litigat abegerit, at forum remittendus est, atque ita convictus in duplum vel in triplum furis more damnatur. 4. Qui bovem vel equum errantem, quodve aliud pecus abduxerit, furem magis eum quam abactorem constitui placuit.

Tit. XIX. De sacrilegiis.

Qui noctu manu facta prædandi ac depopulandi gratia templum irrumpunt, bestiis objiciuntur. Si vero per diem leve aliquid de templo abstulerint, vel deportantur honestiores, vel humiliores in metallum damnantur.

Tit. XX. De incendiariis.

1. (1) Incendiarii qui quid in oppido prædandi causa faciunt, capite puniuntur. 2. Qui casam aut villam inimicitiarum gratia incenderunt, humiliores in metallum aut in opus publicum damnantur, honestiores in insulam relegantur. 3. Fortuita incendia, quæ casu venti ferente (2), vel incuria ignem supponentis, ad usque vicini agros evadunt, si ex eo seges vel vinea vel olivæ vel fructiferæ arbores concrementur, datum damnum æstimatione sarciatur. 4. Commissum vero servorum, si domino videatur, noxæ deditione sarciatur. 5. Messium sane per dolum incensores, vinearum, olivarumve, aut in metallum humiliores damnantur, aut honestiores in insulam relegantur.

---

(1) Paragraphis 1-5 ex codice Vaticano prolati sunt a Cujacio (*Observ.* XXI, 21).

(2) Aliud: *furentis.*

Google

6. Qui noctu fructiferas arbores manufacta ceciderint, ad tempus plerumque in opus publicum damnantur, aut honestiores damnum sarcire cogunturvel curia submoventur vel relegantur.

Tit. XXI. De vaticinatoribus et mathematicis.

1. Vaticinatores qui se deo plenos adimiserant, idcirco civitate expelli placuit, ne humana credulitate publici mores ad opera alicujus rei corrumperentur, vel cuncta ex eo populares animi turbarentur. Ideoque primo fustibus caesi civitate pelluntur; perseverantes autem in insula publica conjiciuntur, aut in insulam deportantur vel certe relegantur. 2. Qui novas et alii vel rationem incognitas religiones induerant, quibus animi hominum movebantur, honestiores deportantur, humiliores capite puniuntur. 3. Qui de salute principis vel de summa reipublicae mathematicos, harioles, haruspices, vaticinatores consulit, cum eo qui responderit, capite punitur. 4. Non tantum divinatione quis, sed ipsa scientia ejusque libris melius fecerit abstinere. Quod si servi de salute dominorum consulueriant, summo supplicio, id est, cruce afficiuntur; consulti autem, si responsa dederint, aut in metallum damnantur aut in insulam deportantur.

Tit. XXII. De seditiosis.

1. Auctores seditionis et tumultus vel concitatores populi, pro qualitate dignitatis, aut in crucem tolluntur, aut bestiis objiciuntur, aut in insulam deportantur. 2. Qui terminos effodiunt vel exarant, arboresve terminales evertunt, si quidem id servi sua sponte fecerint, in metallum damnantur; humiliores in opus publicum, honestiores in insulam, amissa tertia parte bonorum, relegantur aut exsulare coguntur. 3. Cives Romani qui se, Judaico ritu, vel servos suos circumcidi patiuntur, bonis ademptis, in

Google

insulam perpetuo relegantur; medici capite puniuntur. 2. Judæi, si alienæ nationis comparatos servos circumcidérint, aut deportantur aut capite puniuntur.

Tit. XXIII. Ad legem Corneliam de sicariis et veneficis.

1. Lex Cornelia pœnam deportationis infligit eis qui hominem occiderint, ejusque rei causa furtive faciendi cum telo fuerint, et qui venenum hominis necandi causa habuerint, vendiderint, paraverint, falsum testimonium dixerint quo quis perierit, mortisve causam præstiterint. [Ob] quæ omnia fabinora in honestiores pœna capitis vindicari placuit, humiliores vero aut in crucem tolluntur aut bestiis objiciuntur. 2.* Homicida est qui aliquo genere teli hominem occidit, mortisve causam præstitit. 3. Qui hominem occiderit, aliquando absolvitur, et qui non occidit, ut homicida damnatur: consilium enim uniuscujusque, non factum puniendum est. Ideoque qui, cum vellet occidere, id casu aliquo perpetrare non potuerit, ut homicida plectetur; et is qui casu jactu teli hominem imprudenter occiderit, absolvitur. 4.* Quod si in rixa percussus homo fuerit, quoniam ictus quoque ipsos contra unumquemque contemplari oportet, ideo humiliores in ludum aut in metallum damnantur, honestiores, dimidia parte bonorum multati, relegantur. 5.* Causa mortis idonea non videtur, cum cæsus homo post aliquot dies officium diurnæ vitæ retinens decessit, nisi forte fuerit ad necem cæsus aut letaliter vulneratus. 6.* Servus si plagis defecerit, nisi id dolo fiat, dominus homicidii reus non potest postulari: modum enim (1) castigandi et in servorum coercitione placuit temperari. 7.* Qui telum tutandæ salutis causa gerat, non videtur hominis occidendi causa portare. Teli autem appellatione non tantum ferrum continetur, sed omne

(1) Fortasse: lesi.

quod necandi causa portabam est. 8. Qui latronem eadem sibi inferentem, vel alium quemlibet strupirum inferentem occiderit, puniri non placuit: alius enim vitam, alius pudorem publico facinore defendit. 9.* Si quis furem nocturnum vel diurnum, cum se telo defenderet, occiderit, hac quidem lege non tenetur; sed melius fecerit qui eum comprehensum, transmittendum ad presidem, magistratibus obtulerit. 10. Judex qui in capite fortunaeque hominis pecuniam accepit, in insulam, bonis adempta, deportetur. 11. Mandatores caedis perinde ut homicide puniuntur. 12. Si putator ex arbore, cum ramum dejiceret, non proclamaverit ut vitaretur, atque ita praeteriens ejusdem ictu homo perierit; etsi in legem non incurrit, in metallum damnatur. 13. Qui hominem invitum libidinis aut promereti causa castraverit, castrandumve curaverit, sive is servus sive liber sit, capite punitur; honestiores, publicatis bonis, in insulam deportantur. 14. Qui abortivum aut amatorium poculum dant, etsi id dolo non fecisent, tamen quia mali exempli res est, humiliores in metallum, honestiores in insulam, amissa parte bonorum, relegantur; quod si ex hoc homo aut mulier perierit, summo supplicio afficiuntur. 15. Qui sacra impia nocturnave, ut quem obcantarent, defigerent, obligarent, fecerint faciendave curaverint, aut cruci suffiguntur aut bestiis objiciuntur. 16. Qui hominem immolaverint, cave ejus sanguine litaverint, fanum templumve polluerint, bestiis objiciuntur, vel si honestiores sint, capite punientur. 17. Magicae artis conscios summo supplicio affici placuit, id est, bestiis objici aut cruci suffigi. Ipsi autem magi vivi exuruntur. 18. Libros magicae artis apud se neminem habere licet; et si penes quosvis reperti sint, bonis ademptis ambustisque his publice, in insulam deportantur, humiliores capite punientur. Non tantum hujus artis professio, sed etiam scientia prohibita est.

Google

[illegible]. Si ex eo medicamine, quod ad salutem hominis vel ad remedium datum erat, homo perierit, is qui dederit, si honestior fuerit, in insulam relegatur, humilior autem capite punitur.

Tit. XXIV. Ad legem Pompeiam de parricidiis.

Lege Pompeia de parricidiis tenetur qui patrem, matrem, parentem suum, fratrem sororem, patronum patronam occiderit. Hi, ait antea insuti culleo in mare praecipitabantur, hodie tamen vivi exuruntur vel ad bestias dantur.

Tit. XXV. Ad legem Corneliam testamentariam.

1. Lege Cornelia testamentaria tenetur, qui testamentum quodve aliud instrumentum falsum sciens, dolo malo scripserit, recitaverit, subjecerit, suppresserit, amoverit, resignaverit, deleverit; quodve signum adulterinum sculpserit, fecerit, expresserit, amoverit, resignaverit, quive nummos aureos, argenteos adulteraverit, laverit, conflaverit, raserit, corruperit, vitiaverit, vultuve principum signatum mutaverit, praeter adulterinam, reprobaverit. Et honestiores quidem in insulam deportantur; humiliores autem qui in metallum damnantur aut in crucem tolluntur: servi autem post admissum admissi capite punientur. 2. Qui ob falsum testimonium perhibendum, vel verum non perhibendum, pecuniam acceperit, dederit, judicaverve ut sententiam ferat vel non ferat, corruperit, corrumpendum curaverit, humiliores capite puniuntur, honestiores, publicatis bonis, cum ipso judice, in insulam deportantur. 3. Falsum est quidquid in veritate non est, sed pro vero adseveratur. 4. Judex qui contra sacros principum constitutiones, contra jus publicum quod apud se recitatum est, pronuntiat, in insulam deportatur. 5. Qui rationes, acta, libellos, alium propositum, testationes, cautiones, chirographa, epistolas sciens dolo malo in frau-

Digitized by Google

dem alicujus deleverit, mutaverit, subjecerit, subscripserit, quive æs inauraverit, argentaverit, quive cum argentum vel aurum poneret, æs stannumve subjecerit, falsi pœna coercetur. 6. Amplissimus ordo decrevit, eas tabulas quæ publici vel privati contractus scripturam continent, adhibitis testibus ita signari, ut in summa marginis ad mediam partem perforatæ triplici lino constringantur, atque impositam supra linum cera signis imprimantur, et exteriores scripturæ fidem interiori servent. Aliter tabulæ prolatæ nullî momenti habent. 7. Qui vivi testamentum aperuerit, recitaverit, resignaverit, pœna legis Corneliæ tenetur, et plerumque aut humiliores in metallum damnantur, aut honestiores in insulam deportantur. 8. Si quis instrumenta utilitatis suæ a procuratore suo vel cognitore adversario prodita esse convicerit, tam procuratoe quam cognitor, si humiliores sunt, in metallum damnantur; si honestiores, ademptâ dimidiâ parte bonorum, in perpetuum relegantur. 9. Instrumenta penes se deposita quicumque alteri altero absente reddiderit, vel adversario prodiderit, pro personæ ejus conditione aut in metallum damnatur, aut in insulam relegatur. 10. Qui falsis instrumentis, actis, epistolis, rescriptis sciens dolo malo usus fuerit, pœna falsi coercetur; ideoque humiliores in metallum damnantur, honestiores in insulam deportantur. 11. Qui sibi falsum nomen imposuerit, genus parentesve finxerit, quo quid alienum interceperit, possederit, pœna legis Corneliæ de falsis coercetur. 12. Qui insignibus dignioris ordinis utuntur, militiamque confingunt, quo quem terreant vel concutiant, humiliores capite puniuntur, honestiores in insulam deportantur. 13. Si qui, de judicis amicitiis vel familiaritate mentientes, eventus sententiarum ejus vendunt, quidve obtentu nominis ejus agunt, convicti pro modo delicti aut relegantur, aut capite puniuntur.

Google

Tit. XXVI. Ad legem Juliam de vi publica et privata.

1. Lege Julia de vi publica damnatur, qui aliqua potestate præditus civem Romanum, antea ad populum, nunc ad imperatorem appellantem necarit necarive jusserit, torserit, verberaverit, condemnaverit, inve publica vincula duci jusserit. Cujus rei pœna in humiliores capitis, in honestiores insulæ deportatione coercetur. 2. Hac lege excipiuntur, qui artem ludicram faciunt, judicati etiam et confessi, et qui ideo in carcerem duci jubentur quod jus dicenti non obtemperaverint, quidve contra disciplinam publicam fecerint; tribuni etiam militum et præfecti classium alarumque, ut sine aliquo impedimento legis Juliæ per eos militare delictum coerceri possit. 3. Lege Julia de vi publica et privata tenetur, qui quem armatis hominibus possessione, domo, villa agrove dejecerit, expugnaverit, obsederit, clauserit; idve ut fieret homines commodaverit, locaverit, conduxerit; quive cœtum, concursum, turbam, seditionem (1), incendium fecerit; funerari sepelirive aliquem prohibuerit, funusve eripuerit, turbaverit; et qui eum cui aqua et igni interdictum est, receperit, celaverit, tenuerit; quive cum telo in publico fuerit, templa, portas, aliudve quid publicum armatis obsederit, cinxerit, clauserit, occupaverit. Quibus omnibus convictis, si honestiores sint, tertia pars honorum eripitur, et in insulam relegantur; humiliores in metallum damnantur. 4. Creditor chirographarius, si sine jussu præsidis per vim debitoris sui pignora, cum non habuerit obligata, ceperit, in legem Juliam de vi privata committit: fiduciam vero et pignora apud se deposita persequi, et sine auctoritate judicis vindicare non prohibetur.

---

(1) Forte: *tabi, cœpursu, turbia seditionem.*

Tit. XXVII. Ad legem Juliam peculatus.

Si quis fiscalem pecuniam attrectaverit, subripuerit, mutaverit, seu in suos usus converterit, in quadruplum ejus pecuniæ quam sustulit, condemnatur.

Tit. XXVIII. Ad legem Juliam repetundarum.

Judices pedanei, si pecunia corrupti dicantur, plerumque a præside aut curia submoventur, aut in exsilium mittuntur, aut ad tempus relegantur.

Tit. XXIX. Ad legem Juliam majestatis.

1. Lege Julia majestatis tenetur, is cujus ope consilio adversus imperatorem vel rem publicam arma mota sunt exercitusve ejus in insidias deductus est; quive injussu imperatoris bellum gesserit, delectumve habuerit, exercitum comparaverit, sollicitaverit, desruerit imperatorem. His antea in perpetuum aqua et igni interdicebatur; nunc vero humiliores bestiis objiciuntur vel vivi exuruntur, honestiores capite puniuntur. Quod crimen, non solum facto, sed et verbis impiis ac maledictis maxime exacerbatur.

2. In reum majestatis inquiri prius convenit, quibus opibus, qua factione, quibus hoc auctoribus fecerit: tanti enim criminis reus non obtentu adulationis alicujus, sed ipsius admissi causa puniendus est, et ideo cum de eo quæritur, nulla dignitas a tormentis excipitur.

Tit. XXX. A. Ad legem Juliam ambitus.

Petiturus magistratum vel provinciæ sacerdotium, si turbam suffragiorum causa conduxerit, servos advocaverit, aliamve quam multitudinem conduxerit, convictus, ut vis publicæ reus, in insulam deportatur.

Tit. XXX. B. Ad legem Fabiam.

1.* Lege Fabia tenetur, qui civem Romanum ingenuum,

Google

libertinum, servumve alienum celaverit, vendiderit, vinxerit, comparaverit. Et olim quidem hujus legis pœna nummaria fuit; sed translata est cognitio in præfectos urbis, itemque præsidis (1) provinciæ extra ordinem merent animadversionem : ideoque humiliores aut in metallum dantur aut in crucem tolluntur, honestiores, adempta dimidia parte bonorum; in perpetuum relegantur. 3. Si servus sciente domino alienum servum subtraxerit, vendiderit, celaverit, in ipsum dominum animadvertitur. Quod si id domino ignorante commiserit, in metallum datur.

Tit. XXXI. De poenis militum.

1. Si pecunia accepta miles custodiam dimiserit, capite puniendus est. Et certe quæritur cujus criminis reus dimissus esse videatur. 2. Qui custodiam militi prosequenti magna manu excusserint, capite puniuntur.

Tit. XXXII. Quando appellandum sit.

Quoties jusjurandum postulatur, eo tempore appellandum est quo defertur, non quo juratur.

Tit. XXXIII. De cautionibus et poenis appellationum.

1. Ne liberum quis et solutum haberet arbitrium retractandæ et revocandæ sententiæ, et pœnæ et tempora appellatoribus præstitata sunt. Quod nisi juste appellaverint, tempora ad curandum in pœna appellationis quinque dierum præstituta sunt; igitur morans eo in loco ubi appellavit, cavere debet, ut ex die acceptarum literarum continui quinque dies computentur; si vero longius, salva dinumeratione integri (2) quinque dies, cum eo ipso quo

(1) Cujacius conjicit : *sed translata cognitio ad præfectos urbis, itemque præsides....*
(2) Forte : *itineris.*

literas acceperit, computantur. 2. Ne quis in captionem verborum in cavendo incidat, expeditissimum est pœnam ipsam vel quid aliud pro ea deponere : necesse enim non habet sponsorem quis fidejussoremve dare, aut præsens esse ; sed si contra eum fuerit pronuntiatum, perdit quod deposuit. 3. Quoties in pœna appellationis cavetur, tam unus quam plures fidejussores, si idonei sunt, dari possunt : sufficit enim etiam per unum idoneum indemnitati pœnæ consuli. 4. Si plures appellant, una cautio sufficit; et si unus caveat, omnibus vincit. 5. Cum a pluribus sententiis provocatur, singulæ cautiones exigendæ sunt, et de singulis pœnis spondendum est. 6. Modus pœnæ in qua quis cavere debet, specialiter in cautione exprimendus est, ut sit (1), in qua stipulatio committatur : aliter enim recte cavisse non videtur. 7. Assertor, si provocet, in ejus modi tertiam cavere debet, quanti causa æstimata est. 8. (2) In omnibus pecuniariis causis, magis est ut in tertiam partem ejus pecuniæ caveatur.

Tit. XXXIV. De dimissoriis literis.

1. Ab eo a quo appellatum est, ad eum qui de appellatione cogniturus est, literæ dimissoriæ diriguntur, quæ vulgo apostoli appellantur : quorum postulatio et acceptio intra quintum diem ex officio facienda est. 2. Qui intra tempora præstituta dimissorias non postulaverit, vel acceperit, vel reddiderit, præscriptione ab agendo submovetur, et pœnam appellationis inferre cogitur.

Tit. XXXV. De reddendis causis appellationum.

1. Meritum appellationis causæ capitalis, et ipsam rationem status, non nisi per nosmetipsos prosequi possu-

(1) Alias : *ut sciat.*
(2) Hunc paragraphum ex codice Vesontino primum edidit Cujacius (*Observ.* XXI, 22).

Google

mus : nemo enim absens aut duci in servitutem potest, aut damnari. 2. Moratorias appellationes, et eas quæ ab executoribus et confessis fiunt, recipi non placuit. 3. Eum qui appellat, cum convicio ipsius judicis appellare non oportet : ideoque quod ita factum est, arbitrio principis vindicatur.

Tit. XXXVI. Post provocationem quid observandum sit.

1. Quotiens possessor appellat, fructus medii temporis deponi convenit. Quod si petitor provocet, fructus in causa depositi esse non possunt, nec recte eorum nomine satisdatio postulatur. 2. Si propter prædia urbana vel mancipia appellatur, pensiones eorum vel mercedes, vecturæ etiam, si de navi agatur, deponi solent.

Tit. XXXVII. De meritis appellationum.

Omnimodo ponendum est, ut, quoties injusta appellatio pronuntiatur, sumptus, quos dum sequeretur adversarius impendit, reddere cogatur non simplos, sed quadruplos.

Digitized by Google

VARIA
VETERUM JURISCONSULTORUM
FRAGMENTA
EX DIVERSIS FONTIBUS COLLECTA.

Digitized by Google

Digitized by Google

(EX CODICE PALIMPSESTO VERONENSI.)

FRAGMENTUM

VETERIS CUJUSDAM JURISCONSULTI

DE JURE FISCI

A PLERISQUE JULIO PAULO ADSCRIPTUM.

---

1. Heredi ejus, qui . . . . . non poterat, deferendi potestas concessa est, nisi ostendi possit ejus v. . . . . decessisse de*functum*, ut deferre se v . . . . (1).

2. Antequam quis ab alio deferatur, ipse se deferre debet : alias sero ad auxilium delationis confugit. Quod si per errorem se detulerit, nihil ei officit inconsiderata diligentia.

3. Jus patrum non minuitur, si se is deferat, qui solidum id, quod relictum est, capere non potest. Sane, si post diem centesimum patres caducum vindicent, omnino fisco locus non est.

4. Si se is deferat, cui taci*tum* . . . . . .

. . . . . .

4ª. *Si præses in provincia per suppositam personam comparasse quid arguatur, fisco condemnatur* ejus rei *æstimationis*. Ter vero f*rustra citato, quadruplum pœnæ* nomine (*con*)sequi fi*scum oportet*.

---

(1) Alii sic restituunt : « Heredi ejus, qui *morte preventus se deferre* non poterat, deferendi potestas concessa est, nisi ostendi possit, ejus *voluntatis* decessisse de*functum*, ut deferre se *noluerit* (vel ve*tuerit*). » — Alii sic : « Heredi ejus —— concessa (*non*) est ——— deferre se vo*luerit*. » — Alii sic : « Heredi ejus qui e *vita cedens* non poterat, deferendi potestas concessa est, nisi ostendi possit ejus *vigoris* decessisse de*functum*, ut deferre se *valeret*. »

Digitized by Google

5. Bona *eorum*, *qui* cum fisco contrahun*t* . . . . . (1) velut *pign*oris jure fisco *obligantur* : non solum ea, quæ habent, sed ea *quoque*, quæ postea habituri sunt.

6. *E*dicto divi Trajani cav*etur*, ne qui provincialium *cum* servis fiscalibus contrah*ant*, nisi adsignante procuratore. Quod factum *vel* dupli damno, vel reliquorum *ex*solutione p*en*satur. Et ideo, qui cu*m* . . . . . cogitur . . . . . ad eum . . . . pervenit hoc . . . . . Cæsaris ab . . . . . rerum . . . . . itemque . . . . . rerum . . . . . *ad*hibentur ad . . . . . ab his . . . . . donatum . . . . . possumus nisi . . . . . *e*adem portio . . . . *Cæ*saris fiat.

7. *Qui* mutuam pecuniam contra *edictum* dispensatori vicariove ejus crediderit . . . . . quia quod . . . *cred*idit non amisit.

8. *Qui contra* edictum divi Augus*ti rem* litigiosam a *non possid*ente comparavit, pr*æterquam* (*quod*) emptio nullius momenti est, pœnam quinquaginta sestertiorum fisco repræsentare compellitur. Res autem litigiosa videtur, de qua apud suum judicem *quæstio* delata est. Sed hoc in provinciali*bus* fundis prava usurpa*tione* obtinuit.

9. Absentes fugitivos venumdari aut comparari amplissimus ordo prohibuit, denuntiata *in* emptorem venditoremque pœna sestertiorum quinquaginta; quæ hodie fisco vind*icatur*.

. . . . . .

10. . . . . excepto castrensi peculio bona sua *con*ferre debebun*t*.

11. Cæsare a liberto suo *ex asse* herede instituto, *filia adcrescendi* jure ad semisse*m* vocatur : cum extrane*is* vero instituto, filia ex semisse extrane*is*, non et*iam* Cæsari

(1) Alii aliter lacunam explent : *generaliter*, vel *semper*, vel *omnia*, vel *lege vicesi*maria.

Digitized by Google

adcrescit : quod si plus semisse Cæsar accepit, in id, quod plus est, etiam Cæsari adcrescrit.

12. Libertæ Cæsaris, tam manumissione, quam beneficio conjunctionis effectae, si testatæ decedant, dimidium; si intestatæ, totum fisco vindicatur. Sane patris et patroni ignorantis jus non minuitur.

13. Ancilla Cæsaris, quæ v liberos habuerit, in nu . . . . . .

13. . . . . cum privato contractum quid est, fisco stipulantur.

14. Eorum bonorum, quæ ad fiscum pertinere dicuntur, si controversia moveatur, ante sententiam nec obsignari, nec describi, aut incorporari possunt. Idem servatur, cum a sententia provocatio interponitur.

15. Pro his bonis, quæ fiscus inquietat, manus opponere nemo quidem prohibetur . . . . . .
. . . . . .

16. . . . . decerni : sed in nulla præterquam filiorum vel parentum suorum causa libertorumve adesse jubentur (1), et si adfuerint, infamia plectuntur. Sane hoc principali beneficio impetrare non prohibentur.

17. Fisci advocati, quibus ad tempus officium mandatum est, quia salarium non accipiunt, contra fiscum adesse non prohibentur.

18. Capite legis censoriæ cavetur, ut non tantum, cum quid præstatur, cujus rei omissa professio fuerit, actio commissi intra quinquennium locum habeat, sed et earum rerum nomine, quæ per fraudem totæ ablatæ sunt, vel professioni subtractæ, quadruplum fisco dependatur, alias duplum.

---

(1) Totius loci sententiam hanc esse putat Savigny : *Si quis cum fisco controversiam habeat, advocati fisci, exceptis causis* filiorum *et nepotum* suorum et libertorum, ei adesse prohibentur.

Digitized by Google

19. A debitore fisci in fraudem datas libertates retrahi placuit. Sane ipsum ita emere, ut manumittat, aut fideicommissam libertatem præstet, non est prohibitum.

20. Ab eo, qui reus criminis postulatus adversam sententiam meruit, tempore reatus quocumque modo alienata a fisco cum quadruplis fructibus revocantur.

21. Fidejussorem ejus, qui cum dispensatore contraxit, ip . . . . . .

Google

(EX BOETH. COMMENT. IN CICER. TOPIC. LIB. II, C. IV, § 19.)

FRAGMENTUM

JULII PAULI

INSTITUTIONUM LIBRI II, TITULO DE DOTIBUS.

Si divortium est matrimonii, et hoc sine culpa mulieris factum est, dos integra repetetur. Quod si culpa mulieris factum est divortium, in singulos liberos sexta pars dotis a marito retinetur usque ad mediam partem dumtaxat dotis.

(EX LEGE ROMANA VISIGOTHORUM.)

RESPONSUM

ÆMILII PAPIANI

EX LIB. I RESPONSORUM

SUB TITULO DE PACTIS INTER VIRUM ET UXOREM.

Inter virum et uxorem pacta non solum verbis, sed voluntate contrahentium constituuntur, ut neuter conjugum locupletior fiat.

FRAGMENTUM

SEXTI POMPONII

(LIBRO SINGULARI REGULARUM, UT VIDETUR).

Et servitutes dividi non possunt; nam earum usus ita connexus est, ut, qui eum partiatur, naturam ejus corrumpat.

FRAGMENTUM

HERENNII MODESTINI

EX LIB. III REGULARUM, TIT. DE BONIS LIBERTORUM ET DE TESTAMENTIS.

Cum in testamento dies et consules adjecti non sunt, non nocet quominus valeat testamentum.

(EX ISIDORO, DE DIFFERENTIIS.)

FRAGMENTUM

HERENNII MODESTINI

(EX LIB. I DIFFERENTIARUM.)

Inter eum qui in insulam relegatur, et eum qui deportatur, magna differentia est, ut ait Herennius : primo quod relegatum bona sequuntur, nisi fuerint sententia adempta; deportatum non sequuntur, nisi palam ei fuerint concessa : ita fit ut relegato mentionem bonorum in sententia non haberi prosit, deportato noceat : item distant et in loci qualitate, quod cum relegato quidem humanius transigitur; deportatis vero hæ solent insulæ adsignari quæ sunt asperrimæ, quæque sunt paulo minus summo supplicio comparandæ.

(EX REI AGRARIÆ SCRIPTORIBUS.)

CALLISTRATUS LIBRO III DE COGNITIONIBUS.

Hi quoque, qui finalium quæstionum obscurandarum causa faciem locorum convertunt, ut ex arbore arbustum,

Digitized by Google

aut ex silva novale, aut aliquid ejus modi faciunt, pœna plectendi sunt pro persona, et conditione, et factorum violentia.

(EX REI AGRARIÆ SCRIPTORIBUS.)

FLORENTINUS (LIBRO) VI INSTITUTIONUM.

In agris limitatis jus alluvionis locum non habere constat. Idque et divus Pius constituit. Et Trebatius ait, agrum, qui hostibus devictis ea conditione concessus sit, ut in civitatem veniret, habere alluvionem, neque esse limitatum; agrum autem manucaptum limitatum fuisse, ut sciretur, quid cuique datum esset, quid venisset, quid in publico relictum esset.

(EX COLLATIONE LEGUM MOSAICARUM ET ROMANARUM, TIT. II, C. III.)

PAPIANUS LIBRO II DEFINITIONUM SUB TITULO DE JUDICATIS.

Per hominem liberum noxæ deditum si tantum adquisitum sit, quantum damni dedit, manumittere cogendus est a prætore qui noxæ deditum accepit; sed fiduciæ judicio non tenetur.

(EX COLLAT. TIT. IV, C. V.)

PAPINIANUS LIBRO XV RESPONSORUM SUB TITULO AD LEGEM JULIAM DE ADULTERIIS.

Civis Romanus, qui sine connubio sibi peregrinam in matrimonio habuit, jure quidem mariti eam adulteram non postulat: sed ei non opponetur infamia, vel quod libertinus rem sestertiorum triginta millium, aut filium non habeat, propriam injuriam persequenti.

Google

(EX COLLAT. TIT. IV, C. VII, VIII, IX, X, XI.)

PAPIANUS LIBRO SINGULARI DE ADULTERIIS.

Quærebatur, an pater emancipatam filiam jure patris accusare possit. Respondit : Occidendi quidem facultatem lex tribuit eam filiam, quam habet in potestate, aut (*quæ*) eo auctore in manum convenit : sed accusare jure patris ne quidem emancipatam filiam pater prohibetur.

PAPIANUS EODEM LIBRO SINGULARI ET TITULO.

Cum patri lex regia dederit in filium vitæ necisque potestatem, quod bonum fuit lege comprehendi, ut potestas fieret etiam filiam occidendi, vellem mihi rescriberes : nam scire cupio. Respondit : Numquid ex contrario præstat nobis argumentum hæc adjectio, ut non videatur lex non habenti dedisse, (*sed*) ut videatur majore æquitate ductus adulterum occidisse, cum nec filiæ pepercerit.

IDEM DE ADULTERIIS.

Si pater adulterum occidit, et filiæ suæ pepercit, quæro quid adversus eum sit statuendum ? Respondit : Sine dubio iste pater homicida est. Igitur tenebitur lege Cornelia de sicariis. Plane si filia non voluntate patris, sed casu servata est, non minimam habebit defensionem pater, quod forte fugit filia. Nam lex ita punit homicidam, si dolo malo homicidium factum fuerit : hic autem pater non ideo servavit filiam, quia voluit, sed quia occidere eam non potuit.

PAPIANUS IDEM.

Si maritus uxorem suam in adulterio deprehensam occidit, an in legem de sicariis incidat, quæro. Respondit : Nulla parte legis marito uxorem occidere conceditur ; quare aperte contra legem fecisse eum non ambigitur. Sed si de pœna tractas, non inique aliquid ejus honestis-

Google

simo calori permittetur : ut non quasi homicida puniatur capite, vel deportatione, sed usque ad exilium pœna ejus statuatur.

IDEM.

De mancipiis alterutrius marito vel patre accusante quæstionem habendam palam est. An idem extraneo accusatori permitti debeat, quæro. Respondit : Potest videri ea ratio fuisse permittendi istis personis de servis quæstionem habere, ut diligentius dolorem animi sui, item injuriam læsæ domus non translatitie persequerentur. Sed quoniam non facile tale delictum sine ministerio servorum admitti creditum est, ratio eo perduxit, ut étiam extraneo accusante mancipia quæstioni tormentorum subjicerentur a judicibus.

(EX COLLAT. TIT. VI, C. VI.)

PAPINIANUS LIBRO SINGULARI DE ADULTERIIS.

Qui sororis filiam uxorem duxerit per errorem, antequam præveniretur a delatore, diremit coitum ; quæro an adhuc possit accusari. Respondit : Ei qui conjunctæ (1) sororis filiæ bona fide abstinuit, pœnam remitti palam est ; quia qui errore cognito diremit coitum, creditur ejus voluntatis fuisse, ut, si scisset se in eo necessitudinis gradu positum, non fuisset tale matrimonium copulaturus.

(EX COLLAT. TIT. X, C. IX.)

PAULUS LIBRO V RESPONSORUM
SUB TITULO DE LOCATO ET CONDUCTO.

Imp. Antonius Julio Agrippino. Dominus horreorum periculum vis majoris, vel effracturæ latronum præstare non cogitur. His cessantibus si quid ex depositis rebus,

(1) Potius : *conjunctione.*

Google

inlæsis extrinsecus horreis, periit, damnum depositorum sarciri debet. Prop. IV. Non. Nov. Antonino IV (et Balbino) Cons. Paulus respondit : Satis præpositam constitutionem declarare, his, qui horrea locant, majorem vim imputari non posse.

(EX COLLAT. TIT. II, C. V, VI.)

PAULUS LIBRO SINGULARI ET TITULO DE INJURIIS.

1. Generaliter dicitur injuria omne quod non jure fit. Specialiter alias contumelia quam Græci (ὕβριν appellant; alias culpa, quam Græci ἀδίκημα dicunt, sicut in lege Aquilia damnum injuriæ accipitur; alias iniquitas et injustitia, quam Græci) ἀδικίαν vocant : nam cum prætor non jure adversus nos pronuntiat, injuriam nos accepisse dicimus. 2. Unde apparet non esse verum quod Labeo putabat, apud prætorem injuriam ὕβριν duntaxat significare; commune nomen enim ejus est, quod semper adversus bonos mores fit, idque non fieri alicujus interest. 3. Hoc edictum ad eam injuriam pertinet, quæ contumeliæ causa fit. 4. Fit autem injuria vel in corpore, dum cædimur, vel verbis, dum convitium patimur, vel cum dignitas læditur, ut cum matronæ vel prætextatæ comites abducuntur. 5. Injuriarum actio aut legitima est, aut honoraria. Legitima ex lege duodecim tabularum : qui injuriam alteri facit, quinque et viginti sestertiorum pœnam subit; quæ lex generalis fuit. Fuerunt et speciales, velut illa : « Si quis os fregit libero, trecentos, (si) servo, CL pœnam subito sestertiorum. »

IDEM PAULUS EODEM LIBRO SINGULARI SUB TITULO QUEMADMODUM INJURIARUM AGATUR.

1. « Qui autem injuriarum, inquit, agit, certum dicat, quid injuriæ factum sit, et taxationem ponat non mino-

Google

rem, quam quanti vadimonium fuerit. » 2. Certum dicit qui suo nomine demonstrat injuriam, neque ita, ut per disjunctionem hoc aut illud accidisse comprehendat; sed ut necesse habeat aut unam nomine suo rem designare, aut plures ita complecti, ut omnes eas accidisse cogatur probare. 3. Certum autem an incertum dicat, cognitio ipsius prætoris est. Demonstrat autem hoc loco prætor non vocem agentis, sed qualem formulam edat. 4. Certum non dicit, qui dicit pulsatum, si sit verberatus. Sed et partem corporis demonstret, et quem in modum, pugno puta, an fuste, an lapide, sicut formula proposita est : QUOD AULI AGERII PUGNO MALA PERCUSSA EST. Illud non cogitur dicere dextra an sinistra, nec qua manu percussit. 5. Item si dicat infamatum se esse, debet adjicere quemadmodum infamatu sit. Sic enim et formula concepta est : QUOD NUMERIUS NEGIDIUS SILLUM INMISIT AULO AGERIO INFAMANDI CAUSA.

(EX COLLAT. T. IV, C. II, IV, VI.)

PAULUS LIBRO SINGULARI ET TITULO DE ADULTERIIS.

1. Brevem interpretationem de adulteris coercendis facturus, per ipsa capita ire malui, ordinemque legis servare. 2. Et quidem primum caput legis Juliæ de adulteriis prioribus legibus pluribus abrogat (1). 3. Secundo vero capite permittit patri, (*si in*) filia sua, quam in potestatem habet, ut in ea, quæ (*eo*) auctore, cum in potestate esset, viro in manum convenerit, adulterum domi suæ generive sui deprehenderit, isque in eam rem socerum adhibuerit, ut is pater eum adulterum sine fraude occidat ita, ut filiam in continenti occidat. 4. In vidua autem filia si adulterum deprehensum occiderit, et in continenti filiam, licito jure hoc factum Marcellus

(1) Forte : *obrogat*.

Google

libro XXXI Digestorum scribit. 5. Auctoritate quoque (*legis*) pater posse interficere vel consularem virum, vel patronum suum, (*si*) in filia adulterum deprehenderit, eodem libro Marcellus probat. 6. Sed si filiam non interfecerit, sed solum adulterum, homicidii reus est. 7. Sed et si ex intervallo filiam interfecerit, tantumdem est, nisi persequatur illam et interfecerit : continuatione enim animi videtur legis auctoritate fecisse.

IDEM PAULUS EODEM LIBRO SINGULARI ET TITULO.

1. Certæ autem enumerantur personæ, quas viro liceat occidere, in adulterio deprehensa uxore, quamvis uxorem non liceat. 2. Ergo secundum leges viro etiam filiofamilias permittitur etiam domi suæ deprehensum adulterum interficere servum, et eum qui auctoramento rogatus est ad gladium, vel etiam illum qui operas suas, ut cum bestiis pugnaret, locavit. 3. Sed et judicio publico damnatum licere interficere in adulterio deprehensum, vel libertinum, vel suum, vel paternum, et tam civem Romanum, quam Latinum. 4. Sed et patris, et matris, et filii, et filiæ libertum permittitur occidere : in quo loco et deditiitius habetur. 5. Debet autem profiteri apud eum, cujus jurisdictio est eo loco, ubi occidit, et uxorem dimittere. Quod si non fecerit, impune non interficit. 6. Sciendum est autem, divum Marcum et Commodum rescripsisse, eum, qui adulterum inlicite interfecerit, leviori pœna puniri. Sed et Magnus Antoninus pepercit eis, qui adulteros inconsulto calore ducti interfecerunt.

IDEM PAULUS EODEM LIBRO SINGULARI ET TITULO.

1. Qui jure mariti vel patris accusat, potest et sine calumniæ pœna vinci : si jure extranei accusat, potest calumniæ pœna puniri, sed tantum post duos menses. 2. Intra quatuor menses utiles expertus, licet talis sit,

Digitized by Google

qui alias accusare non possit, ut libertinus, aut minor viginti quinque annorum, aut infamis, tamén ad accusationem admittitur, ut et Papinianus libro XV scripsit.

PAULUS LIBRO SINGULARI ET TITULO QUO SUPRA.

In uxorem adulterium vindicatur jure mariti, non etiam (*in*) sponsam. Severus quoque et Antoninus ita rescripserunt.

(EX COLLAT. TIT. VIII, C. II.)

PAULUS LIBRO SINGULARI DE POENIS OMNIUM LEGUM SUB TITULO AD LEGEM JULIAM DE ADULTERIIS.

Qui falsum testimonium dixerit, proinde tenebitur, ac si lege Cornelia testamentaria damnatus esset.

(EX COLLAT. TIT. XI, C. VI.)

PAULUS LIBRO SINGULARI DE POENIS PAGANORUM SUB TITULO DE ABIGEIS.

1. Cum durius abigei damnantur, et ad gladium traduntur : itaque Divus Pius ad concilium Bæticæ rescripsit. 2. Qui pecora, de quibus litigabat, abegit, ad forum remittendus est, et, si victus fuerit, in duplum, vel quadruplum condemnandus.

(EX COLLAT. TIT. XII, C. VI.)

PAULUS LIBRO SINGULARI DE POENIS PAGANORUM, SUB TITULO DE ABIGEIS.

Incendiarii, qui in oppido prædæ causa id admiserint, capite puniuntur : qui casu insulam aut villam, non ex inimicitiis incenderint, levius. Fortuita enim incendia ad forum remittenda sunt, ut damnum vicini sarciatur.

Google

(EX COLLAT. TIT. XII, C. VII.)

ULPIANUS LIBRO XVIII AD EDICTUM SUB TITULO SI FATEBITUR INJURIA OCCISUM ESSE, IN SIMPLUM.

1. Item si insulam meam adusseris vel incenderis, Aquiliæ actionem habebo. Idemque est et si arbustum meum, vel villam meam. 2. Quod si dolo quis insulam exusserit, etiam capitis pœna plectitur, quasi incendiarius. 3. Item si quis insulam voluerit exurere : et ignis etiam ad vicini insulam pervenerit, Aquilia tenebitur lege vicino : non minus etiam inquilinis ob res eorum exustas; et ita Labeo libro XV Responsorum refert. 4. Sed si stipulam in agro tuo incenderis, ignisque evagatus ad prædium vicini pervenerit, et illud exusserit, Aquilia lex locum habeat, an in factum actio sit, fuit quæstionis. 5. Et plerisque Aquilia lex locum habere non videtur, et ita Celsus libro XXXVII Digestorum scribit; ait enim : si stipulam incendentis ignis fugit, Aquilia lege eum non teneri, sed in factum agendum, quia non principaliter hic exussit, sed dum aliud egit, sic ignis processit. 6. Cujus sententia scilicet rescripto divi Severi comprobata est in hæc verba : « Præses provinciæ, si propter ignem, (*qui*) » pabuli gratia factus culpa servorum Veturiæ Astiliæ eva- » gatus agrum tuum, ut proponis, depopulatus est, ad » exemplum legis Aquiliæ noxali judicio acturus (*es*), si » litis æstimatio permittitur, judicium accommodare po- » test. » Videlicet non est visum Aquiliam sufficere. 7. Si forte servus coloni ad fornacem obdormisset, et villa fuerit exusta, Neratius scribit, ex locato conventum præstare debere, si negligens in eligendis ministeriis fuit. Ceterum si alius ignem subjecerit fornaci, alius negligenter custodierit, (an tenebitur qui subjecerit)? Nam qui

Google

non custodiit, nihil fecit; qui recte ignem subjecit, non peccavit : quemadmodum si hominem medicus recte secuerit, sed negligenter vel ipse, vel alius curaverit, Aquilia cessat. Quid ergo est ? Et hic puto ad exemplum Aquiliæ dandam actionem tam in eum qui ad fornacem obdormivit, vel negligenter custodiit, quam in medicum qui negligenter curavit, sive homo periit, sive debilitatus est. Nec quisquam dixerit in eo qui obdormivit, rem eum humanam et naturalem passum, cum deberet vel ignem extinguere, vel ita munire, ut non evagaret. ❽. Item libro VI ex Viviano relatum est, si furnum secundum parietem communem haberes, an damni injuria tenearis ? Et ait agi non posse Aquilia lege, quia nec cum eo qui focum haberet : et ideo æquum putat in factum actionem dandam. Sed non proponit exustum parietem. Sane enim quæri potest, (*si*) nondum mihi damnum dederis, et ita ignem habeas, ut metuam ne mihi detur, æquum sit me interim actionem in factum impetrare. Fortassis enim de hoc senserit Proculus : nisi quis dixerit damni non facti sufficere cautionem. ❾. Sed et si qui servi inquilini insulam exusserint, libro X Urseius refert Sabinum respondisse lege Aquilia servorum nomine dominum noxali judicio conveniendum : ex locato autem dominum teneri negat. Proculus autem respondit, cum coloni servi villam exusserint, colonum vel ex locato, vel lege Aquilia teneri, ita ut colonus servos posset noxæ dedere : et si uno judicio res esset judicata, altero amplius non agendum. ❶❍. Celsus libro XXVII Digestorum scribit, si cum apes meæ ad tuas advolassent, tu eas exusseris, quosdam negare competere legis Aquiliæ actionem, inter quos et Proculum, quasi apes dominii mei non fuerint. Sed id falsum esse Celsus ait, cum apes revenire soleant, et mihi sunt. Sed fructui Proculus eo movetur, quod nec mansuetæ, nec ita clausæ fuerint. Ipse autem Celsus ait nihil inter has et

Google

columbas interesse, quæ si manu refugiunt, domi tamen fugiunt.

(EX COLLAT. TIT. II, C. IV.)

ULPIANUS LIBRO XVIII AD EDICTUM, SUB TITULO SI FATEBITUR INJURIA OCCISUM ESSE, IN SIMPLUM.

Rupisse eum utique accipiemus, qui vulneraverit, vel virgis vel loris vel pugnis cecidit, vel telo (*vel*) cum aliovis genere sciderit hominis corpus, vel tumorem fecerit : sed ita demum, si damnum datum est. Ceterum si in nullo servum pretio viliorem deterioremve fecerit, Aquilia cessat, injuriarumque erit agendum. Ergo et si pretio quidem non sit deterior factus servus, verum sumptus in salutem ejus et sanitatem facti sunt, in hæc nec mihi videtur damni Aquilia lege posse.

(EX COLLAT. T. VII, C. III.)

ULPIANUS LIBRO XVIII AD EDICTUM SUB TITULO SI QUADRUPES PAUPERIEM FECERIT.

1. Injuria occisum esse merito adjicitur : non enim sufficit occisum, sed oportet injuria id esse factum. Proinde si quis servum latronem occiderit, lege Aquilia non tenetur, quia (*injuria*) non occidit. 2. Sed et quemcumque alium ferro se petentem qui occiderit, non videbitur injuria occidisse. Proinde si furem nocturnum, quem lex duodecim tabularum omnino permittit occidere, aut diurnum, quem æque lex permittit, sed ita demum, si se telo defendat, videamus, an lege Aquilia teneatur. Et Pomponius dubitat num hæc lex non sit in usu. 3. Et si (*metu*) quis mortis furem occiderit, non dubitamus, quin lege Aquilia (*non*) teneatur. Sin autem cum posset adprehendere, maluit occidere, magis est, ut injuria fecisse videatur : ergo

Digitized by Google

etiam lege Cornelia tenebitur. 4. Injuriam autem accipere hic nos oportet non quemadmodum et circa injuriarum actionem, contumeliam quamdam, sed quod non jure factum est, hoc est, contra jus, id est, si culpa quis occiderit.

(EX COLLAT. TIT. I, C. III, VI, XI.)

ULPIANUS LIBRO VII DE OFFICIO PROCONSULIS SUB TITULO DE SICARIIS ET VENEFICIS.

1. Capite primo legis Corneliæ de sicariis cavetur, ut is prætor, judexve quæstionis, cui sorte obvenerit quæstio de sicariis, ejus quod in urbe Roma propius mille passus factum sit, uti quærat cum judicibus, qui ei ex lege sorte obvenerint, de capite ejus, qui cum telo ambulaverit, hominis necandi, furtive faciendi causa, hominemve occiderit, cujusve id dolo malo factum fuerit. ET RELIQUA. 2. RELATIS VERBIS LEGIS MODO IPSE LOQUITUR ULPIANUS : Hæc lex non omnem, qui cum telo ambulaverit, punit; sed eum tantum, qui hominis necandi furtive faciendi causa telum gerit, compescit. Item eum, qui hominem occidit, coercet : nec adjecit cujus conditionis hominem, ut et ad servum et peregrinum pertinere hæc lex videatur.

ULPIANUS LIBRO ET TITULO QUI SUPRA RELATI.

1. Distinctionem casus et voluntatis in homicidio servari rescripto Hadriani confirmatur. Verba rescripti : 2. « Et » qui hominem occidit, absolvi solet, scilicet, si non occi» dendi animo id admisit; et qui non occidit, sed voluit » occidere, pro homicida damnatur. 3. E re itaque con» stituendum est et quo ferro percussit Epafroditus. Nam » si gladium instrinxit, aut telo percussit, quid dubium » est quin occidendi animo percusserit? Si clave percussit » aut cucuma, cum forte rixaretur, ferro percussit, sed

Google

» non occidendi mente. 4. Ergo hoc exquirite, et si vo-
» luntas occidendi fuit, ut homicidam servorum supplicio
» eum cruci jubete adfigi. »

ULPIANUS LIBRO ET TITULO QUO SUPRA.

1. Cum quidam per lasciviam causam mortis præbuisset, comprobatum est factum Taurini Egnatii proconsulis Bæticæ a divo Hadriano, quod eum in quinquennium relegasset. 2. Verba consultationis et rescripti ita se habent : « Inter Claudium, optime imperator, et Evaristum cognovi, quod Claudius Lupi filius in convivio, » dum sago jactatur, culpa Marii Evaristi ita male acceptus » fuerit, ut post diem quintum moreretur : atque appa- » rebat nullam inimicitiam cum Evaristo fuisse; sed cupi- » ditatis culpam coercendum credidi, ut ceteri ejusdem » ætatis juvenes emendarentur. Ideoque Mario Evaristo » urbe, Italia, provincia Bæticæ in quinquennium inter- » dixi, et decrevi, ut impendii causa duo millia patri ejus » persolveret Evaristus, quod manifesta ejus fuerat pau- » pertas. Velis rescribere. » 3. Verba rescripti : « Pœnam » Marii Evaristi recte, Taurine, moderatus es ad modum » culpæ : refert enim et in majoribus delictis consulto ali- » quid admittatur, an casu. » 4. Et sane in omnibus criminibus distinctio hæc pœnam aut justam provocare debet, aut temperamentum admittere.

(EX COLLAT. TIT. XV, C. II.)

ULPIANUS LIBRO VII DE OFFICIO PROCONSULIS, SUB TITULO DE MATHEMATICIS ET VATICINATORIBUS.

1. Præterea interdicta est mathematicorum callida impostura et obstinata persuasio. Nec hodie primum interdici eis placuit, sed vetus hæc prohibitio est. Denique extat senatusconsultum Pomponio et Rufo Conss. factum, quo

Digitized by Google

cavetur, ut mathematicis, Chaldæis, hariolis, et ceteris, qui similem quæstum fecerunt, aqua et igni interdicatur: omniaque bona eorum publicentur: et si externarum gentium quis id fecerit, ut in eum animadvertatur. 2. Sed fuit quæsitum utrum scientia hujusmodi hominum puniatur, an exercitio et professio. (Et) quidem apud veteres dicebatur, professionem eorum, non notitiam, esse prohibitam. Postea variatum; nec dissimulandum est, nonnunquam inrepsisse in usum, ut etiam profiterentur, et publice se præberent. Quod quidem magis per contumaciam et temeritatem eorum factum est, qui visi erant vel consulere, vel exercere, quam quod fuerat permissum. 3. Sæpissime denique interdictum est fere ab omnibus principibus, ne quis omnino hujusmodi ineptiis se immisceret, et varie puniti sunt hi, qui id exercuerint, pro mensura scilicet consultationis. Nam qui de principis salute, capite puniti sunt, vel qua alia graviore pœna adfecti: enimvero si qui de sua suorumque, levius. Inter hos habentur etiam vaticinatores: hi quoque plectendi sunt, quoniam nonnunquam contra publicam quietem imperiumque populi Romani improbandas artes exercent. 4. Extat denique decretum divi Pii ad Pacatum, legatum provinciæ Lugdunensis, cujus rescripti verba quia multa sunt, de fine ejus ad locum hæc pauca subjeci. 5. Denique et divus Marcus eum, qui motu Cassiano vaticinatus erat, et multa quasi ex instinctu deorum dixerat, in insulam Syrum relegavit. 6. Et sane non debent impune ferri hujusmodi homines, qui, sub obtentu et monitu deorum, quædam vel renunciant, vel jactant, vel scientes confingunt.

(EX COLLAT. TIT. III, C. III.)

ULPIANUS LIBRO VIII DE OFFICIO PROCONSULIS SUB TITULO DE DOMINORUM SÆVITIA.

1. Si dominus in servum sævierit, vel ad pudicitiam tur-

Google

pemque violationem compellat, quæ sint partes præsidis ex rescripto divi Pii ad Aurelium Marcianum, proconsulem Bæticæ, manifestatur : cujus rescripti verba hæc sunt : 2. « Dominorum quidem potestatem in suos servos inliba- » tam esse oportet, nec cuiquam hominum jus suum de- » trahi. Sed dominorum interest ne auxilium contra sævi- » tiam, vel famem, vel intolerabilem injuriam denegetur » his, qui juste deprecantur. 3. Ideoque cognosce de quere- » lis eorum, qui ex familia Julii Sabini ad statuam confu- » gerunt, et si vel durius habitos, quam æquum est, vel » infami injuria adfectos cognoveris, venire jube, ut in » potestatem Sabini non revertantur. Quod si meæ consti- » tutioni fraudem fecerit, sciet me admissum severius » exsecuturum. » 4. Divus etiam Hadrianus Umbram quamdam matronam in quinquennium relegavit, quod ex levissimis causis ancillas atrocissime tractaret. 5. Item divus Pius ad libellum Alfii Julii rescripsit hæc verba : « Servo- » rum obsequium non solum imperio, sed moderatione, » et sufficientibus præbitis, et justis operibus contineri » oportet. 6. Itaque et ipse curare debes juste ac tempe- » rate tuos tractare, ut et facile requirere eos possis, nec » si apparuerit vel imparem te impendiis esse, vel atro- » ciorem dominatione sævitiam exercere, necesse habeat » proconsul. V. C., ne quid tumultuosius contra accidat, » prævenire te, et ex mea jam auctoritate ad alienandos » eos compellere. Glabrione et Omullo conss. »

(EX COLLAT. T. XII, C. V.)

ULPIANUS LIBRO VIII DE OFFICIO PROCONSULIS, (SUB TITULO) DE NAUFRAGIIS ET (INCENDIARIIS).

1. Incendiariis lex quidem Cornelia aqua et igni interdici jussit : sed varie sunt puniti. Nam qui data opera in civitate incendium fecerunt, si in humillimo loco sunt,

Google

bestiis subjici solent : si in aliquo gradu et Romæ id fecerunt, capite puniendi, aut certe (*deportationis pœna*) adficiendi sunt qui hæc committunt. 2. Sed ei, qui non data opera incendium fecerit, plerumque ignoscitur, nisi in lata et incauta negligentia vel lascivia fuit.

(EX COLLAT. TIT. XII, C. VII, VIII.)

ULPIANUS LIBRO VIII DE OFFICIO PROCONSULIS, SUB TITULO DE ABIGEIS.

1. De abigeis puniendis ita divus Hadrianus rescripsit concilio Bæticæ : « Abigei cum durissime puniuntur, ad » gladium damnari solent : puniuntur autem durissime » non ubique, sed ubi frequentius est hoc genus maleficii, » alioquin et in opus, et nonnunquam temporarium dam- » nantur. 2. Ideoque puto apud vos quoque sufficere ge- » nus pœnæ, quod maximo huic maleficio inrogari solet, » ut ad gladium abigei dentur; aut si quis tam notus et » tam gravis in abigendo fuit, ut prius ex hoc crimine » aliqua pœna adfectus sit, hunc in metallum dari opor- » tere. » 3. Rescriptum divi Hadriani sic loquitur, quasi gravior pœna sit metalli : nisi forte hoc sensit divus Hadrianus, gladii pœnam dicendo, ludi damnationem. 4. Est autem differentia inter eos qui ad gladium, et eos qui ad ludum damnantur. Nam ad gladium damnati confestim consumuntur, vel certe intra annum debent consumi ; hoc enim mandatis continetur. Enimvero qui in ludum damnantur, non utique consumuntur; sed etiam pileari, et rudem accipere possunt post intervallum; si quidem post quinquennium pileari, post triennium autem rudem induere eis permittitur. 5. Eodem rescripto divi Hadriani diligentissime expressum est, non ubique parem esse pœnam abigeorum.

ITEM ULPIANUS LIBRO ET TITULO QUI SUPRA.

1. Abigei autem proprie hi habentur, qui pecora ex pastu et ex armentis subtrahunt, et quodammodo deprædantur, et abigendi studium quasi artem exercent, equas de grege, vel boves de armentis abducentes. Ceterum si quis bovem aberrantem, vel equum, in solitudinem abduxerit, non est abigeus, sed fur potius. 2. Sed et qui porcum, vel capram, vel berbicem abducunt, non tam graviter, ut hi, qui majora animalia abigunt, plecti debent. 3. Quanquam autem Hadrianus metalli pœnam, item operis, vel etiam gladii præstituerit, attamen qui honestiori loco nati sunt, non debent ad hanc pœnam pertinere; sed aut relegandi erunt, aut removendi ordine. 4. Romæ tamen etiam bestiis objici abigeos videmus: et sane qui cum gladio abigunt, non inique hac pœna adficiuntur.

(EX COLLAT. TIT. VII, C. IV.)

ULPIANUS LIBRO VIII DE OFFICIO PROCONSULIS SUB TITULO DE FURIBUS.

1. Fures ad forum remittendi sunt diurni, nocturnique extra ordinem audiendi et causa cognita puniendi: dummodo in pœna eorum sciamus operis publici modum non egrediendum. Idem et in balneariis furibus. 2. Sed si se telo fures defendunt, vel effractores, vel ceteri similes, nec quemquam percusserint, metalli pœna humiliores, honestiores, vero relegatione adficiendi erunt.

(EX COLLAT. TIT. VIII, C. VII.)

ULPIANUS LIBRO VIII (DE OFFICIO PROCONSULIS) SUB TITULO DE POENA LEGIS CORNELIÆ TESTAMENTARIÆ.

1. Præterea factum est senatusconsultum Statilio Tauro

Google

et (*Scribonio Libone*) consulibus, quo pœna legis Corneliæ inrogatur ei, qui quid aliud quam testamentum sciens signaverit, signarive curaverit : item qui falsas testationes faciendas, testimoniave falsa invicem dicenda aut consignanda dolo malo curaverit, Licinio V et Tauro conss. ℟. Item qui ob instruendam advocationem testimoniave pecuniam acceperit, pactusve fuerit, societatem coierit, aut aliquam delationem interposuerit : item si quis coierit ad accusationem innocentium, senatusconsulto, quod Cotta et Messalla conss. factum est, coercentur. ℟. Sed et si quis ob denunciandum, vel non denunciandum remittendumve testimonium pecuniam acceperit, senatusconsulto, quod duobus Geminis conss. factum est, pœna legis Corneliæ adficitur.

(EX COLLAT. TIT. XIII, C. III.)

ULPIANUS LIBRO IX DE OFFICIO PROCONSULIS, SUB TITULO DE TERMINO MOTO.

1. Eos, qui terminos moverunt, non impune id facere debere, divus Hadrianus Terentio Gentiano XVII. Kal. Septembriarum se III. consule rescripsit : quo rescripto pœnam variam statuit. ℟. Verba rescripti ita se habent : « (*Quin*) pessimum factum (*sit*) eorum, qui terminos » finium causa positos abstulerunt, dubitari non potest : » pœnæ autem modus ex conditione personæ et mente fa- » cientis magis statui potest. Nam si splendidiores sunt » personæ, quæ convincuntur, non dubito quin occupan- » dorum aliorum finium causa id admiserint; et possunt » ad tempus, ut cujusque compatitur ætas, relegari (1), » et sic in biennium aut triennium ad opus publicum

(1) Sequentia ex *L.* 2, *D.*, *De termino moto*, hic restituenda mihi videntur : *id est, si juvenior, in longius, si senior, in brevius; si vero alii negotium gesserunt, et ministerio functi sunt, castigari*, et sic...

Digitized by Google

» dari; quod si per ignorantiam aut fortuito lapides usus » causa furati sunt, sufficit eos verberibus coerceri. »

(EX COLLAT. TIT. IX, C. II.)

ULPIANUS LIBRO IX DE OFFICIO PROCONSULIS, SUB TITULO AD LEGEM JULIAM DE VI PUBLICA ET PRIVATA.

1. Eadem lege quibusdam testimonium omninσ, quibusdam interdicitur invitis, capite octogesimo septimo et capite octogesimo octavo. 2. In hoc is verbis : « Hominibus hac lege in reum testimonium dicere ne liceto, qui se ab eo, parenteve ejus, libertove cujus eorum liberaverit, quive impubes erit, quive (*judicio publico damnatus*) in integrum restitutus non est, quive in vinculis custodiaque publica erit, quive depugnandi causa auctoratus erit, quive ad bestias ut depugnaret se locavit, locaverit, præterquam qui jaculandi causa ad urbem missus est, erit, (*quæ*)ve palam corpore quæstum faciet, feceritve, quive ob testimonium dicendum pecuniam accepisse judicatus erit, ne quis eorum hac lege in reum testimonium dicat.» 3. Capite octogesimo septimo his : « Homines inviti in reum testimonium ne dicant, qui sobrinus est ei reo, propioreve cognatione conjunctus, quive socer, gener, vitricus, privignusque ejus erit. »

(EX COLLAT. TIT. XIV, C. III.)

ULPIANUS LIBRO IX DE OFFICIO PROCONSULIS, SUB TITULO AD LEGEM FABIAM.

1. Frequens est etiam legis Fabiæ cognitio in tribunalibus præsidum : quamquam quidam procuratores Cæsaris usurpaverint, tam Romæ quam in provinciis. 2. Sed enim jam eo perventum est constitutionibus, ut Romæ quidem præfectus urbis solus super ea re cognoscat, si intra mil-

Digitized by Google

liarium centesimum sit in via commissa; enimvero si ultra centesimum, præfectorum prætorio erit cognitio : in provincia enim (*est*) præsidum provinciarum, nec aliter procuratori Cæsaris hæc cognitio injungitur, quam (*si*) præsidis partibus in provincia fungatur : plane post sententiam de Fabia latam procuratoris partes succedunt. 3. Hujusce modi tamen procuratori, qui illam provinciam regit, licet de capitalibus causis cognoscere nec soleat, tamen ut de lege Fabia possit cognoscere Imp. Antoninus constituit. Idem legis Juliæ de adulteriis coercendis constitutione imperatoris Antonini quæstionem accepit. 4. Lege autem Fabia tenetur qui civem Romanum, eumve, qui in Italia liberatus sit, celaverit, vinxerit, vinctumque habuerit, vendiderit, emerit, quive in eam rem socius fuerit : cui capite primo ejusdem legis pœna injungitur. Si servus qui sciente domino fecerit, dominus ejus sestertiis quinquaginta millibus eodem capite punitur. 5. Ejusdem legis capite secundo tenetur qui alieno servo persuaserit ut dominum fugiat, quive alienum servum invito domino celaverit, vendiderit, emerit dolo malo, quive in ea re socius fuerit: jubeturque populo sestertium quinquaginta millia dare.

(EX COLLAT. TIT. X, C. II.)

MODESTINUS LIBRO II DIFFERENTIARUM DE DEPOSITO ET COMMODATO (1).

1. Commodati (2) judicio conventus etiam culpam præstare cogitur : qui vero depositi convenitur, de dolo non etiam de culpa condemnandus est. Commodati enim contractu, quia utriusque contrahentis utilitas intervenit, utrumque præstatur : in depositi vero causa sola deponentis utilitas vertitur, et ibi dolus tantum præstatur. 2. Sed in ceteris quoque partibus juris ista regula custoditur : sic enim

(1) Cod. : *commendato.*
(2) Cod. : *commendati.*

et in fiduciæ judicio, et in actione rei uxoriæ et dolus et culpa deducitur, quia utrius contrahentis utilitas intervenit. 3. In mandati vero judicio dolus, non etiam (culpa deducitur: quamvis singulariter denotare liceat in tutelæ judicio utrumque deduci, cum solius pupilli, non etiam) (1) tutoris utilitas in administratione versetur. 4. Depositi damnatus infamis est; qui vero commodati damnatur, non fit infamis: alter enim propter dolum, alter propter culpam condemnatur. 5. Actione depositi conventus cibariorum nomine apud eumdem judicem utiliter experitur: at is cui res commodata est, improbe cibariorum exactionem intendit. Impensas tamen necessarias jure persequitur, quas forte in ægrum vel alias laborantem impenderit. 6. Res deposita si subripiatur, dominus eo nomine habet furti actionem, quamvis ejus, apud quem res deposita est, intersit, ob impensas in rem factas, rem retinere. Is vero, cui res commodata sit, furti experiri debebit, si modo solvendo fuerit. 7. Actio commodati semper in simplum competit: depositi vero nonnunquam in duplum, scilicet si ruinæ vel naufragii vel incendii aut tumultus causa res deponatur.

(EX COLLAT. TIT. I, C. XII.)

MODESTINUS LIBRO VI DIFFERENTIARUM SUB TITULO DE SCIENTIBUS ET IGNORANTIBUS GENERALITER LOQUITUR.

Nonnunquam per ignorantiam delinquentibus juris civilis venia tribui solet, si modo rem facti quis, non juris, ignoret, quæ scilicet consilio delinquentibus præstari non solet. Propter quod necessarium est addita distinctione considerare utrum sciente an ignorante aliquo quid gestum proponatur.

(1) In codicibus jam dudum cognitis et in primis editionibus sic legebatur: « In mandati vero judicio dolus, non etiam [tutoris utilitas in administratione versatur, » omissis, per ὁμοιοτέλευτον, quæ uncis inclusa sunt. Nunc integer textus ex codicibus nuper repertis editur.

QUÆ EX

DOSITHEI MAGISTRI

INTERPRETAMENTORUM LIBRO TERTIO AD JUS PERTINENT:

D. ADRIANI SENTENTIÆ ET EPISTOLÆ

ET

TRACTATUS FORENSIS MAXIME DE MANUMISSIONIBUS

GRÆCE ET LATINE.

Digitized by Google

(ΘΕΙΟΥ ΑΔΡΙΑΝΟΥ ΑΠΟΦΑΣΕΙΣ ΚΑΙ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.)

---

1. Θαυμαστόν ἐστι καὶ ἐπαινετὸν τοσαύτῃ εὐφυΐᾳ τούτῳ τῷ βιβλίῳ ἔργον μαθήσεως διερμηνευμένον. Πρὸ τούτου γὰρ δυσὶν βιβλίοις συνέγραψα πάντα τὰ ῥήματα, ἃ ἠδυνήθην, τῇ ἡμετέρᾳ ἑρμηνίᾳ, ὅσα ἀναγκαῖα ὑπολαμβάνω, καὶ ὅλως ὅσα ὠφελεῖ ἀνθρώποις φιληταῖς τῆς λαλίας Ῥωμαϊκῆς· οὐκ ἐδίστασα καὶ ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ προσθεῖναι, ἵνα ἔχῃς ὅπου σεαυτὸν γυμνάσῃς, ἀλλὰ καὶ εὐτυχῶς τέκνοις σοῖς καταλίπῃς καὶ ὑπόδειγμα φιλοπονιῶν σου. Ἤδη οὖν ἀρξώμεθα ἑρμηνεύειν, καθὼς δυνάμεθα διδάσκειν κάλλιστα· ἀλλὰ τὰ κεφάλαια τῶν ὀνομάτων καὶ ῥημάτων ἑνὸς ἑκάστου ταῦτα ἔσονται ΘΕΙΟΥ ΑΔΡΙΑΝΟΥ ΑΠΟΦΑΣΕΙΣ ΚΑΙ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ, ἐξ ὧν μείζων εὐχρηστία ἀκολουθεῖ... ἀνθρώποις ἀπὸ τούτου τοῦ ἄρχοντος... ἐγένετο καὶ λαλιότης. Διὸ ἀναγκαίως εἰσὶν ἀναγνωστέα καὶ μνήμῃ παραδοτέα, εἰ μέντοι θέλομεν Ῥωμαϊστὶ λαλεῖν ἢ Ἑλληνιστὶ χωρὶς αἰτίας. Οὕτως ἀρξώμεθα.

2. Αἰτοῦντός τινος, ἵνα στρατεύηται, Ἀδριανὸς εἶπεν· Ποῦ θέλεις στρατεύεσθαι; Ἐκείνου λέγοντος· Εἰς τὸ πραιτώριον, Ἀδριανὸς ἐξήτασεν· Ποῖον μήκος ἔχεις; (Λέγοντος ἐκείνου·) Πέντε πόδας καὶ ἥμισυ, Ἀδριανὸς εἶπεν· Ἐν τοσούτῳ εἰς τὴν πολιτικὴν στρατεύου, καὶ ἐὰν καλὸς στρατιώτης ἔσῃ, τρίτῳ ὀψωνίῳ δυνήσῃ εἰς τὸ πραιτώριον μεταβῆναι.

3. Δι' ἐπιστολιδίου αἰτοῦντός τινος, ἵνα τὸν ἴδιον ἀπελεύθερον ἀπολέσῃ, ὃν πρὸ χρόνου κελεύσει ἐπάρχου γαζοφυλακίου κατὰ νόμον Αἴλιον Σεντίον εἰς λιθοτομίας βεβλήκει, καὶ νῦν τὴν ἐπίδοσιν αὐτοῦ ᾔτει, Ἀδριανὸς εἶπεν· Τί ζητεῖς ἀπολέσαι ἄνθρωπον, καὶ τὴν ἐπίδοσιν ἀφαιρεῖσθαι, ἀφ' οὗ ἤδη ἐξεδικήθης; Αναιδὴς εἶ.

4. Αἰτοῦντός τινος περὶ ἰδίου υἱοῦ, ὅτι αὐτὸν ἠμέλει, ἀσθενῆ ὄντα καὶ πενόμενον, καὶ τρέφειν μὴ θέλοι, ἐν ᾧ ἁπάσας τὰς οὐσίας αὐτοῦ δεδαπανήκει, Ἀδριανὸς εἶπεν τῷ νεανίσκῳ· Φύλασσέ σου τὸν πατέρα, διὰ τοῦτο γάρ σε ἐγέννησεν. Φρόντισον οὖν μὴ πάλιν περὶ σοῦ πρός με μέμψηται.

Digitized by Google

(DIVI ADRIANI SENTENTIÆ ET EPISTOLÆ.)

1. Mirandum est et laudandum tanto ingenio hoc in libro opus doctrinæ interpretatum. Ante hoc enim duobus libris conscripsi omnia verba, quæ potui, nostra interpretatione, quæ necessaria arbitror, et omnino quæ prosunt hominibus amatoribus loquelæ latinæ : non dubitavi et in hoc libro adjicere, ut habeas, ubi te ipsum exerceas, sed et feliciter liberis tuis relinquas memoriam et exemplum studiorum tuorum. Jam ergo incipiamus interpretari, sicut possumus docere optima : sed capitula nominum et verborum uniuscujusque hæc erunt DIVI ADRIANI SENTENTIÆ ET EPISTOLÆ, ex quibus major utilitas sequitur. . . hominibus ab eo principe. . . fuit et loquela. Propterea necessario sunt legenda et memoriæ tradenda, si quidem volumus latine loqui vel græce sine vitio. Sic incipiamus.

2. Petente quodam, ut militaret, Adrianus dixit : Ubi vis militare ? Illo dicente : In prætorio, Adrianus interrogavit : Quam staturam habes? (*Dicente illo :*) Quinque pedes et semis, Adrianus dixit : Interim in urbano milita, et si bonus miles fueris, tertio stipendio poteris in prætorium transire.

3. Per libellum petente quodam, ut suum libertum perderet, quem ante tempus jussu præfecti ærarii secundum legem Æliam Sentiam in lautumias miserat, et modo congiarium hujus peteret, Adrianus dixit : Quid quæris perdere hominem et congiarium auferre, ex quo jam vindicatus es? Improbus es.

4. Petente quodam de suo filio, quod ipsum negligeret valetudinarium et pauperem, et pascere nollet, in quo omnes facultates suas expenderat, Adrianus dixit juveni : Custodi patrem tuum; ideo enim te genuit; cura ergo ne iterum de te apud me queratur.

Digitized by Google

5. Κωδικίλλους τίς ποτε Ἀδριανῷ παρέδωκεν, δι' ὧν ἔφασκεν πλείονας εἶναι δανειστάς, οἵτινες ἀδίκους τόκους ἐξέπραξαν, ἐν οἷς τινας εἰς δηνάρια χίλια ἐξ αὐτῆς ἡμέρας δηνάρια ἑκατὸν ὑποστεῖλαι, καὶ παρεκτὸς ἑκατοστὰς λαμβάνειν, καὶ τὸ αὐτὸ πάλιν δανείζειν. Ἀδριανὸς εἶπεν· Ὁ ἐπισημότατος ἀνὴρ ἔπαρχός μου περὶ τούτου πράγματος ἐκτινάξει καὶ ἀναγγελεῖ μοι.

6. Δι' ἐπιστολιδίου αἰτοῦντός τινος εἶναι αὐτῷ περιουσίαν ἱππικῆς ἀξίας, ἀλλ' ὅτε ἵππον δημόσιον ᾐτεῖτο, παραλελειμμένον αὐτὸν εἶναι, πρὸ διετίας ἀποφάσει ἐπάρχου ἑνὶ ἐνιαυτῷ πολυδρίῳ ἐκχωρῆσαι (ἀναγκασθέντα), ἐπειδὴ διαβολὴ παρεισεληλύθει, ἣν δοῦλοι παρώξυναν, Ἀδριανὸς εἶπεν· Ὅστις ἵππον αἰτεῖ δημόσιον, ἐξημαρτημένος εἶναι ὀφειλεῖ. τὰ λοιπὰ δὲ ζωῇ σῇ δοκιμάσεις.

7. Αἰτοῦντός τινος ἐπιτραπῆναι αὐτῷ τὸν πατέρα ἑαυτοῦ ἀπὸ ἐξορίας μετακαλέσασθαι, Ἀδριανὸς εἶπε· Ὑπὸ τίνος ἐξώρισται; Ἐκείνου λέγοντος· Ὑπὸ ἐπάρχου, Ἀδριανὸς εἶπεν· Ἄφες ὄψωμαι τὰ ὑπομνήματα, σὺ δὲ φρόντισον ἐπανελθεῖν πρός με.

8. Λέγοντός τινος ἑαυτὸν ὑπονοεῖσθαι ὑπὸ ἰδίων ἀπελευθέρων, καὶ ἔχειν ἴδια ἐργαστήρια, ἐν οἷς αὐτοὶ πραγματεύονται ἐκ τῶν αὐτοῦ χρημάτων, καὶ μηδὲν ἀπ' ἐκείνων λαμβάνειν, ὁ οὖν συνήγορος τῶν ἀπελευθέρων ἀπεκρίθη, ἐπὶ πολλῷ χρόνῳ αὐτοὺς τῷ πάτρωνι αὐτῶν ἕν' ἕκαστον παρεσχηκέναι δραχμήν, καὶ ἔτι ἑτοίμους εἶναι παρέχειν, εἰ αὐτοῖς ἐπιτρέποι πραγματεύεσθαι. Ἀδριανὸς εἶπεν· Φροντίσατε οὖν, μὴ πάλιν μέμψηται· ἀλλὰ καὶ αὐτὸς νοῦν κοινὸν ἔχῃ.

9. Διὰ βιβλιδίου λέγοντός τινος πατέρα ἴδιον ἀποπεφισκῶσθαι, καὶ αὐτῷ δικουρίαν ἀφῃρῆσθαι, ἣν ἀπῄτει, καὶ εἴ τινα ἄλλα γεγόνεισαν δίκαια· ἅτινα αἰτοῦντός τινος, Ἀδριανὸς ἐζήτησεν· Πότε ὁ πατήρ σου ἀποπεφισκωμένος εἶη; Λέγοντος ἐκείνου· Πρὸ ἐτῶν δέκα, Ἀδριανὸς ἠρώτησεν· Διὰ τί οὐ πρότερον ἤκουσας (1) τὸν ἔπαρχον καὶ περὶ τούτου ἐμέμψω; ἐὰν

(1) Pro ἤκουσας τὸν sententia exigit ἠλεύσω πρὸς τόν.

Google

5. Codicillos aliquis Adriano tradidit, per quos dicebat plures esse feneratores, qui iniquas usuras exigebant, in quibus quosdam in denarios mille ex ipsa die denarios centum subducere, et extrinsecus centesimas accipere, et eosdem iterum fenerari. Adrianus dixit : Clarissimus vir, præfectus meus, de ea re excutiet et renuntiabit mihi.

6. Per libellum petente quodam esse sibi facultatem equestris dignitatis, sed cum equum publicum peteret, præteritum eum fuisse, ante biennium decreto præfecti anno municipio excedere (*coactum*), quoniam crimen intervenerat, quod servi concitaverant, Adrianus dixit : Qui equum petit publicum, emendatus esse debet; cetera autem vita tua probabis.

7. Petente quodam permitti patrem suum ab exilio revocari, Adrianus dixit : A quo exiliatus est? Illo dicente : A præfecto, Adrianus dixit : Sine videam commentarios; tu tamen cura reverti ad me.

8. Dicente quodam se circumventum esse a suis libertis, et habere suas tabernas, in quibus ipsi negotiantur de suis pecuniis, et nihil ab illis accipere, ergo advocatus libertorum respondit, multo tempore eos patrono suo unumquemque præstitisse denarium, et adhuc paratos esse præstare, si eis permitteret negotiari. Adrianus dixit : Curate ergo, ne iterum queratur; sed et ipse sensum communem habeat.

9. Per libellum dicente quodam patrem suum confiscatum esse, et sibi decuriam ablatam esse, quam petebat, et si qua alia fuissent jura; quæ petente quodam, Adrianus inquisivit : Quando pater tuus confiscatus est? Dicente illo : Ante annos decem, Adrianus interrogavit : Quare non audisti (1) præfectum et de hoc questus es? si enim cœperi-

(1) Profecto primitus scriptum erat : *adisti;* Dositheus legit : *audisti*, et vertit : ἤκουσας.

Google

γὰρ ἀρξώμεθα πράγματα ἢ καλῶς ἢ κακῶς κεκριμένα μεταχαλεῖν, οὐδὲν τετελεσμένον ἔσται· αὐτὸς σαυτῷ ὑστέρησαι.

10. Οὐρβικοῦ λέγοντος Πριμίτιβον ἐλευθερῶσαι θέλοντα δοῦλον [ἴδιον], κεκωλυσμένον εἶναι ἀπὸ Ῥεστούτης, μητρὸς ὀρφανῆς· εἰς ἀδικίαν γὰρ τῆς ὀρφανῆς τοῦτο γίνεσθαι· εἶναι γὰρ αὐτὸν πραγματευτὴν αὐτῆς, καὶ δι' αὐτὸν τὰ πράγματα πάντα τῆς ὀρφανῆς διοικούμενα· Ἀδριανὸς ἐζήτησεν, ποίας ἡλικίας ἡ ὀρφανὴ εἴη; Λέγοντος τοῦ συνηγόρου, δέκα εἶναι ἐτῶν, Ἀδριανὸς εἶπεν· Πεῖσον τοὺς κριτὰς μὴ ὀφείλειν τοῦτον περὶ ταύτην προσηγορίαν ἐλευθεροῦσθαι.

11. Λεγούσης τινὸς γυναικὸς τὴν ἐπίδοσιν τοῦ ἰδίου υἱοῦ ἀφῃρῆσθαι ὑπὸ τινὸς....., καὶ λέγοντος υἱὸν ἴδιον εἶναι, καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἀνήκειν τὴν ἐπίδοσιν, ἀπεκρίθη ἡ γυνὴ Ῥωμαϊκὴν αὐτὴν γεγονέναι, καὶ δέλτους μόνον συγγεγραφέναι, γάμους δὲ μὴ γεγονέναι· ἠρνήσατο ἄλλος, ὅστις ἑαυτὸν ἔλεγεν πατέρα αὐτοῦ εἶναι. Ἀδριανὸς εἶπεν· Ὅτε οὖν μὴ ἦ υἱὸς σός, τὴν ἐπίδοσιν αὐτοῦ (δεδήλωται δι' ἀδικίαν) ἀφαιρεῖσθαι. Μὴ δυνηθέντος οὖν αὐτὸν ἀποδεῖξαι υἱὸν ἴδιον εἶναι, περὶ οὗ ἤγετο, Ἀδριανὸς ἐκέλευσεν πρὸς ἑαυτὸν τὸν παῖδα καὶ ἐπηρώτησεν, παρὰ τίνι διατρίβοι; (Λέγοντος δὲ τοῦ παῖδος· Παρὰ μητρί,) Ἀδριανὸς τῷ ἀνθρώπῳ εἶπεν· Ἀναιδέστατε, ἀπόδος τὴν ἀλλοτρίαν ἐπίδοσιν.

12. Αἰτούσης τινὸς γυναικὸς περὶ φροντιστοῦ υἱοῦ αὐτῆς, ὃς αὐτῷ τριετίαν οὐ παρεσχήκει τροφεῖα, καὶ σήμερον τὴν ἐπίδοσιν αὐτοῦ ἀφῄρηκεν· Ἀδριανὸς τὸν φροντιστὴν ἐζήτασεν, πότε εἴη ἐπίτροπος δεδομένος, καὶ εἴ τι παρεσχήκει τῷ ὀρφανῷ; ὁ φροντιστὴς εἶπεν, ὅτι ὁ κοινωνὸς αὐτοῦ ἀπῶν εἴη, καὶ μήδε δυνῆσθαί τί ποτε μόνος παρέχειν· Ἀδριανὸς εἶπεν τῷ φροντιστῇ· Διὰ τοῦτο οὖν ἐδόθης, ἵνα λιμῷ πνίξῃς τὸν ὀρφανόν; κατὰ δύναμιν οὖν τῆς ὑποστάσεως τροφεῖα αὐτῷ πάρεχε.

13. Ἐν τοσούτῳ δὲ ἐνέτυχέν τις Ἀδριανῷ λέγων· Οἱ υἱοί μου, Κύριε, ἐστρατολογήθησαν· Ἀδριανὸς εἶπεν· Ἐπ' ἀγαθῷ. Ἀπεκρίθη (ἐκεῖνος)· Ἀλλὰ ἰδιῶταί εἰσιν, καὶ φοβοῦμαι μή τι παρὰ τὸ καθῆκον ποιήσουσιν καὶ ἔρημόν με καταλίπωσιν. Ἀδρια-

Digitized by Google

mus res aut bene aut male judicatas revocare, nihil consummatum erit; ipse tibi defuisti.

10. Urbico dicente Primitivum, manumittere volentem servum (suum), vetitum esse a Restuta, matre pupillæ; in fraudem enim pupillæ hoc fieri; esse enim eum actorem ejus, et per eum res omnes pupillæ administratas : Adrianus inquisivit, cujus ætatis pupilla esset? Dicente advocato, decem esse annorum, Adrianus dixit : Suade judices non debere eum circa eam appellationem manumitti.

11. Dicente quadam muliere congiarium sui filii ablatum esse a quodam. . . . , et dicente filium esse, et ad se pertinere congiarium, respondit mulier (*civem*) Romanam se fuisse, et tabulas solum conscripsisse, nuptias autem non fuisse : negavit alius, qui se dicebat patrem ejus esse. Adrianus dixit : Cum ergo non erit filius tuus, congiarium ejus (*manifestum est injuria*) auferri. Non potente ergo eum ostendere filium suum esse, de quo agebatur, Adrianus jussit apud se puerum et interrogavit, apud quem moraretur? (*Dicente autem puero : Apud matrem,*) Adrianus homini dixit : Improbissime, redde alienum congiarium.

12. Petente quodam muliere de curatore filii sui, qui ei triennium non præstiterat alimenta, et hodie congiarium ejus abstulit : Adrianus curatorem interrogavit, quando esset procurator datus, et si quid præstitisset pupillo? Curator dixit, quod socius ejus absens esset, et non potuisset aliquid solus præstare. Adrianus dixit curatori : Propter hoc ergo datus es, ut fame neces pupillum? pro modo ergo facultatis alimenta ei præsta.

13. Interea autem interpellavit quis Adriano dicens : Filii mei, Domine, militiæ capti sunt; Adrianus dixit : Feliciter [in bono]! Respondit (*ille*) : Sed inscientes sunt, et timeo ne quid extra ordinem faciant et desertum me relin-

Google

νὸς εἶπεν· Μηδὲν εὐλαβοῦ, ἐν εἰρήνῃ γὰρ στρατεύονται. Ὧι ὁ πατὴρ εἶπεν· Ἐπίτρεψον οὖν μοι, Κύριε αὐτοκράτορ, κἂν ὑπηρέτην αὐτῶν εἶναι, ἵνα αὐτοὺς ἐπέχω· Ἀδριανὸς εἶπεν· Μὴ ποιήσειαν οἱ θεοί, ἵνα σε ὑπόδουλον τοῖς τέκνοις σοῦ ποιήσω, ἀλλὰ κλῆμα λαβὼν ἑκατοντάρχης αὐτῶν γενοῦ.

14. Ἀδριανοῦ ἐπίδοσιν διδόντος γυνή τις ἐξεβόησεν· Δέομαί σου, Κύριε αὐτοκράτορ, ἵνα κελεύσῃς ἐκ τῆς ἐπιδόσεως τοῦ υἱοῦ μου δοθῆναι μοί τι, ἐπεὶ αὐτός μου ἀμελεῖ. Καὶ υἱὸς αὐτῆς παρεστὼς λέγει· Ἐγώ, Κύριε αὐτοκράτορ, οὐκ ἐπιγιγνώσκω ταύτην μητέρα. Ἀδριανὸς εἶπεν· Εἰ σὺ ταύτην οὐκ ἐπιγιγνώσκεις μητέρα, οὐδὲ ἐγώ σε πολίτην Ῥωμαῖον.

15. Χαῖρε, μῆτερ καλλίστη καὶ τιμιωτάτη. Ὅσα γὰρ σὺ θεοῖς εὔχῃ ὑπὲρ ἐμοῦ, κἀγὼ τὰ αὐτὰ ὑπέρ σου εὔχομαι· ἡ γὰρ σὴ εὐσεβεία καὶ σεμνότης πάντα ποιεῖ· χαίρω δέ, νὴ τὸν Ἡρακλέα, ὅτι τὰ ὑπ' ἐμοῦ γινόμενα πάντά σοι ἀρεστά εἰσιν καὶ ἐπαινετά. Οἶδας οὖν, μῆτερ, τὴν σήμερον ἡμέραν γενέθλιόν μου εἶναι, καὶ ὀφείλομεν κοινῇ δειπνῆσαι. Ἐὰν θέλῃς οὖν, ἐνωρότερον μετὰ τῶν ἀδελφῶν μου λελουμένη ἔρχου· Σαβίνη γὰρ εἰς ἀγρὸν ὥρμησεν, ἀλλὰ σφυρίδα αὐτὴ ἔπεμψεν. Βλέπε οὖν, ἵνα τάχεον ἔλθῃς, ἵνα δυνησώμεθα τὴν εὐκταίαν (ἡμέραν) εἰς ἓν θρησκεῦσαι.

16. Ἐγένετο νόμος τοιουτότροπος πᾶσιν ἀνθρώποις, ὅπως ὅστις πατροκτονίαν πεποιήκει, δημοσίως εἰς μολγὸν πεμφθεὶς συῤῥαφῆναι μετὰ ἐχίδνης, καὶ πιθήκου, καὶ ἀλέκτορος, καὶ κυνὸς, ἀσεβῶν ζώων ἀσεβὴς ἄνθρωπος, καὶ εἰς ἁμάξαν ἐζευγμένην μελανῶν βοῶν κατενεχθῆναι πρὸς θάλασσαν, καὶ εἰς βύθονα βληθῆναι. Ἔδειξαν ὑπόδειγμα τιμωρίας, ἵνα μᾶλλον φοβηθῶσιν.... οὕτως ἀνόσιον ἔργον ἐποίησεν (1).

---

(1) Forte : φοβηθῶσιν ἄνθρωποι οὕτως ἀνόσιον ἔργον ποιῆσαι.

quant. Adrianus dixit : Ne quid timeas ; in pace enim militant. Cui pater dixit : Permitte ergo me, Domine imperator, vel ministrum eorum esse, ut eos attendam. Adrianus dixit : Ne id faciant dii, ut te obsequentem filiis tuis faciam; sed vite accepta centurio eorum esto.

14. Adriano congiarium dante mulier quædam exclamavit : Rogo te, Domine imperator, ut jubeas de congiario filii mei dari mihi aliquid, quoniam ipse me negligit. Et filius ejus adstans dicit : Ego, Domine imperator, non agnosco eam matrem. Adrianus dixit : Si tu eam non agnoscis matrem, nec ego te civem Romanum.

15. Gaude (1), mater optima et carissima. Quæque enim tu deos oras pro me, et ego eadem pro te oro : tua enim pietas et castitas omnia facit; gaudeo tamen, per Herculem, quoniam quæ a me fiunt, omnia tibi grata sunt et laudabilia. Scis ergo, mater, hodiernum diem natalem meum esse, et debemus invicem (2) cenare. Si vis ergo, tempore cum sororibus meis lota veni : Sabina enim in villam profecta est ; sed sportellam ipsa misit. Vide ergo, ut celerius venias, ut possimus optabilem (*diem*) in unum celebrare.

16. Fuit quædam lex ejusmodi omnibus hominibus, uti qui parricidium fecisset, publice in culleum missus consueretur cum vipera, et simia, et gallo, et cane, impiis animalibus impius homo, et in plaustrum junctum nigris bobus, deporteretur ad mare, et in profundum mitteretur. Ostenderunt exemplum pœnæ, ut magis timeant.... sic crudele opus fecit (3).

---

(1) Melius : *salve*.
(2) Melius : *in commune*, *una*.
(3) Forte : timeant *homines tam* crudele opus *facere*.

Google

(ΣΥΓΓΡΑΜΜΑΤΙΟΝ ΝΟΜΙΚΟΝ ·

ΜΑΔΙΣΤΑ

ΠΕΡΙ ΕΛΕΥΘΕΡΩΕΩΝ.)

Ἀλλὰ ἤδη νῦν, ἃ ὑπεσχόμην, τὰ ἀνήκοντα πρὸς τὴν ἀγοράν, ἢ ἐν βουλευτηρίῳ (1), οὐδενὶ ἐνποδίῳ ἤδη ἄρξομαι.

1. Πᾶν γὰρ δίκαιον ἢ πολιτικὸν προσαγορεύεται, ἢ φυσικὸν λέγεται, ἢ ἐθνικὸν δίκαιον· ἀπὸ τούτου γὰρ ὠνομάσθη, ὅτι πάντα τὰ ἔθνη ὁμοίως τούτου εἰσὶν κεχρημένα· ὁ γὰρ καλὸν καὶ δίκαιόν ἐστιν. πάντων εὐχρηστίᾳ συμφωνεῖ. Τόδε δίκαιον πολιτικὸν κύριόν ἐστιν Ῥωμαίων, καὶ ἀπὸ τούτων εἰρημένον, ἐπειδὴ ἡμετέρα πόλις τούτῳ τῇ ἀληθείᾳ χρῆται· ἀλλὰ ἔνιοι τοῦτο εἶναι, προλέγουσιν, ὃ πᾶσι πολίταις ἰδίοις ἢ μείζονι μέρει συμφέρει· εἰσὶν γὰρ οἳ καὶ (2) παρέδοσαν ὑπόστασιν δικαιοσύνης εἶναι· πλείονες τοῦτον δὲ τὸν ἀφορισμὸν ἀληθέστερον εἶναι παρέδοσαν, ὅντινα ἐν τῇ ἀρχῇ εἴπαμεν.

2. Δικαίου πολιτικοῦ προσαγορεύεται, ὡς ἐκ πλειόνων μερῶν συνέστηκεν· ἀλλὰ διαταξεις αὐτοκρατορικαὶ ὁμοίως τιμητέον, ὅ ἐστιν καὶ τοῦ πραίτορος διάταγμα ὁμοίως ἢ ἀνθυπάτου· ἐκ τούτου γὰρ συγκατέθεντο τὴν ἐμπειρίαν, καὶ παρείληπται τῶν ἀποκριμάτων, καὶ κεφαλαιωδῶς εἰώθαμεν ταῦτα λέγειν. [3.] Νόμος γὰρ Ἰούλιος καὶ Πάπιος τὰ λοιπὰ μέρη τοῦ δικαίου προσαγορεύονται (3).

---

(1) Forte supplendum : δοκιμασθέντα.
(2) Forte pro καὶ legendum δίκαιον.
(3) Totum hunc locum sic fere restituendum esse putat Böcking : Δικαίου πολιτικοῦ τὸ μὲν ἔγγραφον, τὸ δὲ ἄγραφον προσαγορεύεται. Ἐκεῖνο δὲ ἐκ πλειόνων μερῶν συνέστηκεν. Tum post legis senatusque consultorum expositionem : Ἀλλὰ διατάξεις αὐτοκρατορικαὶ νόμον τάξιν ἐπέχουσιν, καὶ ὁμοίως τιμῶνται. Μέρος δέ ἐστιν καὶ τοῦ πραιτορος διάταγμα ἢ ἀνθυπάτου, ὁμοίως τιμητέον. Sequebatur de

Google

(DISPUTATIO FORENSIS

MAXIME

DE MANUMISSIONIBUS.)

Sed jam nunc quæ promisi, pertinentia ad forum, vel in curia (1), nullo impedimento jam aggrèdiar.

1. Omne enim jus aut civile appellatur, aut naturale dicitur, vel gentium jus : ab eo enim nominatum est, quod omnes gentes similiter eo sunt usæ; quod enim honestum et justum est, omnium utilitati convenit. Jus autem civile proprium est Romanorum, et ab eis dictum, quoniam nostra civitas ipso revera utitur : sed quidam hoc esse prædicunt, quod omnibus civibus suis aut majori parti expedit : sunt enim qui et (2) tradiderunt substantiam justitiæ esse; plurimi autem illam definitionem veriorem esse tradiderunt, quàm in principio diximus.

2. Juris civilis appellatur, quasi ex pluribus partibus constat.....; sed constitutiones imperatoriæ similiter honorandæ, quod est et prætoris edictum similiter vel proconsulis. Ex eo enim constituerunt juris prudentiam, et receptum est responsorum, et summatim solemus hæc dicere. [3] Lex enim Julia et Papia ceteræ partes juris appellantur (3).

---

(1) Forte supplendum : *comprobata*.

(2) Forte pro *et* legendum : *jus*. Conf. notam 2 paginæ oppositæ.

(3) Sic loci ex conjectura Eduardi Böcking restituti translationem propono : *Jus civile aliud scriptum, aliud non scriptum appellatur. Illud autem ex pluribus partibus constat. Sed constitutiones imperiales legis vicem obtinent et similiter honorantur. Pars est etiam (juris scripti) edictum prætoris vel proconsulis, similiter honorandum.* — *Auctoritatem ha-*

Digitized by Google

3. [4.] Τοὺς γὰρ κανόνας ἐπεξιόντί μοι πρὸς ταῦτα τὰ μαθήματα ἀναγκαῖον (ἐφάνη) πρὸ πάντων εἰδέναι (περὶ αἱρέσεως τῶν ἀνθρώπων·) οὐδὲ γὰρ μιᾶς εἰσὶν αἱρέσεως, ἀλλὰ ποικίλης, ἅτινα καθ' ἕκαστον τὰ ἀνήκοντα πρὸς ταύτην τὴν ἐξήγησιν ἀνενεκτέα ἐστὶν τῇ τάξει.

4. [5.] Πάντες γὰρ ἢ εὐγενεῖς εἰσὶν, ἢ ἀπελεύθεροι, Ἀλλὰ ἵνα μᾶλλον δυνηθῶσιν ἕκαστα διασαφηθῆναι, βέλτιον δοκεῖ ἄρξασθαι ἀπὸ ἀπελευθέρων ἀναφέρειν, καὶ πρῶτον περὶ Ῥωμαϊκῶν γράφειν, μὴ πλεονάκις ταῦτα διερμηνεύειν ἀναγκαζώμεθα. [6.] Πρῶτον οὖν ἴδωμεν, πότερόν ἐστιν ὃ λέγεται, αὐτοὺς, οἱ μεταξὺ φίλους παλαιοὺς (1) ἀπελευθεροῦντο, μὴ εἶναι ἐλευθέρους, ἀλλὰ τοῦ δεσπότου θελήσει ἐν ἐλευθερίᾳ διατρίβειν, καὶ μόνον τοῦ δουλικοῦ φόβου ἀπολύεσθαι.

5. Πρότερον γὰρ μία ἐλευθερία ἦν, καὶ ἡ ἐλευθερία ἐγίνετο ἐκ προσαγωγῆς, ἢ κατὰ διαθήκην, ἢ ἐν ἀποτιμήσει· καὶ πολιτεία Ῥωμαίων συνήτει τοῖς ἠλευθερωμένοις, ἥτις προσαγορεύεται νόμιμος ἐλευθερία. Οὗτοι δὲ, οἱ δεσπότου θελήσει ἐν ἐλευθερίᾳ ἦσαν, ἔμενον δοῦλοι, καὶ οἱ ἐλευθερῶντες ἀτόλμων εἰς δουλείαν πάλιν αὐτοὺς κατὰ βίαν ἄγειν. παρεγίνετο (δὲ) ὁ στρατηγὸς καὶ οὐκ ἤφιεν ἐλευθερωθέντα δουλεύειν· [7.] Πάντα μέντοι καθὼς δοῦλος προσεπόριζεν ἠλευθερωκότι, ἢ εἴ τι ἐπηρώτα, ἢ κατὰ γραφὴν εἰλήφει, ἢ ἐξ οἵας δήποτε δίκης ἄλλης προσεκέκτητο, τοῦ δεσπότου τοῦτο ἀγίνετο, τοῦτ' ἐστὶν ἐλευθερουμένου πάντα τὰ ὑπάρχοντα πρὸς τὸν πάτρωνα διέφερεν.

6. [8.] Ἀλλὰ νῦν ἔχουσιν ἰδίαν ἐλευθερίαν εἰς τοὺς φίλους ἠλευθερωμένοι, καί γίνονται Λατῖνοι Ἰουνιανοί, ἐπειδὴ νόμος Ἰούνιος, ὃς τὴν ἐλευθερίαν αὐτοῖς ἔδωκεν, ἐξίσωσεν αὐτοὺς Λα-

---

responsis prudentium brevis expositio, fortasse in hunc modum : Αἵδεντίαν δὲ ἔχει καὶ τὰ ὑπὸ τῶν νομικῶν (sive ἐμπείρων) νομοθετούμενα · ἐκ τούτου γὰρ ὁ οἱ νομικοὶ συγκατένευσαν, τὴν ἐμπειρίαν συγκατέθεντο, καὶ παρείληπται τῶν ἀποκριμάτων ὄνομα, ὅστε τοὺς νομικοὺς ἐπερωτωμένους ἐξ ἀποφθέγματος νομοθετεῖν. Καὶ περιπαιωδῶς εἰώθαμεν ταῦτα λέγειν δίκαιον πολιτικόν. Νόμος γὰρ λέγεται ἐξαιρέτως, ὡς ὁ Ἰούλιος καὶ Πάπιος · ἀλλ' οὕτως καὶ τὰ λοιπὰ μέρη τοῦ δικαίου προσαγορεύεται.

[1] Legendum videtur : παλαί.

Digitized by Google

3. [4.] Regulas enim exsequenti mihi ad ea studia necessarium (*visum est*) ante omnia scire (*de conditione hominum :*) nec enim unius sunt conditionis, sed variæ; quæ per singula, quæ pertinent ad hanc enarrationem, referenda sunt ordine.

4. [5.] Omnes enim vel ingenui sunt, vel liberti. Sed ut magis possint singula declarari, melius videtur incipere a libertis referre, et primum de Latinis scribere, ne sæpius eadem interpretari cogamur. [6.] Primum ergo videamus quale est quod dicitur, eos qui inter amicos antiquitus manumittebantur, non esse liberos, sed domini voluntate in libertate morari, et tantum serviendi metu liberari.

5. Antea enim una libertas erat, et libertas fiebat ex vindicta, vel ex testamento, vel in censu, et civitas Romana competebat manumissis, quæ appellatur legitima libertas. Hi autem qui domini voluntate in libertate erant, manebant servi, et manumissores audebant eos iterum in servitutem per vim ducere; sed interveniebat prætor, et non patiebatur manumissum servire. [7.] Omnia tamen quasi servus adquirebat manumissori; vel si quid stipulabatur, vel mancipatione accipiebat, vel ex quacumque causa alia adquisierat, domini hoc faciebat, id est, manumissi omnia bona ad patronum pertinebant.

6. [8.] Sec nunc habent propriam libertatem inter amicos manumissi, et fiunt Latini Juniani, quoniam lex Junia, quæ libertatem eis dedit, exæquavit eos Latinis

---

bent etiam quæ a jurisconsultis (sive prudentibus) constituta sunt; ex eo enim de quo jurisconsulti consenserunt, prudentiam constituerunt, et receptum est responsorum nomen, ita ut jurisconsulti interrogati ex responsis (sententiis) jus constituerent. Et summatim solemus hæc dicere jus civile. Lex enim dicitur præcipuæ, ut Julia et Papia, sed ita et cetera partes juris appellantur.

Google

τίνοις κολωναρίοις, οἵ, ὅτε ἦσαν πολῖται Ῥωμαίων ἀπελεύθεροι (1), ὄνομα ἴδιον εἰς τὴν κολωνίαν δεδώκεσαν.

7. [9.] Ἐν τούτοις, οἳ μεταξὺ φίλων ἐλευθεροῦνται, θέλησις δεσπότου σκοπεῖται· νόμος γὰρ Ἰούνιος τούτους γίνεσθαι Λατίνους κελεύει, οὓς ὁ δεσπότης ἐλευθέρους εἶναι ἠθέλησεν. Τοῦτου δὴ οὕτως ἔχοντος, ὀφείλει προαίρεσιν ἐλευθεροῦντος ἔχειν ὁ δεσπότης· ὅθεν εἰ κατὰ βίαν ἀναγκασθεὶς, λόγου χάριν ὑπό τινος δήμου, ἢ ἀφ' ἑνὸς ἑκάστου ἀνθρώπων ἐλευθερώσῃ, οὐκ ἐλεύσεται ὁ δοῦλος πρὸς τὴν ἐλευθερίαν, ἐπεὶ οὐ νοεῖται ἠθεληκέναι, ὁ ἀναγκασθεὶς [ἐλευθερῶσαι].

8. [10.] Ὁμοίως ἵνα δυνηθῇ ἔχειν ὁ δοῦλος τὴν ἐλευθερίαν, τοιοῦτος εἶναι ὀφείλει, ἵνα ὁ πραίτωρ εἴτε ἀνθύπατος ἐλευθερίαν αὐτοῦ συντηρῇ, καὶ γὰρ τοῦτο νόμῳ Ἰουνίῳ ἠσφάλισται· εἰσὶν μέντοι πλείονες αἰτίαι, ἐν αἷς οὐ φυλάσσει ὁ ἀνθύπατος τὴν ἐλευθερίαν, περὶ ὧν προβαίνοντες ἐπιδείξομεν.

9. [11.] Ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνο παρατηρητέον, ἵνα ὁ ἐλευθερούμενος ἐν τοῖς ὑπάρχουσιν ἐλευθεροῦντος (ᾖ)· καὶ διὰ τοῦτο εἰ τοσοῦτον ἐκ δικαίου πολιτικοῦ ᾖ ἐλευθεροῦντος, οὐκ ἔσται Λατῖνος· ἀνάγκη ἐστὶν οὖν δοῦλον οὐ μόνον ἐκ δικαίου πολιτικοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ὑπάρχουσιν εἶναι.

10. [12.] Κοινὸς δοῦλος εἰ ὑπὸ ἑνὸς (κοινωνῶν ἐκ προσαγωγῆς ἐλευθερωθῇ, οὔτε τοῦ ἐλευθεροῦντος) γίνεται ἀπελεύθερος, οὔτε ἐπὶ τὴν ἐλευθερίαν ἔρχεται, (ἀλλ' ὁ ἐλευθερῶν τὸ αὐτοῦ μέρος ἀποβάλλει,) καὶ τοῦ ἑτέρου δεσπότου ὅλος γίνεται δοῦλος, νόμου αὐξομένου (2). Ἀλλὰ μεταξὺ φίλων δοῦλος ὑπὸ ἑνὸς ἀπὸ κοινωνῶν ἐλευθερωθεὶς δοῦλος μένει, (καὶ) ἑκατέρω κυριεύσουσιν· δίκαιον γὰρ οὐ προσαύξεσθαι ἐν ταύτῃ τῇ ἐλευθερίᾳ, ἐν ᾗ στρέφεται· εἰ καὶ Προκουλὸς δοκιμάσῃ προσαύξειν μετὰ κοινωνῶν, οὐ τῇ γνώμῃ χρῶμεθα (3).

11. [13.] Κυριώτατος τοῦτον τὸν δοῦλον, οὗ ἡ χρῆσις καὶ

---

(1) Rectius : πολῖται Ῥωμαῖοι, deleto ἀπελεύθεροι.
(2) Potius : νόμῳ τοῦ αὐξάνεσθαι.
(3) Locus profecto corruptus.

Google

coloniariis qui, cum essent cives Romani liberti (1), nomen suum in coloniam dederant.

7. [9.] In his qui inter amicos manumittuntur, voluntas domini spectatur : lex enim Junia eos fieri Latinos jubet, quos dominus liberos esse voluit. Hoc cum ita se habeat, debet voluntatem manumittentis habere dominus : unde si per vim coactus, verbi gratia, ab aliquo populo, vel a singulis hominibus, manumiserit, non veniet servus ad libertatem, quia non intelligitur voluisse, qui coactus est [manumittere].

8. [10.] Similiter ut possit habere servus libertatem, talis esse debet, ut prætor vel proconsul libertatem ejus tueatur; nam et hoc lege Junia cautum est : sunt autem plures causæ, in quibus proconsul libertatem non tuetur, de quibus procedentes ostendemus.

9. [11.] Sed et illud observandum, ut qui manumittitur in bonis manumittentis (*sit*); et ideo si tantum ex jure Quiritium sit manumittentis, non erit Latinus : necesse est ergo servum non tantum ex jure Quiritium, sed etiam in bonis esse.

10. [12.] Communis servus (*si ab uno sociorum vindicta manumittatur, neque manumissoris*) fit liber*tus*, neque ad libertatem pervenit, (*sed manumissor partem suam amittit*,) et alterius domini totus fit servus jure crescente (2). Sed inter amicos servus ab uno ex sociis manumissus, servus manebit, (*et*) utrique dominabuntur : justum enim non adcrescere in hac manumissione, in qua vertitur; etsi Proculus existimaverit adcrescere inter socios, non ea sententia utimur (3).

11. [13.] Proprietarius eum servum, cujus usus et

(1) Vox *liberti* delenda videtur.
(2) Potius : *jure adcrescendi*.
(3) Locus corruptus.

ὁ καρπὸς πρὸς ἄλλον ἀνῆκει, οὐ δύναται ἐκ προςαγωγῆς ἐλευθερῶσαι, ἐπισκοτούσης χρύσεως καὶ καρποῦ· καὶ εἰ ἐλευθερώσῃ τοῦτον ἐκ προςαγωγῆς, ποιήσει δοῦλον ἄνευ δεσπότου, ... ἀλλὰ Λατῖνον....

12. [14.] Ξένος ἐλευθερῶν δοῦλον οὐ δύναται πρὸς Λατῖνον ἄγειν, ἐπεὶ ὁ νόμος Ἰούνιος, ὃς τῶν Λατίνων γένος εἰςήγαγεν, οὐκ ἀνῆκει πρὸς Ἕλληνας (1) ἐλευθεροῦντας, καθὼς καὶ Ὀκταβῆνος δοκιμάζει. Ὁ πραίτωρ οὐ μὴ ἀφήσει τὸν ἐλευθερωθέντα δουλεύειν, εἰ μὴ ἄλλως νόμῳ Ἑλλήνων χειρογραφηθῇ.

13. [15.] Νεώτερος εἴκοσι ἐτῶν ἐλευθερώσαι οὔτε ἐκ προςαγωγῆς δύναται, οὔτε διαθήκῃ. Τοιγαροῦν οὐδὲ Λατῖνον ποιῆσαι δύναται· τοσοῦτον γὰρ ἐπὶ συμβουλίῳ δύναται ἐλευθερῶσαι δοῦλον ἴδιον, αἰτίας δοκιμασθείσης.

14. [16.] Οὗτος δέ, ὁ ἐλευθεροῦται εἰς φίλους, ὅσων ἂν ᾖ ἐτῶν, Λατῖνος γίνεται, καὶ μόνον αὐτῷ τούτῳ προςχωρεῖ ἐλευθερία (2), ἵνα μεταξὺ πάλιν δυνηθῇ ἐκ προςαγωγῆς ἢ διαθήκῃ ἐλευθερωθῆναι, καὶ πολίτης Ῥωμαίων (3) γενέσθαι.

15. [17.] Γυνὴ χωρὶς ἐπιτρόπου αὐθεντίας (οὐ δύναται ἐλευθερῶσαι), ἐκτὸς εἰ μὴ δίκαιον τέκνων ἔχοι· τότε γὰρ ἐκ προςαγωγῆς χωρὶς ἐπιτρόπου δύναται ἐλευθερῶσαι. Ὅθεν εἴ γε ἡ γυνὴ ἀπαῦσα ἐλεύθερον εἶναι κελεύσῃ, ἥτις δίκαιον τέκνων μὴ ἔχοι, ἐζήτηται τοῦτο, εἰ, ἐπιτρόπου αὐτῆς αὐθεντίαν ἐπιχωροῦντος τούτῳ τῷ χρόνῳ, ᾧ ἡ ἐπιστολὴ γράφεται δούλῳ ὑπὸ τῆς δεσποίνης, (οὗτος ἐλεύθερος γένοιτο;) Ἰουλιανὸς ἀρνεῖται· ὑπολαμβάνει γὰρ τούτῳ τῷ χρόνῳ ὀφείλειν αὐθεντίαν παρέχεσθαι, ἐν ᾧ ἀπαρτίζεται ἡ ἐλευθερία· τότε γὰρ ἀπαρτίζεσθαι νοεῖται, ὅτε ὁ δοῦλος ἐπιγνῷ τῆς δεσποίνης τὴν θέλησιν. Ἀλλὰ Νηράτιος Πρίσκος δοκιμάζει ἐλευθερίαν δούλῳ συναιτεῖν· ἐρκεῖσθαι γάρ, ὁπότε ἡ ἐπιστολὴ γράφεται, παραλαμβάνεσθαι αὐθεντίαν ἐπιτρόπου· οὗ ἡ γνώμη καὶ διατάξει αὐτοκρατορικῇ ἰσχυροπεποίηται.

---

(1) Forte legendum ξένους.
(2) Malim ἐλευθέρωσις.
(3) Melius Ῥωμαῖος.

Digitized by Google

fructus ad alium pertinet, non potest ex vindicta manumittere, obstante usu et fructu; et si manumiserit eum ex vindicta, faciet servum sine domino....., sed Latinum.....

12. [14.] Peregrinus manumittens servum non potest ad Latinum perducere, quia lex Junia, quæ Latinorum genus introduxit, non pertinet ad peregrinos manumittentes, sicut et Octavenus probat. Prætor non permittet manumissum servire, nisi aliter lege peregrina caveatur.

13. [15.] Minor viginti annorum manumittere neque ex vindicta potest, neque testamento : itaque nec Latinum facere potest; tantum enim apud consilium potest manumittere servum suum, causa probata.

14. [16.] Is autem qui manumittitur inter amicos, quotcumque est annorum, Latinus fit, et tantum ei ad hoc prodest manumissio, ut postea iterum possit ex vindicta vel testamento manumitti, et civis Romanus fieri.

15. [17.] Mulier sine tutoris auctoritate (*non potest manumittere*), nisi jus liberorum habeat; tunc enim ex vindicta sine tutore potest manumittere. Unde si mulier absens liberum esse jubeat, quæ jus liberorum non habeat, quæsitum est hoc, an, tutoris ejus auctoritatem, præstantis (1) eo tempore, quo epistola scribitur servo a domina (*is liber fieret?*) Julianus negat : existimat enim eo tempore debere auctoritatem præstare, quo peragitur libertas; tunc enim peragi intelligitur, cum servus cognoscet dominæ voluntatem. Sed Neratius Priscus probat libertatem servo competere : sufficere enim, quando epistola scribitur, adhiberi auctoritatem tutoris : cujus sententia et constitutione imperiali confirmata est.

---

(1) Genitivus absolutus, græco more, pro : *tutore.... præstante.*

Google

16. [18.] Δοῦλόν εἰς ὑποθήκην δεδομένον πολίτην Ῥωμαῖον ποιῆσαι ὀφειλέτης οὐ δύναται, ἐκτὸς εἰ μὴ πρὸς ἀπόδοσιν ᾖ· ἐπισκοτεῖ γὰρ τῇ ἐλευθερίᾳ νόμος Αἴλιος Σέντιος, ὃς κωλύει δοῦλον δανειστῶν (βλάβης) ἕνεκα ἠλευθερωμένον πολίτην Ῥωμαῖον γενέσθαι,... ἀλλὰ Λατῖνον....

17. [19.] Καὶ ὅστις ἐν ἀποτιμήσει ἐλευθεροῦται, εἰ λ' ἔτη ἔχοι, πολιτείαν Ῥωμαίων κτᾶται. Ἀλλὰ ὀφείλει οὗτος ὁ δοῦλος ἐκ δικαίου πολιτικοῦ ἐλευθεροῦντος εἶναι, ἵνα πολίτης Ῥωμαῖος γένηται· Ἀποτίμησις δὲ ἐπὶ Ῥώμης ἄγεσθαι εἴωθεν. Ἡ ἀποτίμησις καθαρμῷ κτίζεται· ἐστὶν δὲ ὁ καθαρμὸς πενταετηρικὸς χρόνος, ᾧ Ῥώμη καθαίρεται· Μεγάλη μέντοι ἀμφισβήτησίς ἐστιν ἐν τοῖς ἐμπείροις, πότερον τούτῳ τῷ χρόνῳ δυνάμεις λαμβάνουσιν ἅπαντα, ἐν ᾧ ἡ ἀποτίμησις (ἄγεται), ἢ ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ, ἐν ᾧ καθαρμὸς κτίζεται. Εἰσὶν γὰρ οἱ ὑπολαμβάνοντες, μὴ ἄλλως δυνάμεις λαμβάνειν τὰ πρασσόμενα ἐν τῇ ἀποτιμήσει, ἐὰν μὴ αὕτη ἡμέρα ἀκολουθήσῃ, ὅτε ὁ καθαρμὸς κτίζεται· ὑπολαμβάνουσιν γὰρ, ἀποτίμησιν καταβαίνειν ἐπὶ τὴν ἡμέραν τοῦ καθαρμοῦ, οὐχὶ τὸν καθαρμὸν κατατρέχειν ἐπὶ τὴν ἡμέραν τῆς ἐπιτιμήσεως. Ὁ διὰ τοῦτο ἐζήτηται, ἐπειδὴ πάντα (ἃ ἐν) τῇ ἀποτιμήσει πράσσονται, τῷ καθαρμῷ ἰσχυροποιοῦνται. Ἀλλὰ ἐν τῇ πόλει Ῥωμαίων μόνον ἀποτίμησιν ἄγεσθαι δεδήλωται· ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις μᾶλλον ἀπογραφαῖς χρῶνται.

Google

16. [18.] Servum pignori datum civem Romanum facere debitor non potest, nisi forte solvendo sit; obstat enim libertati lex Ælia Sentia, quæ prohibet servum creditorum (*fraudundorum*) causa manumissum civem Romanum fieri... sed Latinum...

17. [19.] Et qui in censu manumittitur, si triginta annos habeat, civitatem Romanam possidet : sed debet hic servus ex jure Quiritium manumittentis esse, ut civis Romanus fiat. Census autem Romæ agi solet. Census lustro conditur : est autem lustrum quinquennale tempus, quo Roma purgatur. Magna autem dissensio est inter prudentes, utrum eo tempore vires accipiant omnia, in quo census (*agitur*), an in eo tempore, in quo lustrum conditur. Sunt enim qui existimant, non aliter vires accipere quæ aguntur in censu, nisi hæc dies sequatur, qua lustrum conditur; existimant enim censum descendere ad diem lustri, non lustrum decurrere ad diem census. Quod ideo quæsitum est, quoniam omnia (*quæ*) in censu aguntur, lustro confirmantur. Sed in urbe Romanorum tantum censum agi notum est; in provinciis autem magis professionibus utuntur.

Digitized by Google

Digitized by Google

LOCORUM

EX JURE ROMANO ANTEJUSTINIANEO AB INCERTO SCRIPTORE COLLECTORUM

FRAGMENTA

QUÆ DICUNTUR

VATICANA.

Digitized by Google

Digitized by Google

FRAGMENTA VATICANA.

EX EMPTO ET VENDITO.

..... 1. *Qui a muliere* sine tutoris auctoritate sciens rem mancipi emit, vel falso tutore auctore, quem sciit non esse, non videtur bona fide emisse; itaque et veteres putant, et Sabinus et Cassius scribunt. Labeo quidem putabat nec pro emptore eum possidere, sed pro possessore; Proculus et Celsus pro emptore, quod est verius : nam et fructus suos facit, quia scilicet voluntate dominæ percipit; et mulier sine tutoris auctoritate possessionem alienare potest. Julianus propter Rutilianam constitutionem, eum qui pretium mulieri dedisset, etiam usucapere; et si ante usucapionem offerat mulier pecuniam, desinere eum usucapere.

2. P. lib. III. R. (1) Usuræ venditori post traditam possessionem arbitrio judicis præstantur; ante traditam autem possessionem emptori quoque fructus rei vice mutua præberi necesse est : in neutro mora considerabitur.

3. Venditor qui legem commissoriam exercere noluit, ob residuum pretium judicio venditi recte agit; quo secuto legi renuntiatum videtur.

4. Qui die transacto legem commissoriam exercere noluit, postea variare non potest.

5. Pap. lib. III. Res. Æde sacra terræ motu diruta locus ædificii non est profanus, et ideo venire non potest.

6. Mulier servam ea lege vendidit, ut si redisset in eam civitatem, unde placuit exportari, manus injectio esset. Manente vinculo servitutis si redierit, quæ vendi-

---

(1) Papinianus lib. III. Responsorum.

Digitized by Google

dit manum injiciet et ex jure concesso mancipium abducet; post manumissionem autem si redierit, in perpetuam servitutem sub eadem lege publice distrahetur. Quæ vendidit si manum injecerit non liberatæ, mancipium retinere poterit ac manumittere : adimi quippe libertatem, et publice venditionem ita fieri placuit, ut propter pericula venditores, quamvis metuentes, servis suis offensam vel duritiam possint pœnitendo remittere.

7. *Quo*minus possessio rei venditæ tradatur empti judicio, decem annorum præscriptione non impeditur.

8. Evictione citra dolum emptoris et judicis injuriam secuta, duplum ex empti judicio secundum legem contractus præstabitur.

9. Creditor a debitore pignus recte emit, sive in exordio contractus ita convenit, sive postea. Nec incerti pretii venditio videbitur, si convenerit ut pecunia fœnoris non soluta creditor jure empti dominium retineat, cum sortis et usurarum quantitas ad diem solvendæ pecuniæ præstitutam certa sit.

10. Iniquam sententiam evictæ rei periculum venditoris non spectare placuit, neque stipulationem auctoritatis committere.

11 Convenit ad diem pretio non soluto venditori alterum tantum præstari : quod usurarum centesimam excedit, in fraudem juris videtur additum. Diversa causa est commissoriæ legis, cum in ea specie non fœnus inlicitum exerceatur, sed lex contractus non improbabilis dicatur.

12. Ante pretium solutum dominii quæstione mota, pretium emptor restituere non cogetur, tametsi maximi fidejussores evictionis offerantur, cum ignorans possidere cœperit : nam usucapio frustra complebitur anticipata lite; nec oportet evictionis securitatem præstari, cum in ipso contractus limine dominii periculum immineat.

13. Venditor si per conlusionem imaginarium colo-

Digitized by Google

num emptoris decipiendi causa subposuit, ex empto tenebitur : nec idcirco recte defenditur, si, quo facilius excogitatam fraudem retineret, colonum et quinque annorum mercedes in fidem suam recipiat ; alioquin si bona fide locavit, suspectus non erit.

14. Lege venditionis inempto prædio facto, fructus interea perceptos judicio venditi restitui placuit, quoniam eo jure contractum in exordio videtur : sicuti in pecunia quanto minoris venierit, ad diem pretio non soluto. Cui non est contrarium (*quod*) judicium ab ædilibus in factum de reciperando pretio, mancipio reddito quia displicuisset, proponitur ; quod non erit necessarium, si eadem lege contractum ostendatur.

15. Fructus pendentes, et si maturi fuerunt, si eos venditor post venditionem ante diem solvendi pretii percepit, emptori restituendos esse convenit, si non aliud inter contrahentes placuit.

16. Vino mutato periculum emptorem spectat, quamvis ante diem pretii solvendi vel conditionem emptionis impletam id evenerit : quod si mille amphoras certo pretio, corpore non demonstrato, vini vendidit, nullum emptoris interea periculum erit.

17. Evictis agnis (1), quanti emptoris interest judicio empti lis æstimatur : quod si ab initio convenit ut venditor pretium restitueret, usuræ quoque post evictionem præstabuntur, quamvis emptor post dominii litem inchoatam fructum adversario restituat : nam incommodum medii temporis damnum emptoris est.

(Desunt folia sex.)

18. . . secundum jus in faci . . . . . : . *empto*

(1) Lege : *agris*.

res inquietari, sed actione fiduciæ . . . . . .
Valerio III. et *Gallieno II. conss.* (255.)

19. Gallienus Aug. . . . . .
pupillorum a creditoribus . . . . . *revo-*
cari nullo possunt. Si igitur abs. . . . . .
nita contra venditionem a creditor . . . . . .
qui inquietari te in possessione. . . . . *Sæculari*
II. et Donato conss. (260.)

20. . . . periculum in Ofilium spe . . . . . .
auxilium non potest denegari . . . . . *pe-*
cuniam creditoribus s . . . . . .
habere non potuit in poss . . . . . .
et usurarum, quia in commun . . . . . .
kal. Juliis. Viminaci . . .

21. Gallienus Aug. . . . . *alie-*
nandæ non sunt. Aditus itaque . . . . . .
cedente e jussione qui . . . . . .
P. P. IX. kal. Nov. Patavii . . .

22. Diocletianus et Maximianus *AA.* . . . . . .
cessationem collationum . . . . . .
vera fide comparasti et venditio . . . . . .
facta convelli non debet . . .

23. Diocletianus et Aurelius *Maximianus AA. Leontio.*
*Cum speciem venditam vio*lentia ignis, qui nunc per-
poc . . . . . *absump*tam dicas, si venditionem *nulla*
conditio suspenderat, amissæ rei periculum te non adstrin-
get. PP. . .

24. Diocletianus Claudia . . . . . .
emptori indemnita . . . . . .
possessionem venditam esse cœ . . . . . .
ex qualitate rei perdoc . . . . . *Diocletiano*
II. et Aristobolo conss. (285.)

25. *Gallienus A.* . . . . . tico possessionem pa-

Google

ternam . . . . . *ab* aliquo directi juris emptore . . . . . *Gallieno* V. et Faustino conss. (262.)

26 . . . . . *ne*cessitatibus urguentibus pater . . . . . *vi*vis parentibus placuit . . . . . familia longa ætate . . . . . e PF. urbi v. c. PP. II. kal. . . . . conss.

27 . . . . . m Fortunatum militem . . . . . e controversia moveri consti- . . . . . *ip*so Aug. III. consule.

28. *Alexander A.* . . . vendendarum possessionum . . . . . i neque alienare eas, neque . . . . . *A*gricola et Clementino conss. (230.)

29 . . . . . *S*abiniani non oportuit post interpo- . . . . . cari præponere igitur procurator . . . . . rationis meæ possessiones . . . . . ium nec emptor ignora- . . . . . *o*rdine audietur. PP. kal. . . . . .

30 . . . . . *p*osita in possessione fuisti . . . . . ejectus inveniris, is erit . . . . . v. c. pro sua æquitate ad effec- *tum* . . . . . *Au*reliano et Basso conss. (271.)

31. . . . . *cari*ssime nobis. Tenes tu quidem . . . . . *jucun*dissime et lites dirimis . . . . . um statutis tuis non cu- . . . . . e incipient discedere . . . . . versum eventum sæ- . . . . . litigabatur, insidunt par- . . . . . u et interpretationem diversam . . . . . est non censui quasi vero in ea

(Plura desunt.)

Google

32. . . . aditus competens judex, considerato tutelæ judicio, eam curabit ferre sententiam, quam agnitam legibus esse providerit. PP. IV. kal. Sept. Constantino et Licinio Augg. II. conss. (312.)

33. Augg. et Cæss. Rutiliæ Primæ. Ingenuos progenitos servitutis adfligi dispendiis minime oportere etiam nostri temporis tranquillitate sancitur; nec sub obtentu initæ veuditionis inlicitæ dicet ingenuitatem infringi. Quare judicem competentem adire par est, qui in liberali causa ea faciet compleri quæ in hujuscemodi contentionibus ordinari consuerunt, secundum judiciariam disciplinam partibus audientiam præbiturus. PP. idib. Aug. Romæ Constantino et Licinio Augg. IV. conss. (315.)

34. Aug. et Cæss. Fl. Aprillæ. Cum profitearis te certa quantitate mancipium ex sanguine comparasse, cujus pretium te exsolvisse dicis et instrumentis esse firmatum, hoc a nobis jam olim præscriptum est, quod, si voluerit liberum suum legitimum reciperare, tunc in ejus locum mancipium domino daret, aut pretium quo valuisset numeraret. Etiam nunc, si a suis parentibus certo pretio comparasti, jus dominii te possidere existimamus. Nullum autem ex gentilibus liberum adprobari licet. Subscripta XII. kal. Aug. Constantino Aug. III. cons. (313.)

35. Aug. et Cæss. Nulla verecundiæ vel quietis mora vel quolibet intervallo cunctandi passim, nunc singuli, modo populi, proruentes in nostros obtutus, sic uniformes querelas iisdem fere sermocinationibus volutarunt, ut nec interpellantium credulitati valeret occurri, nec allegationum qualitas disparari, parens carissime atque amantissime. Pari siquidem exemplo vociferationibus consules, multitudines memorarunt non juste res suas esse divenditas, aliis possidentibus se fiscalia luere, frequenti denique obsecratione delata remedium cupiverunt. His sumus valde permoti, verentes ne alicujus calliditatibus adversa-

Digitized by Google

bili emolumento persuasi res suas venderent sine censu, ac post subsidia nostræ mansuetudinis precarentur : itaque versutiis calliditatis commenta miscentibus, dum in*sidia*rum fallentium non suspicamur arcana, pro innocentiæ nostræ natura ceteros æstimantes, detrimento census nocentes levaremus. Has fraudes, hos dolos, istas argutias lege prohibemus, constitutione exclud*imus*; et idcirco justæ providentiæ consulta deliberatione sancimus, ut omnino qui comparat, rei comparatæ jus cognoscat et censum, neque liceat alicui rem sine censu comparare vel vendere. Inspectio autem publica vel fiscalis esse debebit hac lege, ut si aliquid sine censu venierit, et post ab aliquo deferetur, venditor quidem possessionem, comparator vero id quod dedit pretium, fisco vindicante deperdat. Id etiam volumus omnibus intimari nostræ clementiæ placuisse, neminem debere ad venditionem rei cujuslibet adfectare et accedere, nisi eo tempore, quo inter venditorem et emptorem contractus solemniter explicatur, certa et vera proprietas vicinis præsentibus demonstretur; usque eo legis istius cautione currente, ut, etiamsi subsellia vel, ut vulgo aiunt, scamna vendantur, ostendendæ proprietatis probatio complectur. Hinc etenim jurgia multa nascuntur, hinc proprietatis jura temerantur, hinc dominiis vetustissimis molestia comparatur, cum cæcitate præpropera, et rei inquisitio*ne* neglecta, luce veritatis omissa, nec perpetuitate cogitata dominii, juris ratione postposita, ad rei comparationem accedunt, omissis omnibus, dissimulatis atque neglectis, id properant a*t*que festinant, ut quoquo modo cuniculis nescio quibus inter emptorem et venditorem solemnia celebrentur : cum longe sit melius, sicuti diximus, ut lucem veritatis fidei testimonio, publica voce, subclamationibus populi, idoneus venditor adprobet, quo sic felix comparator a*t*que securus ævo diuturno persistat : quod pro quiete totius successionis

Google

eloquimur, ne forte aliquis venditor suum esse dicat quod esse constat alienum. Ita comparator, malo venditore deterior, incautus et credulus, cum testificantibus vicinis omnia debeat quærere, ab universorum disquisitione dissimulet, quoniam sic oporteat agere, ut nec illud debeat requiri, quod ex jure dicitur « si a domino res vendita sit. » Ita ergo venditionum omnium est tractanda solemnitas, ut fallax illa et fraudulenta venditio penitus sepulta depereat. Cui legi deinceps cuncti parere debebunt, ut omnia diligenti circumspectione quæsita per universas successiones tuto decurrant, neque aliquem ex improvidentia casum malignæ captiones obruant. Dat. IV. kal. Sept. ap. FF. ad correctorem Piceni, Aquileia. Accepta XIV. kal. oct. Albæ. Constantino Aug. III. conss. (313.)

36. Augg. et Cæss. Basso. Valentinus perfidiam et maxime queritur, quia de illo a tutore processit, a quo aliquid in fortunas suas perniciosissimum proficisci minime omnium decebat. Exuperantius vir clarissimus, si tantum avunculus Valentino esset, nequaquam in Valentinum peccare deberet, qui non...

(Duo aut quatuor folia desiderantur.)

37. . . . videlicet acta non donum quam . . . . . .
fiduciam sibi esse servatam . . . . . .
obnoxia comparator acced . . . . . .
num proinde posthac saltim . . . . . .
fraudesque talia dissemina . . . . . .
centur nullus aditus fictis . . . . . .
dolis relinquatur ingenui . . . . . .
ad provincialium preces dudum est con . . . . . .
satisfacere vel nollent pub . . . . . .
summa relevaret jam nunc i . . . . . .
spicue lege sancire, ut quæcumque *pro reliquis prodi-*

Digitized by Google

gorum in annonario titulo ceterisve fiscalibus debitis
luxu ac ne*quitia* . . . fundis atque mancipiis vel in
quibus*cumque corporibus sub auctione licitanda sunt*,
fisco auctore vendantur, et ut perpetuo *penes eos sint*
jure dominii, *quibus res hujus*cemodi sub hastæ solemnis
arbitrio fis*cus addixerit* . . . . . .
in his utitur venditoris, quæ ob d . . . . . .
gi vel permissu judicum distr*a* . . . . . .
emolu*m*enta malle quam debita . . . . . .
penes perditos maneant sib . . . . . .
nere contractuum tergiversationum . . . . . .
interpretationis insidias pertimes*ce* . . . . . .
talis accesserit ignavorum . . . . . .
d unquam quo fisco facta venditio est . . . . . .
iis quæ contra utilitatem provision . . . . . .
magisque obreptivi prærogati . . . . . .
latur, cum hæc sit commissa se c . . . . . .
a*t*que luxuriam ferre debem*us* . . . . . .
Lucana sæpius vina red*em* . . . . . .
per somnum et gulam atque la*sciviam* . . . . . .
alienare velle nec posse defend . . . . . .
mus esse ita status debet esse fe . . . . . .
concedit qui et in satisfactio. . . . . .
. . . . . nitas, nisi forsitan hi copiam
. . . . . que repetendi cum in præteritum
. . . . . vis omnium rerum multis ex
. . . . . *cum etiam minoribus*, *si quan*do aliquid
eorum pro fiscalibus debi*tis adjudicatur emptoribus*,
*repetitionis facu*ltas in omnem intercipiatur ætatem
. . . . . o res obnoxiæ necessitatibus
. . . . . pius respexere leges, quia paren-
. . . . . ut desidia mereri posse secre-
. *Dat. III. non Novemb. Trev.* IV. id. Nov. Trev. Acc.
. *Valentiniano* nobilissimo puero et Victore conss. (369.)

. . . . . PR. PV. Lug. Prim. Modesto et Ha-
rintheo conss. (372.)

38. . . . . bus tantum prædii rustici sit interdicta
. . . . . nullum debitum doceatur hæc
. . . . . supplicans Eugraphius memo-
. . . . . ad speciem fuerit ementitum
. . . . . a res gesta probatur, ut precibus continetur
. . . . . fuisse suggerit, Fauste carissime, æs-
tima . . . . rem sit an in rem ejus versum . . . . . .
. . . . . si res minori profuisse potuerit

39. . . . . *em*ptio et venditio bonæ fidei auctori-
. . . . . plic. memorant rapitis a*t*que
. . . . . t terroris injectum ut ei casula
. . . . . scinderet vitesque inspectori
. . . . . bonam fidem gestam in possessionis
. . . . . *a*uxilium jure congruum ita faciat
. . . . . a æstimet. Dat. prid. non.

40. . . . . te patris ut Maximus adserit
. . . . . comparata omnium heredum commu-
. . . . . suam quoque consortes abstineant.

Google

DE USUFRUCTU.

41. Diocletianus ex Max. Constantius Tannoniæ Juliæ. Usumfructum locari et venumdari posse a fructuario, nulli dubium est: proinde si, vendente filio tuo possessionem, etiam tu certo pretio usufructu proprio cessisti, quem testamento mariti tui relictum esse proponis, quandoquidem emptorem contractus fidem commemores minime custodire, aditus Ælius Dionysius, vir clarissimus amicus noster, id tibi faciet repræsentari, quod te constiterit jure deposcere. PP. VI. id. Mart. Carthagini Fausto II. et Gallo conss. (298.)

42. Aurelio Loreo c. v. et Enucentrio. Fructuario superstite, licet dominus proprietatis rebus humanis eximatur, jus utendi fruendi non tollitur. Subscripta V. id. Feb. Sirmi. Augg. V et IV. conss. (293.)

43. Cl. Theodoto. Habitatio morte finitur; nec proprietatem ea, quæ habitationem habuit, legando, *rei* vindicationem, *nec* debitum negando *in* testamento, creditoris actionem excludit. Subscripta IV. kal. Oct. Viminaci Cæss. conss. (942.)

44. *Ulp.* lib. II. R. Aur. Felici Fructus ex fundo per vindicationem pure relicto post aditam hereditatem a legatario perceptos ad ipsum pertinere; colonum autem cum herede ex conducto habere actionem.

45. Paul. lib. II. Manualium ex tribus. Tametsi ususfructus fundi mancipi non sit, tamen sine tutoris auctoritate alienare eum mulier non potest, cum aliter quam in jure cedendo id facere non possit, nec in jure cessio sine tutoris auctoritate fieri possit. Idemque est in servitutibus prædiorum urbanorum.

46. *Idem* lib. I. Manualium. Actio de *usu*fructu iisdem modis perit, quibus ipse ususfructus, præterquam non utendo. Pecuniæ quoque ususfructus legatus per annum

Digitized by Google

non utendo (*non amittitur*); quia nec ususfructus est, et pecuniæ dominium fructuarii, non heredis est.

47. Item. Per mancipationem deduci ususfructus potest, non etiam transferri. Per do lego legatum et per in jure cessionem et deduci et dari potest. Item potest constitui et *familiæ erciscundæ* vel communi dividundo judicio legitimo. In re nec mancipi per traditionem deduci ususfructus non potest; nec in homine, si peregrino tradatur : civili enim actione constitui potest, non traditione, quæ juris gentium est.

48. Item. Ad certum tempus et in jure cedi et legari et officio judicis constitui potest.

49. Item. Ex certo tempore legari po*test*. An in jure cedi vel an adjudicari possit, variatur. Videamus ne non possit, quia nulla legis actio prodita est de futuro.

50. Item. In mancipatione vel in jure cessione an deduci possit vel ex tempore; vel ad tempus, vel ex conditione, vel ad conditionem, dubium est : quemadmodum si is, cui in jure ceditur, dicit « aio hunc fundum meum esse deducto usufructu ex kal. Jan. », vel « deducto usufructu usque ad kal. Jan. decimas »; vel « aio hunc fundum meum esse, deducto usufructu, si navis ex Asia venerit » : item in mancipatione « emptus mihi est pretio, deducto usufructu ex kal. illis usque ad kal. illas; » et eadem sunt in conditione. Pomponius igitur putat non posse ad certum tempus deduci, nec per in jure cessionem, nec per mancipationem, sed tantum transferri ipsum posse. Ego didici et deduci ad tempus posse, quia et mancipationem et in jure cessionem lex XII tabularum confirmat. Numquid ergo et ex tempore et conditione deduci possit? Sequitur, ut et legato deduci ad certum tempus possit.

51. Adquiri nobis potest ususfructus et per eos quos in potestate, manu, mancipiove habemus : sed non omnibus modis, sed legato, vel si heredibus illis institutis deducto

Digitized by Google

usufructu proprietas legetur. Per in jure cessionem autem vel judicio familiæ erciscundæ non posse; *per* mancipationem ita potest, ut nos proprietatem, quæ illis mancipio data (*sit*), deducto usufructu remancipemus.

52. Usu*m*fructu*m* ad certum tempus constitutum cum adjectione temporis *vindic*ari debere. Diversum est si in statu libero constitutus sit : tunc enim *p*ure vindicandus est, sicut pure vindicatur qui simpliciter constitutus est, non adjectis casibus, qui*bus* solet amitti usufructus.

53. Item. Si (*de*) altius tollendo aget is qui in infinitum tollendi jus non habet, si non expresserit modum, plus petendo causa cadit, quasi intenderit jus sibi esse in infinitum tollere.

54. Sicut legato usufructu loci sine servitute iter quoque per loca testatoris debetur, ita in jure cesso iter quoque contineri Neratius scribit.

55. Ususfructus sine persona esse non potest; et ideo servus hereditarius inutiliter usumfructum stipulatur : legari autem ei posse dicitur, quia dies ejus non cedit statim; stipulatio autem pura suspendi non potest. Quid ergo, si sub conditione stipuletur? videamus ne nec hoc casu valeat, qu*ia* ex præsenti vires accipit stipulatio, quamvis petitio ex ea suspensa sit.

56. Item. Servo via inutiliter legatur : stipulatur autem eam utiliter, si dominus fundum habeat.

57. Ususfructus do lego servo legatus morte et alienatione servi perit; si stipulatur, non perit. Igitur et post mortem suam, sicut cetera, usumfructum servus stipulari potest; quod aliter est in legatis.

58. Si heres fundi cujus ususfructus ab ipso sub conditione legatus sit, usumfructum legav*erit* . . . . . .
existente ea desinit ad posteriorem pertin*ere* . . . . . .
desierit habere usumfructum . . . . . .
Item ac si quis usumfructum . . . . . .

si ea nupserit, nubente ea . . . . . .
deinde amittet, si juraverit . . . . . *le*-
gis enim beneficium quatenus . . . . . *Vi*-
*dea*mus quid dicendum sit, si Titius . . . . . *capite*
*di*minutus sit : nihil enim habuit quod amit*terat* . . . . .
*T*itio, ac si id ipsum testator expre*sserit* . . . . . .
*lega*verit Mævia, deinde Titio . . . .

50. *Ulp.* lib. XVII. ad Sabinum . . . . . Ve. . . .
cedere. Quamquam ususfructus *ex fruendo consistat*, *id est*, *facto aliquo ejus qui fruitur et* utitur, tamen ei semel cedit *dies*.

51. Item. Dies autem ususfructus, ut *usus*, *non prius cedet*, *quam adita hereditat*e. Et Labeo quidem putabat etiam a*nte aditam hereditatem cedere diem ususfructus*, *sicuti ceterorum* legatorum; sed est verior Juli*ani sententia in usufructu diversam esse rationem : tunc* enim *constituitur* ususfructus, cum quis jam fru*i potest*.

52. Item. Amitti autem usumfructum *capitis minutione constat : nec solum usum*fructum, sed etiam actionem de usu*fructu* . . . . . .
vel per fideicommissum lego . . . . . *Et parvi* refert, utrum jure sit constitut*us ususfructus*, *an vero tuitione prætoris : proinde traditus quoque ususfructus*, *scilicet* in fundo stipendia*rio vel tributario*, *item in fundo vectigali vel superficie*, *non* jure constitutus, capitis minu*tione amittitur* . . . . . *capitis* minutio extinguit usum*fructum*.

53. Item. Sed ita demum amitt*itur capitis diminutione*, *ususfructus*, *si jam constitutus est* : ceterum, si ante *aditam he*reditatem aut ante d*iem cedentem quis capite minutus est*, *constat non* amitti. Et ita Julianus lib. *XXXV. Dig. scribit* . . . . . .
. . . . . tionem fuit ex die legatus . . . . . *capitis* diminutio : hodie enim incip*it* . . . . . .

Digitized by Google

63. Item. Usque adeo autem capitis *diminutio eum demum usumfructum perimit*, qui jam constitutus est, ut, si in *singulos annos legatus sit, is demum amittatur, qui jam processit.*

64. *Item. Sicut in annos singulos ususfructus legari potest, ita* nec capitis diminutione amis*sus legari prohibetur, ut adjiciatur « quotiensque capite m*inutus erit », vel sic « quotiens amis*sus erit ususfructus, si do lego* »; *et tunc si capitis m*inutiene amittatur, repetitus *videbitur* . . . . . norum ante aditam hereditatem . . . . . netur.

65. *Papinianus lib. VII Responsorum. Equis per fideicommissum relictis post m*oram fœtus quoque præstabitur: sed fœtus *secundus*. . . . . si gregem reliquit; vel meræ actio . . . . . relictum sequatur.

66. . . . . um usufructu legato. Ulp. . . . . usumfructum posse leg*ari*. . . . . .

67. . . . . *ad*crescendum, ut ne cujus- . . . . . m summam igitur patientiam eam . . . . . a te ususfructus caperet este- . . . . . in ea, aut in re nova omnes . . . . . fructum. Sed in veteribus rebus . . . . . *dis*erte ibi scriptum est. Verendum . . . . . 68.

68..... iter non recipit hanc quæstionem, quia et *dividi nequit*. . . . . sit. Et veteres quidem æstiman*dum totum usumfructum putabant, et* ita constituendum quantum sit in *legato. Sed Aristo a veterum opinione re*cessit: ait enim posse quartam ex eo *sicut ex corporibus retineri, idque Julianus* probat.

69. *Lucius Titius testamento suo ita* cavit: « Do lego eidem Seiæ uxori *meæ* . . . . . us mihi pro parte heres est, usum*fructum* . . . . . cum in diem, quo legitimæ

Google

ætatis erit . . . . . *satisdationem* exigi veto; ita tamen, ut ab ea . . . . . et studiis liberalibus instituatur. . . *fideicommissaria* præter uxorem de . . . . . toris non debere compelli ad satisdationem . . . . . »

(Quatuor folia deperdita sunt.)

70. *Si fundi ususfructus fuerit legatus, et sit ager unde palo in fundum, cujus ususfructus legatus est, solebat paterfamilias uti, vel salice, vel arundine, puto* fructuarium hactenus *uti posse, ne ex eo vendat; nisi forte salicti ei, vel silvæ palaris*, vel arundineti ususfructus *sit legatus: tunc enim et vendere potest; nam et Trebatius scribit* silvam cæduam posse *fructuarium cædere, sicut paterfamilias cædebat.* Item, ut arundinetum . . . . . alebat, non puto. Prohibetur . . . . . *licet paterfamilias vendere* non solebat, sed ipse uti *: ad modum enim referendum est, non ad qualitatem utendi.* Cassius autem. . . . . *Seminari* quoque usumfructum ita q . . . . . *conserendi* tantum agri causa facta sunt . . . . . *arbores* demortuas ad fructuarium *pertinere*. . . . . ceteræque materiæ. . . . . secuntur, numquid . . . . . *ad proprietarium* spectet ut . . . . . Trebatius autem simpliciter . . . . . esse eas fructuarii . . . . . fructuarium adm . . . . . .

71. Item. *Ex silva cædua* usque ad usum suum *et villæ posse fructuarium ferre; nec materia eum pro ligno usurum, si* habeat unde utatur ligno, *Labeo ait; idemque esse in arboribus evulsis, vel vi ventorum* etiam dejectis. Puto tamen . . . . *si totus ager sit hunc* casum passus, omnes *arbores auferre fructuarium non posse.* Materiam

Digitized by Google

tamen ipse *succidere*, *quantum ad villæ refectionem, poterit*, *quemadmodum N*eratius lib. III. Mem*branarum ait, calcem coquere vel arenam fodere*, *aliudve* quid ædificio necessarium *sumere eum posse* . . . . . .
. . . . . .
apud Labeonem agit a. . . . . .
pertinere, quamvis Proculus non . . . . . .
. . . . . .
Nunc videndum, si *servi usufructus sit legatus* . . . . . .
legato. Quidquid is ex opera *sua adquirit, vel ex re fructuarii*, *sive manci*pium accipiat, sive stip*uletur*, *sive* . . . . *sive ei possessio fuerit tradita*, *lega*tario adquirit. Et si here*s institutus sit*, *vel legatum acceperit*, *poterit* . . . . . quæri; quamvis Labeo distin*guat cujus gratia vel heres institutus sit, vel legatum acceperit.*

72. . . . *Sicuti stipulatio*ne fructuario adquirit, *ita etiam paciscendo eum adquirere exceptionem fruct*uario, Julianus XXXV. *Dig. scribit : idemque et si acceptum rogaverit*, *liber*ationem ei *p*arere. *Quoniam autem diximus quod ex operis adquiritur ad fructu*arium pertinere, sciendum *est etiam cogendum eum operari : etenim modicam quo*que castigationem fruc*tuario competere Sabinus respondit*, *et Casius lib. VIII. J*uris civilis scribit, ita ut neque *torqueat*, *neque flagellis cædat* . . . . . æ gladiatoriæ ei usus . . . . . ut competere posse. Ut vero pug . . . . . *I*dem et *S*abinus, quamvis navis *usufructu legato navigandum mittendam put*at, licet naufragii peri*culum immineat;* . . . *n*aves enim ad hoc parantur, *ut navigent* . . .

73. . . . . *fu*ndos et mancipia dona . . . . . *interve*niente recepit stipu*latione* . . . . . *uten*di fruendique partis . . . . . *in die*m vitæ suæ ex vo*luntate* . . . . . a habuerit usque in

Google

. . . . . os partis alterius adpro-
bat . . . . . *et* Paterno conss. (233 *vel* 269.)

74. . . . . ex his aliqui mortuus
. . . . . si per damnationem
. . . . . *le*gaverit liberis mor-
tuis . . . . .

75. . . . . *inter fructu*arios jus adcrescendi. Sed
. . . . . in do lego legato m
. . . . . *Ceterum, si separatim usufructus* sit relic-
tus, sine du*bio jus adcrescendi cessat. Denique apud Julianum* lib. XXXV. Dig. quæritur, si *communi servo usufructus sit relictus, et utrique ex domi*nis adquisitus sit, an al*tero repudiante vel amittente usumfructum, alter totum* habeat. Et Julianus quidem *putat ad alterum pertinere; et licet dominis* usufructus non æquis partibus, *sed pro dominicis adquiratur, tamen, persona ejus, non do*minorum, inspecta, ad *alterum ex dominis pertinere, non proprietati accedere.* Idem ait, et si communi servo et separatim Titio usufructus legatus sit, amissam partem usufructus non ad Titium, sed ad solum socium pertinere debere, quasi solum conjunctum; quam sententiam neque Marcellus, neque Mauricianus probat; Papinianus quoque lib. XVII. Quæstionum ab ea recedit; quæ sententia Nerati fuit e libro I. Responsorum relat*a*. Sed puto esse veram Juliani sententiam : nam quamdiu vel unus utitur, potest dici usumfructum in suo esse statu. Pomponius a*utem* libro VII. ex Plautio, relata Juliani sententia, quosdam esse in diversam opinionem ait; nec enim magis socio debere adcrescere, quam debere ei, qui fundi habens usumfructum partem usufructus proprietario cessit, vel non utendo amisit. Ego autem Juliani sententiam non ratione adcrescendi probandam puto, sed eo, quod quamdiu servus est, cujus persona in legato spectatur, non debet perire portio. Urgetur tamen Juliani sententia argumentis

Google

Pomponi; quamquam Sabinus responderit, ut et Celsus lib. XIX. Dig. refert, eum qui partem ususfructus in jure cessit, et amittere partem et ipso momento recipere : quam sententiam ipse ut stolidam reprehendit; etenim esse incogitabile eamdem esse causam cuique et amittendi et recipiendi.

76. Julianus scribit, si servo communi et Titio ususfructus legetur, et unus ex dominis amiserit usumfructum, non adcrescere Titio, sed soli socio : quemadmodum fieret si duobus conjunctim et alteri separatim esset relictus. Sed qui diversam sententiam probant quid dicerent? utrum extraneo soli, an etiam socio adcrescere? Et qui Julianum consuluit, ita consuluit, an ad utrum(*que*) pertineat, quasi possit et ipsi socio adcrescere. Atquin quod quis amittit, secundum Pomponi sententiam ipsi non accedit.

77. Interdum tamen, etsi non sint conjuncti, tamen ususfructus legatus alteri adrescit : ut puta si mihi fundi ususfructus separatim totius, et tibi similiter fuerit ususfructus relictus. Nam, ut Celsus lib. XVIII. Dig. et Julianus lib. XXXV. scribit, concursu partes habemus. Quod et in proprietate contingeret : nam altero repudiante, alter totum fundum haberet. Sed in usufructu hoc plus est (contra quam Atilicinum respondisse Aufidius Chius refert), quod et constitutus nihilominus amissus jus adcrescendi admittit. Omnes enim auctores apud Plautium de hoc consenserunt, ut et Celsus et Julianus eleganter aiunt : ususfructus quotidie constituitur et legatur, non, ut proprietas, eo solo tempore quo vindicatur. Cum primum itaque non inveniet alterum qui sibi concurrat, solus utetur totum. Vindius tamen, dum consulit Julianum, in ea opinione est, ut putet non alias jus adcrescendi esse, quam in conjunctis; qui responso ait : Nihil refert conjunctim an separatim relinquatur.

78. Julianus lib. XXXV. scribit, si duobus heredibus

Digitized by Google

institutis deducto usufructu proprietas legetur, jus adcrescendi heredes non habere : nam videri usumfructum constitutum, non per concursum divisum.

79. Neratius putat cessare jus adcrescendi, lib. I. *Resp.*; cujus sententiæ congruit ratio Celsi dicentis, totiens jus adcrescendi esse, quotiens in duobus, qui solidum habuerunt, concursu divisus est.

80. Unde Celsus lib. XVIII. : si duo fundi domini deducto usufructu proprietatem mancipaverint, uter eorum amiserit usumfructum, ad proprietatem redire : sed non ad totam, sed cujusque usumfructum ei parti accedere, quam ipse mancipavit : ad eam enim partem redire debet, a qua initio divisus est. Plane, inquit, si partem ususfructus habeas, et ego totam proprietatem cum partis usufructu, non posse me eam partem tibi mancipare, quæ est sine usufructu, quoniam nullam partem habeo, in qua non est tibi ususfructus.

81. *Papinianus* quoque libro XVIII. Quæstionum sententiam Nerati probat, quæ non est sine ratione.

82. Poterit quæri, si duobus servis heredibus institutis, deducto usufructu proprietas sit legata, an altero defuncto ususfructus proprietati adcrescat? nam illud constat, ut et Julianus lib. XXXV. scribit, et Pomponius lib. VII. ex Plautio non reprobat, si duobus servis meis ususfructus legetur, et alter decesserit, cum per utrumque quæsissem usumfructum, jus adcrescendi me habere; cum, si alterius nomine repudiassem, alterius quæsissem, haberem quidem usumfructum totum jure adcrescendi, sed ex solius persona amitterem. In proposito autem, siquidem pure fundus *legatus sit, ex persona servi constituitur ususfructus; si vero sub conditione, ex persona domini* (1), non ex

(1) Ita quidem lacunam explet Bethmann Hollweg. Sic autem Keller restituerat : *legatus sit, jus adcrescendi locum habet; sed si sub condi-*

Google

persona servi. Et ita Julianus quoque lib. XXXV. Dig. scribit, quamvis Scævola apud Marcellum dubitans notet. At si sub conditione sit legatus, potius ex persona domini constitui usumfructum Marcellus lib. XIII. Dig. scribit; ubi Scævola notat : quid si pure? sed dubitare non debuit, cum et Julianus scribat ex persona servi constitui. Secundum quæ jus adcrescendi locum haberet in duobus servis, si quis contrariam sententiam probaret : sed nunc, secundum Juliani sententiam et Nerati, cessat quæstio.

83. Non solum autem si duobus do lego ususfructus legetur, erit jus adcrescendi, verum si alteri ususfructus, alteri proprietas; nam amittente usumfructum altero, cui erat legatus, magis jure adcrescendi ad alterum pertinet, quam redit ad proprietatem. Nec novum : nam et si duobus ususfructus legetur, et apud alterum sit consolidatus, jus adcrescendi non perit, nec ei apud quem consolidatus est, neque ab eo : et ipse quibus modis amitteret ante consolidationem, iisdem et nunc ipso quidem jure non amittet; sed prætor, subsecutus exemplum juris civilis, utilem actionem dabit fructuario : et ita Neratio et Aristoni videtur, et Pomponius probat : quamquam Julianus lib. XXXV. Dig. scribat, ipsi quidem jus adcrescendi (*competere, non vero fructuario ab eo*).

(Unum aut duo exciderunt folia.)

84. . . . difficile est dicere : quamquam non sit longe, quod Marcellus lib. XII. Dig. scribit, si duobus pure Stichus legetur, et alter manumittat, alter post manumissionem repudiet, ubi non fit caducum, libertatem locum habere; idemque, et si heres deliberante legatario manu-

---

tione legatur, jus adcrescendi non est, quia ususfructus non perit, qui ex persona domini constitutus est, non....

mittat, mox legatarius repudiaverit : nam hoc casu liberum fore ait.

85. Si tamen per damnationem ususfructus legetur, jus adcrescendi cessat ; non immerito, quoniam damnatio partes facit. Proinde si rei alienæ usufructus legetur, et ex Neroniano confirmetur legatum, sine dubio dicendum est jus adcrescendi cessare, si modo post constitutum usumfructum fuerit amissus; quod si ante, et semel amittat, erit danda totius petitio. Idemque, et si sinendi modo fuerit legatus ususfructus. An tamen in Neroniano, quoniam exemplum vindicationis sequimur, debeat dici utilem actionem, amisso usufructu ab altero, alteri dandam, quæri potest : et puto secundum Neratium admittendum. In fideicommisso autem id sequimur, quod in damnatione.

86. Novissime, quod ait Sabinus, si uxori cum liberis ususfructus legetur, amissis liberis eam habere, quale sit videndum. Et siquidem do lego legetur, tametsi quis filios legatarios acceperit, sine dubio locum habebit propter jus adcrescendi; sed si legatarii non fuerint, multo magis, quoniam partem ei non fecerunt, tametsi cum ea uterentur. Matre autem mortua, siquidem legatarii fuerunt, soli habebunt jure adcrescendi : si heredes, non jure adcrescendi, sed jure dominii, si fundus eorum est, ipsis adcrescit; sin minus, domino proprietatis : sed si nec heredes fuerunt, nec legatarii, nihil habebunt. [87.] Quod si per damnationem fuerit ususfructus legatus matri, siquidem legatarii sunt filii, partes sunt : si non sunt, sola mater legataria est, nec mortalitas liberorum partem ei facit.

87. Sabinus certe verbis istis non ostendit utrum legatarii fuerint nec ne; sed Julianus lib. XXXV. Dig., relata Sabini scriptura, ait intelligendum eum, qui solos liberos heredes scribit, non ut legatariorum fecisse mentionem; sed ut ostenderet magis matrem ita se velle frui, ut liberos secum habeat : alioquin, inquit, in damnatione ratio

Google

non permittebat jus adcrescendi. Proposuit autem Julianus vel do lego legatum usumfructum, vel per damnationem; et sic sensit, quasi legatarii sint et heredes soli, in do lego legato non esse jus adcrescendi, atque si alteri ab altero legetur, quoniam a semetipsis inutiliter legatum est, sibi non concurrunt, matri vero non in totum concurrunt, sed alter pro alterius portione : et in eo dumtaxat jus adcrescendi erit; mater tamen adversus utramque jus adcrescendi habet.

88. Julianus subjicit Sextam quoque Pomponium præferre, si per damnationem ususfructus uxori et liberis legetur, singulare hoc esse ; atque ideo filii personam matri accedere; nec esse legatarios, sed matre mortua liberos quasi heredes usumfructum habituros. Ego, inquit Pomponius, quæro, quid si mixti fuerint liberis extranei heredes? ait et filios pro legatariis habendos, et mortui partem interituram : Aristonem autem adnotare hæc vera esse, et sunt vera.

89. *Ulp.* ad Sabinum lib. XVI. De illo Pomponius dubitat, si fugitivus, in quo ususfructus meus est, stipuletur aliquid vel mancipium accipiat, an per hoc ipsum, quasi utar, retineam usumfructum? magisque admittit retineri : nam sæpe etiamsi præsentibus servis non utamur, tamen usumfructum retinemus, ut puta ægrotante servo, infante, cujus operæ nullæ sunt, vel defecto senectutis homine : nam et si agrum arcemus, licet tam sterilis sit, ut nullus fructus nascatur, retinemus eum. Julianus tamen lib. XXXV. Dig. scribit, etiamsi non stipuletur quid servus fugitivus intra annum mancipiove accipiat, tamen retineri usumfructum : nam qua ratione, inquit, retinetur a proprietatis domino possessio, etiamsi in fuga servus sit, pari ratione etiam ususfructus non amittitur.

90. *Ulp.* lib. I. de interdictis, sub titulo « In eum qui legatorum nomine, non voluntate ejus, cui bonorum pos-

Google

sessio data erit, possidebit. » Si usufructu legato legatarius fundum nanctus sit, competit (*utile*) interdictum adversus eum, quia non possidet legatum, sed potius fruitur. Inde et interdictum « Uti possidetis » utile hoc nomine proponitur (*et*) « Unde vi, » quia non possidet. Utile *autem interdictum Quod legatorum formula* tali concipiendum est : « Quod de his bonis legati nomine possides, quodque uteris frueris, quodque dolo malo fecisti, quominus possideres, utereris fruereris » cetera.

91. *Idem* lib. II. de interdictis, sub titulo « Si uti frui prohibitus esse dicetur. » Non is ad quem ea res pertinet..... legatum est, qui utendi fruendi causa, cum ususfructus ad eum pertineret, missus in qua re sit, possidere eam videtur, et ob *id*, qui uti frui prohibitus est, proprie dejectus dici non potest : ideo specialiter hoc interdictum eo casu desiderari.....

92. *Idem* lib. IV. de interdictis, sub titulo « A quo ususfructus petetur, si rem nolit defendere. » Sicut corpora vindicanti, ita et jus, satisdari oportet; et ideo necessario, exemplo interdicti « Quem fundum », proponi etiam interdictum. » Quem usumfructum vindicare velit » de restituendo usufructu.

93. Post pauca sub titulo suprascripto. Restitutus ex hoc interdicto usufructus intelligitur, cum petitor in fondum admissus sine periculo interdicti « Unde vi » ad eam rem propositi depelli non potest. Idem Prædius est diversam causam esse possessionis, cum ille qui possessor *est*.....

(Desunt folia duo aut quatuor.)

Google

DE RE UXORIA ET DOTIBUS.

94. . . . . *Paulus lib. VII. Responsorum. Fundus æstimatus in dotem datus a creditore antecedente ex causa* fiduciæ ablatus est; quæro an mulier, si æstimationem dotis repetat, exceptione submovenda sit? ait enim se propterea non teneri, quod pater ejus dotem pro se dedit, cui heres non extitit. P. respondit, prædio evicto sine dolo et culpa viri, pretium petenti doli mali exceptionem obesse; quæ tamen officio judicis rei uxoriæ continetur. Poterit mulieri prodesse hoc, quod ait se patri heredem non extitisse, si conveniretur; amplius autem et consequi eam pretium fundi evicti evidens iniquitas est, cum dolus patris ipsi nocere debeat.

95. P. respondit solam testationem dotis repetendæ non sufficere ad moram doti factam, ut actio ejus ad heredem transmittatur.

96. Die nuptiarum virgini obtulit munus, et duxit eam : quæro de donatione. P. respondit, si ante nuptias uxori futuræ sit. . . a. a. enial . . traditus est, donationem perfectam videri, quod si post nuptias donatio intercessit, tunc jura donationem impedisse. Quoniam igitur die nuptiarum munus datum proponitur, facilius in judicio examinari posse tempus donationis et matrimonii.

97. P. respondit id quod dotis nomine marito datum est, si post mortem mariti nulla mora intercesit, apud heredem mariti remanere oportere.

98. P. respondit stipulationem quidem in hunc casum conceptam « cum moriar dari » utilem esse, etiamsi mixti casus non intervenirent; ut autem de dote sua, quam apud maritum habet, mulieri testari liceat, inutiliter convenisse videri.

99. P. respondit filiamfamilias ex dotis dictione obligari non potuisse.

Google

100. Mater pro filia partem dotis dedit, partem dixit; filia in matrimonio decessit relictis filiis ex alio matrimonio: quæro de jure dotis. P. respondit eam, quæ data est, mortua in matrimonio muliere, apud virum remansisse; eam, quæ dicta est a matre, peti non posse.

101. P. respondit, rebus non æstimatis in dotem datis, maritum culpam, non etiam periculum prestare debere.

102. L. Titius, cum esset in patris potestate, absente eo duxit in matrimonium Septiciam filiam familias, cujus nomine dotem accepit a patre; postea supervenit pater, quo præsente duravit in diem mortis filii matrimonium; postmodum decessit L. Titius: quæro an ex eo, quod non contradixit pater, etiam dotis dationi consensisse videatur, et ideo actione rei uxoriæ filii nomine tenetur? P. respondit patrem etiam postea nuptiis consentientem et matrimonium filii sui et dotem efficere; et ideo ex persona filii rei uxoriæ judicio vulgari conveniri posse; in qua actione peculii quantitas deducitur. Tamen in proposito tutius fuit respondere ex persona filii eum conveniri posse, qui solus contraxerat: etsi alias placeat patrem, quo consentiente filius dotem accepit, rei uxoriæ judicio vulgari conveniri posse.

103. P. respondit rei uxoriæ titulo id solum peti posse, quod in dotem datum est. Ex donatione autem non potest peti, id quod ante matrimonium in stipulatum deductum non est, salvo eo, ut quæratur utrum perfecta fuit donatio, an non.

104. P. respondit dignitatem mulierum ex honore matrimonii et augeri et minui solere.

105. P. respondit, rebus in dotem datis et manente matrimonio evictis, viro adversus uxorem ex empto competere actionem; et ideo ejus quantitatis, quæ in æstimationem deducta est, sextas retineri posse.

Digitized by Google

1006. Convenit in pacto dotali, ut divortio facto sextæ liberorum nomine retinerentur; quæro an discidio interveniente sextæ retineri possint? P. respondit, secundum ea, quæ proponuntur, posse.

1007. Item. Quæsitum est, si vir qui repudium misit, [et] eamdem redaxit, eaque mulier absente viro de domo discesserit, an eæque sextæ retineri possint ex priore pacto? P. respondit, si verum divortium intercessit, et ad eumdum rursum reversa, non renovato pacto, manente dote divortit, sextas liberorum nomine ita demum retineri posse, si culpa mulieris divortium intercessit.

1008. Paulus lib. VIII. Responsorum titulo de re uxoria. P. respondit patrem dotem a se profectam, mortua in matrimonio filia, deductis quintis singulorum liberorum nomine, repetere posse.

1009. P. respondit pupillorum matrem uxorem ducere tutoribus interdictum non esse, et ideo eum, de quo quæritur, et privignum fuisse et reste heredem institutum videri.

1010. P. respondit etiam post nuptias copulatas dotem promitti vel dari posse; sed non curatore præsente promitti debere, sed tutore auctore.

1011. L. Titius a Seia uxore sua inter cetera accepit æstimatum etiam fitichum puerum, et eum possedit annis fere quatuor; quæro an eum usucepérit? P. respondit, si puer, de quo quæritur, in furtivam causam non incidisset, neque maritus sciens alienum in dotem accepisset, potuisse eum æstimatum in dotem datum post nuptias; ante non, usucapi: quamvis Julianus et ante nuptias res dotis nomine traditas usucapi pro suo posse existimaverit, et nos quoque idem probemus; tamen hoc tunc verum est, cum res dotales sunt: cum vero æstimatæ dantur, quoniam ex empto incipiunt possideri, ante nuptias pendente venditione, non prius usucapio sequi potest, quam nuptiis secutis.

112. Apud magistratus de plano L. Titius his verbis a marito repetit. Anicius Vitalis dixit : « Quoniam præsto est Fl. Vetus junior, peto rem . . . e (1) ab eodem ex legibus et edictis dotem et peculium ». *Mandatum sibi esse* dixit tabulis signatis, nec protulit. Fl. Vetus junior dixit : « *interpellatus* sum ». Duumvir dixit : « Sermo vester in actis erit ». *Quæro an ad* heredes ejus rei uxoriæ actio transierit, cum his quærendæ *actionis neque* curator neque procurator, neque cognitor aut *advocatus facultatem* haberet. P. respondit mulieris nomine postulatum virum *videri*, *ideoque posse* actionem rei uxoriæ perpetuari (2).

113. . . . . . verecundiam, hoc est vitæ probabilis instrumentum . . . . *periculum* redigi, ut eam prælatam liceat *proprietatis* eum (3) . . . . fretus conjunctionis firmitate proi . . . em. . . . . im juxta statutum judicantis adfixerit . . . . a deprimitur. Viderit enim utrum in præteritum . . . *dote* repromissa æstimantis aliquid remanere . . . . . constituta petendi firmitas putaretur, e commu . . . . tior parentium affectus persuasit, ut in solo . . . . dote obligatio gigneretur frustra evidens . . . . am restituendæ dotis voluntatem astutia *hered*. . . . speciebus, quas doti pater filiæ nomine designave . . . . um libelli scriptione promat, et de redhibitione . . . . . a filiæ dotem restitui voluit. Frustra Maximus. . . . . *desiderat* Renato submoto, cui dos Paulinæ *nomine* . . . . repetitionem instituere potuisse judicavit . . . . . ui voluntas soceri primo per libellum, dehinc . . . consuluit auxilium nostræ mansuetudinis in . . . undique versum ejus actionibus aditum daret, qui cum repetitio-

(1) Forte : *rei uxoriæ actione*.

(2) In margine scholion : « Posse per quemcumque actionem. . . . perpetuari. »

(3) In margine scholion : « Donum per libellum promissum et sine stipulatione affert actionem.

Google

nem . . . . set violato necessitudinis jure secundo soceri ju . . . *adipisci* merebatur : quapropter Maximi sententia dotem, cujus . . . . *juxta* extremam restitui voluntatem, qui eam reddi . . . . . *prohiberi* placuit. Nec enim dubium est effectum restitutio . . . . . *destinatum*, cui dotem filiæ nomine per libellum . . . .

114. Paulus lib. VIII. R. (*Inter*) virum et uxorem convenit, cum res et . . . (1) *in dotem* darentur, ut divortio secuto utrum vellet mulier eligeret, vel mancipia, vel æstimationem. Manente *matrimonio ancillæ* pepererunt : quæsitum est, si mulier mancipia elegisset, *an partus apud maritum remanere deberent* ? P. respondit, quoniam periculo mariti vixerunt *mancipia*, *partus sicut fructus matrimonii* tempore perceptos apud virum remanere debere . . . .

115. . . . talem consultationem et responsum . . . Lucia Titia cum nuberet Septicio majoris dignitatis . . . millia in dotem dedit, cum non amplius in bonis haberet . . . verum est, quod a quibusdam dicitur, omnia in dotem da . . . . da . . . . dari posse, argumento esse in manum conventionem . . . . .

116. . . . . . ia filia (2) repudium genero misit. Quæro . . . . nis (3) dotem petere possit ? P. respondit matrimonium quidem *repudio a patre misso ipso jure solutum* videri, *sed non licere* patri filiam invitam a marito *abducere*, *nec* dotem repetere posse, nisi filia consentiente.

117. Lucius Titius Septitiam ducturus uxorem erat . . . . Postea Septicius datus tutor Septiciæ eumdem

(1) Legendum : res et *ancillæ æstimatæ* ; vel : res *aliæ* et *ancillæ æstimatæ* ; vel : res *æstimatæ* et *in his mancipia*.

(2) Supplendum : *Pater invita* filia; sive : *L. Titius pro inscia* filia.

(3) Forte supplendum : *cum filia in potestate patris sit*, an is ; sive : *an deductis sextis*.

Titium potiorem nominavit tutorem. Quæro an excusandus sit? P. respondit, de officio . . . . (1) eum facturum, si eum de quo quæritur, potiorem non *pronuntiet, ne nuptias* destinatas eorum impediat.

118. P. respondit, etiam *manente accusatione adulterii*, eam, quæ rea facta erat, nubere potuisse.

119. Ulpianus lib. II. de officio proconsulis. Impp. Augg. Julio *Juliano dat*am dotem recte reddi sibi desiderare dix*erunt*, quæ . . . quod etiam in patre servabitur, qui consentiente filia re*petit dotem*; nec moratoriæ dilationi locus erit, quod mal . . . .

120. Ulpianus lib. XXXIII. ad Edictum, inter cetera. Reddenda dos est ita, ut retentionum ratio habeatur. Si quidem convenit . . . . . non (2) deterior dotis causa fiat, nisi in eum casum quo . . . (3) hoc enim jure utimur, et Julianus scribit, et est rescript*um* . . . . . (4) dos retineri uno filio interveniente potest, si modo non culpa *mariti divortium factum sit*. Quod si nihil convenit, exercendæ retentiones non sunt.

121. Papinianus lib. IV. *Resp*. Non ab eo culpa dissociandi matri*monii procedit, qui nuntium divor*tii misit, sed qui discidii necessitatem inducit (5).

122. Item. Convenit ut divortio vel morte viri solu*to matrimonio* . . . .

---

(1) Forte : *boni prætoris*.
(2) Legendum videtur : *cavendum est, ne* non.
(3) Forte : *filii exstent*.
(4) Supple : *Ideoque et tota*.
(5) In margine scholion : « Non ab eo culpam divortii procedere, » qui repudium dedit, sed qui dandi necessitatem induxit. »

Google

DE EXCUSATIONE.

123. . . . . eum de quo agitur, et de incolumitate ejus sibi rescribant.

124. Item. Hi quoque, qui sunt ex collegio sex primorum, habent a tutelis excusationem; sed non simpliciter, sed post unam : nam non alias a ceteris vacant, nisi unam habeant.

125. Item. Olim varie observabatur circa numerum tutelarum; sed hodie certo jure utimur, tam ex rescriptis divorum (*principum*), quam ex constitutionibus imperatorum nostrorum : nam si quis tres tutelas sive curas habeat, excusatur.

126. Item. Hæc locuti sumus de tutelis finitis non imputandis; eodem loco sunt et non cœptæ.

127. Item. Sed hodie hoc jure utimur, ut, si filium quis habeat in potestate, tam patris, quam filii onera patri in numerum procedant.

128. Item. Hodie itaque, ut quis excusetur, tria onera allegare debet, sive tutelarum, sive curarum, sive etiam curæ kalendarii; et *sive* ejusdem tituli sint tria onera, (*sive non*,) a quarta excusant.

129. Item. Valetudo quoque mala præstat vacationem, si talis sit, ut ostendat eum ne quidem rebus suis administrandis idoneum esse.

130. Item. Si quando autem hujusmodi valetudo adfirmetur, inspectio prætoris necessaria est. Sive autem quis arthriticus sit, sive posicus (1), sive epilepticus, sive orbus, et his similia, excusantur.

131. Item. Verba rescripti : Libertus qui negotia senatoris populi romani curat, a tutela excusatur; a muneri-

---

(1) Forte : *psoricus*; vel : *phthisicus*.

Google

bus autem civilibus, cum ipse quoque bonis publicis fruatur, non vacat.

129. Item. Sic autem interpretantur prudentes has constitutiones, ut unum libertum procuratorem in quaqua domo senatoris voluerint vacare, non quotquot erunt, si plures fuerint.

132. Item. Ergo videmur hoc jure uti, ut is vacet, cui omnium rerum generaliter procuratio mandata sit, et non amplius, quam unus.

134. Item. Arcari Cæsariani, qui in foro Trajani habent stationes, ex sacris constitutionibus multifariam emissis habent immunitatem.

135. Item. Qui jam tutores vel curatores sunt, si rei publicæ causa absint, ad tempus excusantur.

136. Item. Eum, qui vice curam habet ab imperatore injunctam, excusari.

137. Item. Anabolicari a tutelis cunationibusque habent vacationem.

138. Item. Ii, qui in centuria accensorum velatorum sunt, habent immunitatem a tutelis et curis.

139. De litibus quas tutor cum pupillo habet, an propterea excusetur? Et dicit propterea non excusandum; et extant rescripta.

140. Item. Veterani quoque post emerita stipendia missi, si honesta missione, in perpetuum a tutelis vacant.

141. Item. Primipilaribus ob id ipsum, quod primipilares sunt, vacatio a tutelis a divo Hadriano dari cœpit.

142. Item. Decuriales quoque, qui ob id ipsum vacant, a tutelis condecurialis filii non vadare, si non habeant aliam excusationem.

143. Item. Neque autem primipilarium filii, neque veteranorum, a tutelis excusantur.

144. Item. Is, qui inter vigiles militat, quamvis post emerita stipendia legitima missus sit, non in perpetuum

Google

vacat a tutelis, sed intra annum, quam missus est; ultra non vacat.

145. Item. Officium quoque militare excusat: namque munus emeritum prodest; multo magis cum frequentatur.

146. Item. Qui Romæ magistratu funguntur, quamdiu hoc funguntur, dari tutores non possunt.

147. Item. Imperatores nostri constituerunt, ne *ul*tra ducentesimum milliarium senator populi Romani cogatur res pupillares administrare. Itaque in usu ita servatur, ut ad eas res quæ ultra ducentesimum lapidem sunt, equestris ordinis viri dentur tutores vel curatores a prætore; et hoc non tantum in eo senatore servatur, qui decreto tutor vel curator datus est; sed et in eo, qui testamento.

148. Item. Is, qui in portu pro salute imperatoris sacrum facit ex vaticinatione archigalli, a tutelis excusatur.

149. Item. *Ph*ilosophis quaque et medicis et rhetoribus et grammaticis, quibus per hanc professionem immunitas dari solet, etiam vacatio a tutelis datur tam divorum principum rescriptis, quam imperatoris nostri. Quod ad medicos uniuscujusque civitatis pertinet, intra numerum quinque esse debere sacræ constitutiones docent, cetera.

150. Item. Neque geometræ, neque hi qui jus civile docent, a tutelis excusantur.

151. Item. Qui muniti sunt aliquo privilegio, aliquando (*non*) admittantur ad excusationem, veluti si minor sit annorum XXV, si adfini datus sit tutor, et aliquem usum rerum habeat: quod jus venit ex epistola divi Hadriani.

152. Item. De libertis quoque, quamvis multa privilegia excusationum prætendant, tamen a patroni sui liberorum tutela non excusantur.

153. Item. Qui patri pupilli promiserunt se suscepturos tutelam, non excusantur, quia est iniquum alios non esse datos.

Google

154. Item. Si immiscuit se administrationi tutor, perdit beneficium excusationis; plus enim egit, quam si promisisset; idque divi fratres Domitio Rufo rescripserunt in hæc verba : Liberis tutelam, quam sponte suscepisti, præbe; nam desiderasti.

155. Item. Igitur observandum deinceps erit, ut qui tutor datus (*sit*), si quas habere se causas excusationis arbitrabitur, adeat ex more; nec in infinitum captiosi silentii tempus, per quod res interfrigescat, concessum sibi credat. Hi, qui Romæ vel intra centesimum fuerint, sciant in proximis diebus quinquaginta se excusationis causas allegare debere, aut capessere administrationem; ac nisi id fecerint, in ea causa fore, in qua sunt, de quibus consules amplissimi decreverunt periculo suo eos cessare.

156. Item. Formam autem ex hac constitutione datam hodie in usu ita celebrari animadvertimus, ut ex eo die incipiant quinquaginta dies enumerari, ex quo scierat se esse tutorem vel curatorem, scilicet ex eo, ex quo in notitiam ejus decretum prolatum sit testato; vel, si testamento datus sit, ex quo id quoque scierit. Itaque ubi sciit, ne præscriptione L dierum excludatur; si sint sessiones vel pro tribunali vel de plano, adversario, id est, ei qui eum petit, denuntiare debet, et adire prætorem et titulum excusationis suæ apud eum expromere. Si feriæ sint, libellos det contestatorios.

157. Item. Tunc demum excusandus est qui prius datus fuerat, si is, quem nominaverit, et potior necessitudine et idoneus re fideque, vel absens deprehendatur.

158. Item. Pars orationis imperatoris Severi. « Promiscua facultas potioris nominandi, nisi intra certos fines cohibeatur, ipso tractu temporis pupillos fortunis suis privabit. Cui rei obviam ibitur, patres conscripti, si censueritis, ut collegæ patris sive pupilli in decuria vel

corpore, item cognati vel affines utriusque necessitudinis, qui lege Julia et Papia excepti sunt, potiorem non nominent; ceteri cognati vel affines amicive atque municipes eos tantummodo nominent, quos supra complexus sum : vicinitatis autem jure nemo potior existimetur.

159. *Impp. nostri* Ælio Diodoto. Tutores, secundum patris voluntatem decreto prætoris, clarissimi viri, quod non jure testamento vel codicillis dati fuerant, confirmatos, potiores nominare posse non arbitramur : nam judicium patris, licet jure deficiat, servandum est.

160. Item. Libertus sicut excusare se a tutelis, ita nec potiorem nominare potest.

161. Item. Ex ea die, ex qua quis potiorem nominavit, deinceps omnibus sessionibus adversus eum, quem nominavit, adire debet, usque dum causam finiat; ceterum si aliquam sessionem intermiserit is qui potiorem nominavit, præscriptione excluditur : plane illa sessio, quæ de plano celebratur, ei non computabitur.

162. Item. Si is, qui potiorem nominavit, litteras petierit ad magistratus, ut compellant eum venire, quem potiorem nominavit, *qui* (1) libellos dedit, alia die litteras accipere debet, ac magistratibus reddere per dinumerationem vicenum millium passuum.

163. Item. Illud curare debet, ut intra diem decimum; quam litteras reddidit magistratibus, rescriptas (2) deposcat; et ubi eas acceperit, per dinumerationem simili modo reverti debebit, et si sessionem invenerit pro tribunali, reddere prætori, ut subnotet sua manu quod volet.

164. Item. Si quis eos, quos potiores nominavit, non

(1) Alii : *cum*, vel *postquam*.
(2) Cod. : *rescripta*.

Google

probaverit, si adhuc intra quinquagesimum diem est, alios potiores potest nominare.

165. Item. Quamvis supra dixerimus eum, qui potiorem nominaverit, si aliquam sessionem intermiserit pro tribunali, præscriptione submoveri, utique verum est, si litteræ non sunt impetratæ; ceterum ex quo impetratæ sunt, in eum diem, quo reddi prætori rescriptæ debent, et (*si*) hoc medio spatio sessio fuerit, non oberit si sessionibus non adierit; et ita in usu servatur.

166. Item. Libelli ita formandi: « Cum proxime decreto tutorem me dandum existimaveris illi, quod mihi in notitiam pertulit illa die, nomino potiorem, ut municipem suprascripti, illum Vejentanum, morantem eo loco, habentem in substantia plus minus tantum. » Si eques Romanus fuerit qui *potior* nominabitur, etiam hoc comprehendi debet. Deinde fine talem clausulam addat: « Rogo, prætor, propter præscriptiones, tempora (1), libellos accipere digneris. »

167. Si pro tribunali dabuntur vel de plano, IV dandi erunt, et petendum ut denuncietur ex auctoritate; cum denuntiaverit et non venerit, libellos det, ut litteras petat.

168. Item. Quidam tamen justos secundum has *leges* putant dici. Divi quoque Marcus et Lucius Apronio Saturnino ita rescripserunt. « Si instrumentis probas habere te justos tres liberos, excusationem tuam Manilius Carbo prætor vir clarissimus accipiet. » Sed justorum mentio ita accipienda est, uti secundum jus civile quæsiti sint.

169. Item. *In* adoptionem dati ad hanc causam proderunt.

---

(1) Legendum sive : *præscriptionis tempora*, sive : *præscriptiones temporis*.

Digitized by Google

170. Item. Jus liberorum a principe impetratum, nec ad hanc causam, nec ad *munera* (1) . . . . . .

(Desideratur folium.)

171. . . . tionem poterit . . . . . .
Non enim testamentarius . . . . . .

172. Paulus libro II Sententiarum. Pro t . . . . . .
ut est Latinus Junianus . . . . . *codicillis* ad testamentum non pertinentibus . . . . . .

173. Ulpianus de officio prætoris *tutelaris*. *In Italia* domicilium constit . . . . . .
neribus subjicietur, tamen . . . . . .
recuperabit . . . . . .
vit sacerdotium cont . . . . . .
tutelam privileg . . . . . .
apertum testamentum sacerdoti . . . . . .

174. Item. Hæc de sa . . . . . .
excusationem cons . . . . . .
quo quis consul vel prætor vel . . . . . .

175. Item. Collegas eo . . . . . .
exerceant, quam pater f . . . . . .
quo pater pupillorum ex . . . . . .

176. Item. Sicut autem de . . . . . .
lium. Et ita imperator noster . . . . . .

177. Item. Veteran . . . . . .
Veteranorum autem filii . . . . . .
Sed utrum simul non plu . . . . . .
unam tractari potest. Puto . . . . . .
inveni rescriptum . . . . . *excusantur*. Et ita de ignomini . . . . . *Masuriæ* Sabinæ rescripserunt . . . . . .
exauctoratum e . . . . . *Sed ignominia missi*

(1) Supple : *cetera devitanda proderit.*

Google

ab urbicis plane *tuteli excusabuntur*, *quia ingredi ei urbem non licet*.
Sed etsi non sint perfectis . . . . . .
si missionem non *ignominiosam*. . . . . .

178. Item. Sed primipil. . . . . .
. . . . . *primipilarem* dabunt
. . . . . legare quoque ipse quoque in locum
. . . . . .

179. . . . . . m sacerdotio fungitur
. . . . . rescripto divo Pii declaratur
. . . . . .

180. . . . . . unt in primipilaribus
. . . . . *exemplo* veteranorum
. . . . . .

181. . . . . . veterem suam emp-
. . . . . *sestertia* centum mi-
. . . . . mmatam eam mancisc . . . . . .

182. . . . . . ducit : nam minor viginti *quinque annis* . . . . . *tutela* excusantur ut
. . . . . o daret minores XXV *annis* . . . . . .

183. . . . . . t a principio negotiorum
. . . . . onera tutelarum
. . . . . m injuriam adferat.
. . . . . *a tutela* excusabitur. Hi, quos
. . . . . tutelas, quas ante
. . . . . .

184. . . . *excusa*bitur etiam ab ea, quam antea suscep . . . . . si ad tempus curator
. . . . . .

185. . . . . . m per rusticitatem se alienum . . . . . *excusationem* mereri paupertas pla-
. . . . . .

Google

186. *Item. Tria onera tutelarum excusationem* tribuunt. Tria autem *onera sic sunt accipienda, ut non numerus pupillorum* plures tutelas faciat, *ad patrimoniorum separatio : et ideo qui tribus* fratribus tutor datus est, qui indivisum patrimonium habent, vel quibusdam tutor, quibusdam curator, unam tutelam suscepisse creditur.

187. Item. Qui curam kalendarii Gaditanorum a principe inductam, in equestri ordine susceptam administrabat . . . . .

188. In tribus non imputabitur tutela vel cura, quæ affectata est. Affectatam sic accipiemus, si vel appetita videatur, vel, cum posset quis se excusare, ab ea se non excusavit : creditur enim affectasse qui onus, cum posset declinare, non recusavit; et id sæpe decretum est in tutore, qui non potuit invitus dari tutor, vel curatore, qui, cujus fuerat tutor, curator est nominatus.

189. Item. Si quis inter tres emancipati filii sui tutelam administret, an ei hæc in numero cedat, scio dubitatum. Invenio tamen Fulvio Æmiliano in persona Manili Optivi rescriptum, emancipatæ filiæ tutelam numerari ei inter onera oportere.

190. Item. Tria autem onera in domo esse sufficit : proinde si pater alicujus vel filius vel frater, qui est in ejusdem potestate, tria onera sustineat, quæ ad periculum patris pertinent, quoniam voluntate ejus administrant, omnibus excusatio a tutela competit.

191. Item. Numerus quoque liberorum a tutela excusationem tribuit : civibus quidem Romanis earum tutelarum, quæ Romæ sunt injunctæ, trium filiorum; earum vero, quæ in municipiis Italicis injunguntur, quatuor numero liberorum. Idque imperator noster et divus Severus Claudio Herodiano rescripserunt; et ideo si quis a magistratibus municipalibus fuerit datus, quatuor numero liberorum debebit excusari.

Digitized by Google

192. Item. Sed et si in provincia delata fuerit tutela, licet Romæ excusatio allegetur, a quinque liberis debet recipi.

193. Item. Exemplo civium Romanorum Latinos Junianos excusari oportet.

194. Item. Justi autem an injusti sint filii non requiritur : multo minus, in potestate nec ne sint, cum etiam judicandi onere injustos filios relevare Papinianus lib. V. Quæstionum scribat.

195. Item. Ex filia nepotes (*non*) prodesse ad tutelæ liberationem, sicuti nec ad caducorum vindicationem palam est; nisi mihi proponas ex veterano prætoriano genero socerum avum effectum; tunc enim secundum orationem dei Marci, quam in castris prætoriis recitavit, Paulo iterum et Aproniano consulibus VIII. id. Jan., id habebit avus, quod habet in nepotibus ex filio natis. Cujus orationis verba hæc sunt : « Et quo facilius veterani nostri soceros repperiant, illos quoque novo privilegio sollicitabimus, ut avus nepotum ex veterano prætoriano natorum iisdem commodis nomine eorum fruatur, quibus, fruerentur, si eos haberet ex filio. »

196. Item. In adoptionem dedisse non nocet; nec adoptasse ad excusationem proderit, quoniam soli naturales tribuunt excusationem.

197. Item. An bello amissi a tutela excusare debeant? nam et in fascibus sumendis et in judicandi munere pro superstitibus habentur, ut lege Julia de maritandis ordinibus de fascibus sumendis, et publicorum kapite vi*cesimo* sex*to*, item privatorum kapite vicesimo septimo de judicando cavetur. Et puto constituendum ut et a tutelis excusent : proinde sive tres bello amiserit, sive unum duosve, pro superstitibus cedent.

198. Item. Sed utrum soli filii, an et nepotes debeant prodesse, subsistendum; quoniam lex quidem privatorum,

Digitized by Google

kapite XXVII., *solos* natos appellat; lex vero publicorum, kapite XXVI., liberorum facit mentionem. Puto tamen eamdem esse æquitatem in nepotibus, qui in locum filiorum succedunt, quæ est in filiis.

199. Item. Utrum in acie dumtaxat amissus, an tempore belli amissus prosit? Sed Aristo in acie amissum dumtaxat; ego puto per tempus belli amissum debere prodesse, ne publica strages patri noceat.

200. Item. Erit hæc etiam excusatio, si quis se dicat tutelam alicujus administrasse, et ad curam ejus vocetur : nam invitem non esse compellendum suscipere, imperator noster cum patre Polo Terentiano rescripsit.

201. Item. Si quis uxori suæ curator datur : nam sicuti senatus censuit, ne quis eam ducat, cujus tutor vel curator fuit, ita uxoris suæ non debere curam administrare divus Severus Flavio Severiano rescripsit.

202. Item. Proinde si cui fuerit pupilla a patre desponsa, non debebit ei tutor dari, ne nuptiæ impediantur, et datus excusabitur; et si sponsæ suæ curator fuerit datus, debebit excusari, nisi forte a patre tutor vel curator fuerit destinatus. Aut enim ipse eam pater despondit, et utrumque perficiet; aut post mortem patris desponsa est, et magis est ut voluntati patris obtemperetur in onere, quam ipsius in matrimonio : quare nuptiæ impediuntur.

203. Item. Est et hoc genus excusationis, si quis se dicat domicilium non habere Romæ delectus ad munus, vel in ea provincia, ubi domicilium non habet; idque et D. Marcus Pertinaci et Æliano consu. rescripsit.

204. Item. Proinde qui studiorum causa Romæ sunt, præcipue civilium, debent . . . . . ris causa Romæ agunt studii cura distracti. Et ita . . . . . imperator Antoninus Aug. Cereali a censibus et aliis *rescripsit*.

205. Item. Proinde si quis ad urbicam diœcesim pertinens *testamento tutor detur*, excusare se debebit ab eo

Google

patrimonio, quod in regio . . . . r (1) a re provinciali; sed caveat, si legatum accepit, hoc facere li . . . . . administratum quoniam in plenum voluntati paret legati . . . . . *excusa*bitur; idque D. Marcus in eo, qui se a re provinciali excusavit . . . . . s, Claudio Pulchro rescripsit.

206. *Item. An is qui se* voluit excusare, nec obtinuit, postea potiores nomi*nare possit quæritur; et* magis est ut possit, si *die*rum tempora patiantur. Vos enim . . . . us, licet potior nominatus alterutrum debeat eli*gere, an velit nega*re se potiorem, an vero magis potiorem nominare: *idque imperator noster Ælio Diodoto* prætori rescripsit.

207. *Item. Licet is, qui* tutor datus est, et excusare se et non recepta excu*satione potiores* nominare potest, si tempora dierum patiantur, *tamen si elegerit* potiores nominare, postea ad excusationem transi*re non potest: nam confi*tentis est nullam se excusationem habere, cum potiores *nominaverit; nec* ferendus est, si dicat se sine præjudicio hoc facere, for . . . . . teatur excusationem et potiorum nominationem. . . . . .

208. *Item. Is qui potior* nominatus est, si quidem negat se esse in ea conjunctione, *amplius nominare* potiorem non potest; convictus ne excusare se quidem poterit: *et ita est rescripto ad He*rodianum de excusatione insertum.

209. *Item. Is qui potior* nominatus est, ad omnia hæc dies eos habebit, quos *habent qui primo loco dati* sunt, ut eodem rescripto declaratur.

210. *Item. Is qui* potiorem nominat, libellos debet quaternos dare prætor *de plano vel pro* tribunali, ut epistula dei Marci ad Æmilianum *continetur, et dicere quo* jure

(1) Fortasse: *regionibus juridicorum est, et similiter.*

Google

potiorem nominet, id est, gradum necessitudinis ejus vel cognationis aperte designare. Et ideo non sufficit cognatum vel collegam generaliter dicere, sed debebit gradum dicere vel nomen collegii dignitatisve designare, et jus cognationis exprimere; nec sufficit collegam dicere, nisi in quo collegio addiderit. Et si forte in aliquo horum deliquerit, emendandi ei facultas intra tempus, quo potuit potiorem nominare, conceditur; postea non. Idque imperator noster . . . rescripsit.

211. Item. Ne hi quidem possunt, quos prætor confirmavit, testamento designatos, ut imperator noster Ælio Diodoto prætori rescripsit. Proinde si a patre fuerint designati, an potiores nominare possint, quæri potest. Et puto eos nominare posse; nam de iis tantum rescriptum est, qui a patre erant designati. Sed hoc erit servandum . . . . alio virilis sexus per virilem sexum descendent . . . . sunt destinati : nam et Papinianus respondit libertum a patrona nepoti destinatum tutorem posse potiorem nominare.

212. Item. Nominare autem potiores non possunt in primipilaris filio, ut divus Severus constituit.

213. Item. Licet autem patris appellatio in oratione . . . . . accipiendam, quamquam circa primipilares hoc jure utimur, ut filio primipilaris dentur soli, nec etiam nepoti.

214. Item. Sed nec cognati vel adfines possunt nominare potiores; sed, ut oratione expressum est, hi soli, qui lege Julia Papiave excepti sunt.

215. Proinde si quis cognatus alteratra lege exceptus lic . . . . Diodoto prætori est rescriptum, potiorem nominare non poterit; n . . . . nominare adfinis qui alterutra lege exceptus . . . .

216. Item. Excipientur autem lege quidem Julia cognatorum sex gradus et ex septimo sobrino sobrinave natus;

Google

sed et nata, per interpretationem : *item qui in* horum potestate sunt, quæve in matrimonio, vel ii, qui sunt *cognatarum nostrarum* hoc gradu nos contingentium mariti, *vel eorum*, *qui sunt in potestate* nostra, cognati, contingentes eos ea cognatione, *quæ septimum gradum* non excedit.

217. Item. Nuptarum nobis *cognati usque ad sextum* gradum, vel nostri cognati ab uxoribus nostris . . . . .

218. Item. Lege autem Papia ii adfines excipiuntur, qui *vir et uxor, et gener*, *et nurus*, et socer et socrus unquam fuerunt.

219. Item . . . . . Vitricus, *noverca*, *privignus*, privigna, vel ipsorum, vel eorum, qui in eorum potestate fuerunt.

220. Item. Meminimus itaque me suadente. . . . Alcimum libertum materum Furi Octavi clarissimi viri. . . . . (1) cum tutelam ejus administrasset, necessariusque ad . . . . ; nam et liberti materni in pari sunt conditione. Oratio enim dei Marci ita scripta est, ut patroni patronæ libertus tutor deligi possit, tametsi aliquo privilegio subnixus sit.

221. Item. Si alius eum Latinum fecerit, alius iteraverit, an utriusque liberorum tutelam suscipiat videndum, quasi utriusque meritum habeat : nisi forte exemplo munerum, ut D. Marcus rescripsit, apud originem ejus, qui Latinum fecit, debere eum fungi, solias ejus liberorum tutelam susceptuum dicemus.

222. Item. Officium quoque militare excusat : nam cum munus emeritum prodest, multo magis, cum frequentatur, prodesse debet; sed si ad tempus rei publicæ causa absit, non in perpetuum, sed ad tempus excusabitur. Denique cum ex facto, sub divo Hadriano quidam cum legatus esset legionis, testamentum recitatum esset,

(1) Forte : *in cura detentum esse.*

Digitized by Google

quo tutor erat datus, non in perpetuum, sed ad tempus quo legatus legionis erat, meruit excusationem. Etiam is qui commentarios habet præfecti, quamdiu hic commentarios habet præfecti, ut D. Marcus cum filio rescripsit.

223. Item. Hi qui muniti sunt aliquo privilegio, aliquando non admittuntur ad excusationem, velut si minor sit annis XXV adfini datus tutor, et aliquem usum rerum habeat hereditariarum. Quod jus venit ex epistula divi Hadriani, quam scripsit Claudio Saturnino, legato Belgicæ; quæ constitutio videtur de his loqui, qui a prætore dati sunt. Ego, idem esse accipiendum, si testamento datus sit. In eamdem sententiam et divus Pius Plætorio Nepoti scripsit.

224. Papinianus lib. XI. Quæstionum respondit, verbis orationis Fratrum imperatorum libertum, etsi ob aliquod privilegium a tutelis vacat, patroni tamen patronæque liberorum tutor ut deligatur, comprehensum. In numero liberorum pronepos patroni sine dubio continetur: sed potest dici non aliis patroni liberis libertum hoc debere, quam qui jure patroni hoc sperare possunt; et ideo neque patronæ nepotis tutelam administrare compellendum privilegio subnixum, neque pupilli, qui ex filia patroni venit, quia vacatione præter liberos patronorum, qui per virilem sexum descendunt, liberti fruuntur.

225. Item. Et hæc quidem de eo, cui beneficium datæ libertatis exprobrari potest. Alioqui nequaquam credendum est ei privilegium ablatum, cui fideicommissa libertas soluta est: nam in toto fere jure manumissor ejusmodi nihil juris (ut) patronus adversus personam modo liberti consequitur, licet in bonis ejus patroni jus exerceat; excepto quod in jus vocare patronum injussu prætoris non debeat.

226. Item. Jus anulorum ingenuitatis imaginem præstat, salvo jure patronorum patronique liberorum.

227. Paulus libro sexto Quæstionum sub rubrica (*de*) legitimis tutelis. Apollinaris Paulo : Duo sunt Titii, pater et filius : datus est tutor Titius, nec apparet de quo sensit testator, quæro quid sit juris ? R. Is datus est quem dare se testator sensit. Si id non *ad*paret, non jus deficit, sed probatio : ergo neuter est tutor. Hoc rescriptum est in Sticho manumisso, si duo sint Stichi, et incertum de quo testator senserit ; vel si Erotem legaverit qui plures eodem nomine habuit servos. Quod in nummis legatis non ita placuit : si non *ad*paret voluntas, id acceptum est, quod minus est.

228. Antoninus Granio Firmino militi. Ex duobus tutoribus, qui non specialiter in locum excusati dati sunt, sicut precibus tuis adlegas, si unus pro tutore res tuas administravit, adversus eum tantum tibi competere actionem ignorare non debes : nec enim mutuo cessationis periculo qui nihil gessit teneri potest ; cum simpliciter datus *ejus*, qui administrationi se miscuit, contutor jure fuisse non videatur.

229. Paulus libro singulari de testamentis. Parentibus licet liberis suis in potestatem habentibus (1) testamento tutores dare, masculis quidem impuberibus, feminis vero etiam puberibus, et tam jam natis quam etiam postumis. Itaque post institutionem *he*redum hoc modo scribere potest : « Lucio Titio filio meo, et, si mihi vivo mortuove nati erunt, tutores do Lucium Aurelium et Gaium Optatum ; a quibus peto ut tutelam liberorum meorum gerant, ita ut ea, quæ in Asia reliquero, Aurelius, ea autem, quæ in Italia, Optatus administret. »

230. Possumus autem et singulis liberis alium atque alium tutorem dare, veluti hoc modo : « Titio filio meo Aurelium tutorem do ; Seio filio meo tutorem Optatum

(1) Profecto : *in potestate manentibus.*

Digitized by Google

do. » Pluribus quoque liberis unus tutor, item uni plures dari possunt.

231. Paulus libro singulari de excusationibus. Ii qui tres pluresve tutelas vel curationes, vel permixto modo cujuscumque (*titili*) separatas administrant, excusari a tutela curationeve solent : quod si fratrum tutelam suscipiant, pro una tutela *reputantur* eadem bona.

232. Ulp. de officio prætoris tutelaris. Observari autem oportet, ne his pupillis tutorem det, qui patrimonia in his regionibus habent, quæ sunt sub juridicis, ut Cl. Pompeiano prætori imperator noster rescripsit; multo magis, si in provincia sit patrimonium, licet is, (*qui*) petitur, in urbe consistat.

233. Ulp. de officio prætoris tutelaris. Qui in collegio pistorum sunt, a tutelis excusantur, si modo per semetipsos pistrinum exerceant; sed non alios puto excusandos, quam qui intra numerum constituti centenarium pistrinum, secundum litteras divi Trajani ad Sulpicium Similem, exerceant. Quæ omnia litteris præfecti annonæ significanda sunt.

234. Ulp. lib. suprascripto. Sed Ostienses pistores non excusantur, ut Filiuminiano imperator noster cum patre rescripsit.

235. Item Urbici pistores a collegarum quoque filiorum tutelis excusantur, quamvis neque decuriales, neque qui in ceteris corporibus sunt, excusentur : et ita Hadriani rescripto ad Cl. Junianum præfectum annonæ significatur; quam epistulam quodam rescripto ad Vernam et Montanum pistores imperator noster cum patre interpretatus est et ad pistores pertinere, cum in eo negotio frumentum agenti*bus* daretur a collegarum filiorum tutelis vacatio. Plus etiam imperator noster indulsit, ut a tutelis, quas susceperant antequam pistores essent, excusarentur; sed hoc ab ipso creatis pistoribus præstitit, et ita Marco Diocæ præfecto annonæ rescripsit.

236. Item. Sed et qui in foro suario negociantur, si duabus partibus bonorum annonam juvent, habent excusationem litteris allatis *a præfecto* urbis testimonialibus negotiationis, ut imperator noster et divus Severus M. Anicio Cereali rescripserunt; quo rescripto declaratur ante eos non habuisse immunitatem, sed nunc eis dari eam, quæ data est his, *qui* annonam populi Romani juvant.

237. Paul. lib. singulari *ad* municipalem. Urbici autem pistores a collegarum quoque filiorum tutelis excusantur. Sed et si qui in foro suario negotiantur, si duabus parti*bus* patrimonii annonam juvent, a tutelis habent excusationem.

238. Ulp. de officio prætoris tutelaris libro singulari. Proinde si mutus surdusve quis sit, sine dubio a tutela excusabitur. Hi vero quos valetudo *vel* furor vel morbus perpetuus excusat, etiam eas tutelas, quas ante susceperant, deponunt. Alia causa ætatis est. Luminibus etiam captum Portato Faustino rescripsit imperator noster cum patre.

239. Item. Furio Epatidæ, cum allegasset se unum oculum amisisse et in alto periclitari, rescripsit, an propter adversam valetudinem oculorum excusari deberet, prætorem æstimaturum. Hi etiam a susceptis excusabuntur.

240. Item. Paupertas plane dat excusationem, si quis imparem se oneri injuncto possit docere; idque divorum Fratrum rescripto continetur.

241. Item. Si quis autem in provincia domicilium habet, debet excusari; sed et si quis patrimonium in ea regione, quam juridicus administrat, habet.

242. Item. Scio tamen quosdam, cum per errorem ad potiorum nominationem prosilissent, haud impetrasse, ut, deserto jure potiorum, ad excusationem se converterent.

243. Paulus libro singulari ad municipalem. Paupertas

Digitized by Google

quoque solet tribuere excusationem, quod oneri tutelæ impar esse videatur.

244. Paulus libro singulari de officio prætoris tutelaris. Mediocritas et rusticitas et domesticæ lites interdum excusationes merentur, ex epistola divorum Hadriani et Antonini et Fratrum ad Cæcilium Priscum, prætorem tutelarem.

245. Item. Qui complura allegant, quæ singula non sint firma, interdum excusari solent; nam et Fratres imperatores Sentio Potito ita rescripserunt : « Quamvis singula, quæ litteris tuis complexus es, non præstent tibi justas causas excusationis, tamen quia multa simul congruerunt, movere non possunt, ut excusatio tua a tutela recipi possit. »

246. Paulus libro singulari de excusatione tutorum. Imperatores nostri Ælio Diodoto suo *salutem*. Tutores secundum patris voluntatem decreto prætoris, clarissimi viri, quod non jure testamento vel codicillis dati fuerant, confirmatos, nominare potiores posse non arbitramur : nam judicium patris, licet jure deficiat, servandum est.

247. Paulus libro I. editionis secundæ de jurisdictione tutelari. Qui tres pluresve liberos habent superstites, excusari solent; idque compluribus constitutionibus cavetur, tam dei Marci et Luci, quibus Pontium Marcellum trium liberorum patrem liberaverunt litteris ad eum emissis, quam dominorum nostrorum. Sed hic numerus in Italia cives Romanos liberabat. Nunc ex constitutione principum nostrorum, nec in Italia, sed Romæ tantum, exemplo municipalium munerum; nam Clodio Herodiano ita scripserunt : « Sicut in Italia cives Romani consistentes numero quatuor liberorum incolumium a civilibus (1) . . . . . .

(1) Supple : *muneribus excusantur*...

QUANDO DONATOR INTELLIGATUR REVOCASSE VOLUNTATEM.

248. . . . . . ipsam contumeliis persequi, in affectu pietatis monitos posse mitescere. Volumus igitur, ut, si constet juxta patrem liberos, contra quam humanitatis ratio desposcit, superbe erudeliterque se tollere, emancipatio firmitudine evacuetur; idque, quod liberis pater donationibus contulit, patris ditioni naturæque juri subjugatis, patriæ recidat potestati. Et ita illi, qui sacris evoluti a functione obsequii recesserunt, necessitatis laqueis adstricti, in qua commendatione pietatis etiam detrectantes adveniant. Dat. XVII. kal. Augg. Constantinopoli, Gallicano et Symmacho conss. (350.)

249. Constantinus et Cæss. Multas sæpe natas ex donatione causas cognovimus, in quibus vel adumbrata pro expressis, vel inchoata pro perfectis, vel plurima pro omnibus controversiam faciant, cum agentium visa ex ingenio ac facultate dicendi, aut perfecta deformarent, aut inchoata perficerent: inde jus anceps ac pro dicentium impulsu vacillans sententiarum decreta differebat, Maxime carissime ac jucundissime. Hinc enim nuper exceptis personis dicta lex est, in quibus summum jus et voluntas omnibus libera, solemnitate more perfecta, ortus suos præsenti munere opulentat; tempestiva debitæ communium donationum cura successit. Absolutis enim illis, quæ ideo prima sunt, quoniam sunt religione potiora, circumacto animo ad universum donationum genus, conspeximus omnes earum species signis ac nominibus imprimendas, ut in hominum contractibus differentiam sui nuncupationum proprietate secernant. Itaque sive illa donatio directa sit, sive mortis causa instituta, sive conditionibus faciendi non faciendive suspensa, sive ex aliquo notato tempore promissa, sive ex animo dantium accipientiumve sententiis, quantum jus sinit, cognita; ejus hæc

prima observatio est, ut, quas leges indulgent, conditiones pactionesque promantur; hisque penitus cognitis, vel recipiantur, si complacitæ, *vel* rejiciantur, si sunt molestæ. Sed *juri* rectius parendum erit, nec denegabitur officium, quin simul spes abjicia*tur adi*piscendi. In ceteris sane conditionibus indefensos minores, quando *præs*tare promissa difficile est, non *sinit*; quorum tamen defensores, si forte per eos in obeundis donationum officiis neglecta (*fuerit*) utilitas minoris, quare, cum res erit recepta, commod*is* spoliabitur, rei amissæ periculum præstabunt. Ita familiaris dispendii metus etiam segniores ad ea conficienda ex tard*itate* incitabit. Post in iisdem conscribendis præcipue nomen donatoris, jus ac *rem* notans proscribatur; tum ab utroque jure compleatur, neque id occulto, aut per imperitos, aut privatim : his enim rebus sæpe clandestina fraus, et quæ facta sunt infecta, *et* inducta quæ scripta sunt simulans, aliisque ac dehinc aliis largiendo ac donando, ac sæpe vel dando multos habendi spe allectos concurrere in expugnanda sibi proprietate impulit. Tabulæ *igitur aut* quodcumque aliud materiæ tempus dabit, vel ab ipso vel ab eo, quem fors sumministraverit, scientibus plurimis perscribantur, eæque, ut supra comprehensum est, rebus, nominibus personisque distinctæ sint; ac tum corporalis traditio, in quam sæpe multi talia simulando irrepentes, aut veluti corpora capientes, solemne illud jus ac voluntarium, inconcessa usurpatione præripiant. Ea igitur ipsa rerum traditio præsentium advocata vicinitate, omnibusque arbitris, quorum post fide uti liceat, conventu plurimorum celebretur : non enim aliter vacua jure dantis res erit, quam ea vel ejus voluntate, si est mobilis, tradatur, vel abscessu sui, si domus aut fundus aut quid ejusdem generis erit, sedem novo domino patefecerit. Quæ omnia consignare actis judicis præstat, ut res multorum mentibus, oculis, auribus testata,

Google

nullum effu*g*iat, cujus aut scientiam *c*apiat, aut dissimulationem tegat. Quod si *ju*dex aberit, cui summa provinciæ commissa est, mandetur istud magistratuum actis, atque ut nullus sit subjiciendi aut surripiendi locus, cum alterutri co*m*modum sit verum, exemplis idem magistratus adscribant: sic enim conscien*t*ia multorum, monumentis judiciorum ac populorum præscri*p*tis, aut litium causa pervulgatis omnibus, fides abstrusior non erit. Tali*a* enim esse oportet domini*o*rum initia, quorum diuturna possessio sæpe legitim*a* proprietatum jura perfringit; talis liberalitatum honestas, quæ loci*s* clamata omnibus accipientium donantiumque familiis, liberalitatis et gratiæ prædicatione compleat. Simul cum sit eximi*um* cujusque donum promerendo cepisse, ejus jucunditas nulla lit*i*um tristitudine minuatur. Quod si expectanda causa dicendaque sententia, orba publico testimonio liberalitas cæcam gratiam obscuro*sque* cœtus prodiderit, quoniam sola fraus cognita est, eorum, quæ donata dicuntur, temere non erit fides accipienda, sed ea aliena*tione* . . . . . .
uorum rejecta vel su . . . . . .
versis studiis recte r . . . . . .
jure quod quibusque rebus don*atis* . . . . . .
ea perfectione faciend . . . . . *ver*-
borum deinde esse quicquam . . . . . .
lege commutata ver*borum* . . . . . .
faciendis neque ullam. . . . . .
flare cum futuris jus p . . . . . .
quæ ut omnes cognosc . . . . . .
ti tuo præferenda est PP. *III. non Feb. Severo et Rufino* conss. in foro divi *Trajani*. (323.)

350. Paulus lib. XII. R. Imperfec*ta* . . . . . .
liberalitatis novissim. . . . . .

351. Item. Non ideo donatio . . . . . .
filiæ tradita placui . . . . . .

Google

tatem sibi recepisse. . . . . .

252. Item. Cujus mater absenti *filio* . . . . . .
ad eum fecit quas procu*rator* . . . . . .
quæ instrumenta prædiorum e . . . . . .
prædiorum ad filium . . . . . .
vel servis ejus tradita n . . . . . *præ-*
diorum ad filium perven . . . . . *mater-*
næ voluntatis et c . . . . . .
causa redire jussisset . . . . . .
possessionem prædiorum . . . . . .
constare . . . . . .
factam prædio neque m . . . . . .
habuisse. Respondi nec fideicommissum s . . . . . .
in æde sacra editu . . . . . .
teris post mortem *suam* . . . . . .
post mortem suam . . . . . .
. . . . . r pœnam mad . . . rationem
. . . . . vit quod ne fiduciæ daretur
. . . . . num accepit pervenirret, qui

253. . . . . . actio perficitur. Cum autem creditor
. . . . . nem si debitor pecuniam, quam dele-
gat . . . . . *stipulatione* factam novationem
. . . . . dam stipulationem venit
. . . . . inchoavit. Respondi
. . . . . *possessione* tradita, quam irritam
. . . . . *do*navit, in iis prædiis fuit
. . . . .

253a. *Donationes in concubinam collatas* non posse revocari *convenit; nec si matrimonium inter easdem postea fuerit contractum*, ad irritum recidere, *quod ante jure valuit. An autem maritalis honor et* affectio pridem præcesserit . . . . . *personis comparatis*, vitæ conjunctione *considerata, perpendendum esse respondi.*

254. *Item. Species extra dotem a matre filiæ nomine*

Google

viro traditas, filiæ, quæ *præsens fuit*, *donatas*, *et ab* ea *viro traditas videri* respondi; nec matrem *offensam repetitionem habere*, *vel eas recte* vindicare, quod vir caviaset *extra dotem usibus puellæ sibi traditas : cum* ea significatione non *modus donationis declaretur*, *nec ab usu propri*etas separetur, sed peculium *a dote puellæ distinguaretur*.

255. *Item. Pater*, *qui filiæ*, *quam habuit in potestate*, *mancipia* donavit, et peculium *emancipatæ non ademit*, *atque post diem emanci*pationis vita decesserat, *ex post facto donationem videbatur perfe*cisse.

256. . . . . bat prædiorum, quæ pater si post . . . . . am donationem genuit . . . . . esset : parvi etenim refert . . . . . *perfe*cta non probaretur arbitrum . . . . . em recte secuturum . . . . . ea dati sint . . . . . si filiæ *pro*pria prædia prælegaret et adjecisset « exceptis quæ sorori tuæ donavi » : nam et testamento liberalitatem confirmatam, et aperte patris declaratam voluntatem; quod divisionis arbitrio sufficit, juris quoque verbis deficientibus.

257. Item. Ejusmodi lege deposita in æde arca, ut eam ipse qui solus deposuit, tolleret, aut post mortem domini Ælius Speratus, non videri perfectam donationem respondi.

258. Item. Pomponius Filadelfus dotis causa prædia filiæ Pomponiæ, quam habuit in potestate, tradidit, et mercedes eorum genero solvi mandavit. An ea præcipua filia retinere possit, cum communes filios heredes instituisset, quærebatur. Justam causam retinendæ possessionis habere filiam, quoniam pater prædia, (*de*) quibus quærebatur, dotis esse voluit, et matrimonium post mortem quoque patris constiterat, respondi; filiam etenim, quæ

Google

naturaliter agros retinuit, species dotis, cujus capax fuit, defendi.

259. Item. Mulier sine tutoris auctoritate prædium stipendiarium instructum non mortis causa Latino donaverat. Perfectam in prædio ceterisque rebus nec mancipi donationem esse apparuit; servos autem et pecora, quæ collo vel dorso domarentur, usu non capta. Si tamen voluntatem mulier non mutasset, Latino quoque doli profuturam duplicationem respondi : non enim mortis causa capitur quod alteri (1) donatum est, quoniam morte Cincia removetur.

260. Item. Filius emancipatus, cui pater peculium non ademit, res quidem pro donato vel pro suo, quod justam causam possidendi habet, usucapit; sed debitores convenire non potest, neque lites pecuniæ prosequi, si non sit in rem suam cognitor datus, aut nominum delegationes intervenerunt. Plane, quod ei solvitur, patre non dissentiente, debitorem liberat; nec interest an emancipatum ignorat, vel si non esse peculium ademptum, cum rei substantia plus polleat existimatione falsa.

261. Item. Peculium vindicta manumisso vel inter amicos, si non adimatur, donari videtur. Quæ ratio facit, ut ex justa causa possidens usucapere rem possit. Aliud in his placuit, qui tantum libertatem acceperunt, si testamento [parentis] potestate solvuntur; quos amittere peculium, si non sit legatum, constitit : neque enim tacita liberalitas defuncti permittentis retinere peculium potuit intelligi.

262. Item. Sponsæ res simpliciter donatæ, non insecutis nuptiis, non repetuntur; sed etsi adfinitatis contrahendæ causa donationes factæ sunt, et nuntium sponsus culpa sua remiserit, æque non repetuntur : quod ita

(1) Cod. : *altero*. Forte legendum : *Latino*.

Digitized by Google

intelligi oportet, si promittentis donationis (1) conditio non conjuncti matrimonii comprehendatur, non (2) perficiendi contractus.

263. Item. Eam, quæ bona sua filiis per epistulam citra stipulationem donavit, si neque possessionem rerum singularum tradidit, neque per mancipationem prædiorum dominium transtulit, nec interpositis delegationibus aut inchoatis litibus actiones novavit, nihil egisse placuit (3).

264. Item. Matrem, quæ sine tutoris auctoritate filio donationis causa præsentes servos mancipio dedit, perfecisse donationem apparuit.

265. Item. Aurum et argentum, quod in re præsenti fuit, pater filio sui juris donavit, ejusque possessionem traditam esse instrumento palam fecit : non idcirco donationem irritam factam existimavi, quod usum omnium rerum apud patrem filius reliquit.

---

(1) Alii proponunt : *revocantis donatione;* alii : *revocandæ donationis.*

(2) Quidam recipiunt *sed* pro *non.*

(3) Scholion : « Pollicitatio donationis inter privatos vim obligationis non inducit. »

Google

DE DONATIONIBUS AD LEGEM CINCIAM.

266. Ulpianus lib. I. ad edictum de rebus creditis. Indebitum [non] solutum accipimus non solum si omnino non debebatur, sed et si per aliquam exceptionem peti non poterat, id est, perpetuam exceptionem : quare hoc quoque repeti poterit, si quis perpetua exceptione tutus solverit. Unde si quis contra legem Cinciam obligatus non excepto solverit, debuit dici repetere eum posse; nam semper exceptione Cinciæ uti potuit non solum ipse, verum, ut Proculiani contra Sab*inianos* putant, etiam quivis, quasi popularis sit hæc exceptio; sed et her*es* ejus, nisi forte durante voluntate decessit donator : etenim doli replicationem locum habere imperator noster rescripsit in hæc verba.

266a. Greg. lib. XIII. tit. *Imp.* Alexander Flavio Menandro. Professio donationis apud acta factæ, cum neque mancipationem, neque traditionem subsecutam esse dicas, destinationem potius liberalitas quam effectum rei actæ continet : ea propter quod non habuit filius tuus dominium, si quæ adfirmas vera sunt, obligare pacto suo creditori non potuit; nec quod sine effectu gestum est, vindicationem tui juris impedit, PP. III. kal. Jan., Alexandro Aug. III. et Dione II. conss. (229.)

267. *Impp.* Severus et Antoninus Augg. Cosoniæ Hilaræ. Actio nova ex promissione, quæ donationis causa facta sit, dari non solet. PP. prid. kal. Jan. Romæ, Antonino II. conss. (205.)

268. Quærebatur an (1), cum Seius filiam suam emanciparet, apu*d* acta professus sit ei se donare fundum, nec instrumenta donationis fecerit, an videatur profes-

(1) Cum hæc particula *an* infra iterum occurrat, mihi videtur exigere contextus ut prior *an* mutetur in *si*.

sione actorum perfecta esse donatio. Respondi, si neque mancipatio, neque traditio secuta est, solis actis dominium non transisse.

[illegible]. Ulpianus libro XLVI. ad Sabinum : « Ut, quod utendum mater filiæ dedit, non videatur donatum ; et si donatum sit, non valeat, in potestate filia constituta patris. Aliud esse, si dotem dedit. » Ulpianus : Constat quod utendum filiæ datum est non esse donatum; sed etsi donatum esset, æque donatio non valeret in filiam conlata, quæ in patris erat potestate. Plane si in dotem mater filiæ dedisset, valet quod factum est : potest enim donare filiæ, cum res mariti fiant; quamvis quandoque filia vel sola, si juris sui fuerit, vel voluntate filiæ pater habeat rei uxoriæ actionem. Merito igitur Sabinus ait, si, inscia uxore vel invita, mater in dotem dedit, rem mariti non esse factam, et ideo vindicari ab herede mulieris posse : quod si sciente ea hoc factum sit, consequens erit dicere in dotem conversum esse id, quod datum est (1).

[illegible]. Hermog. tit. de donationibus. Divi Diocletianus et Constantius Cæciliæ Anagrianæ. Si donationibus in unam filiam conlatis, quarta non retenta, patrimonium exhaustum in fraudem ceterorum filiorum probetur, has rescindi ad instar inofficiosi testamenti, sacris constitutionibus parentum nostrorum evidenter continetur. Matre quoque filiæ res venundante, nihil ei auferri posse non ambigitur. Subscripta V. kal. Mai. Sirmi, Gæss. conss. (294).

[illegible]. Idem Boncio Secundo. Præses provinciæ amicus noster notionem suam impertiet, non ignorans pro sua auctoritate atque experientia, si docebitur immoderatis donationibus, non retenta quarta ad excludendam inofficiosi querelam nepotis ex filio nati, patrimonium suum

(1) In margine scholion : « Mater, filio in patria potestate posito donando, nihil agit. »

Google

avum exhausisse, postque constitutiones hujusmodi commentis ad exemplum inofficiosi querelæ esse occursum. PP. Mogontiaci XI. kal. Jul. Maximo et Aquilino conss. (1). (286.)

278. Greg. lib. VIII, tit. Imperator Philippus Agilio Comimio suo salutem (2). Inter patronos (*et*) libertos de jure donationum tractari non oportet, cum, etsi perfectis donationibus in possessionem inductus libertus, quantolibet tempore ea quæ sibi donata sunt, pleno jure ut dominus possederit, tamen omnis donatio mutata patronorum voluntate revocanda sit : quod observabitur etiam circa ea, quæ libertorum nomine, pecunia *tamen* patronorum et beneficio comparata sunt. Nam qui obsequiis suis liberalitatem patronorum provocaverunt, sunt digni quin eam non retineant, cum cœperint obsequia negligere : cum magis eos conlata liberalitas ad obsequium inclinare debeat, quam ad insolentiam erigere. Fundus autem, quem Agilio liberto donasse te scribis, et decuria, quæ ipsius nomine p*arata*. . . sive partis est vindicatio, cum consuetudo novo . . . . *eas tamen donationes* libertus obtinere debeat, circa quas voluntas patronorum in supremam usque diem perseveraverit. Hoc tamen jus stabit intra ipsorum tantum liberalitatem, qui donaverunt : ceterum neque filii eorum, neque successores ad beneficium pervenient; neque enim fas est omni modo *inquisitari* donationes, quas is, qui donaverat, in diem vitæ suæ non revocavit. *Dat XV, kal. Jul. Æmiliano II. et Aquilino conss.* (249.)

279. Divi Constantinus et Cæss. Prisca legum æquitate provisa, variis ambagum versutiis exquisita donatio, licet

(1) In margine scholion : « De immodicis donationibus. »
(2) In margine scholion : « In libertos conlatam a patronis donationem, si ingrati extent, revocandam, vel si nomine eorum quid emptum sit. »

Google

instrumentum emptionis vel debiti tenorem comprehendere videatur, tamen claris donationibus (1) probata debet in irritum devocari; siquidem consultissima ratione videatur esse provisum, matrimonio constante donationes inter virum et uxorem (2) ac r. in . . . atas (3) nullam firmitatem habere. Nec sibi debent mulieres blandiri, *quam*quam venditores vel debitores, ad eludendas legum sanctiones, mariti earum se falso videantur esse professi. Quare Vettium Rufinum, clarissimum virum præfectum urbi, amicum nostrum, cujus notio est, adire non prohiberis, qui *par*tium allegationi*bus* exa*minatis* petitioni tuæ secundum juris providebit justitiam. Dat. XIV. kal. Nov. Mediolano. Constantino et Licinio conss. (315.)

274. Idem Aureliæ Sabinæ sive Gaudiosæ. Licet in potestate filii [sunt] degentes donationum effectum a patre sibi conlatum mox consequi *non* posse videantur, tamen perseverante *voluntate* ad instar mortis causa donationis hujuscemodi liberalitatem redigi oportere, retro principum *res*criptis cogno*scit*ur esse concessum. Unde virum clarissimum præfectum urbi, amicum nostrum, cujus notio est, adire non prohiberis, qui, omnibus rite consideratis, *quæ* in precem tuam conferenda m . . . . . si pro experientia sua recte . . . . . ari . . . . Dat. idib. Augustis, Romæ, Constantino et Licinio Augg. conss. (312 ?)

275. Divi Diocletianus et Constantius Sabinæ et Diodulæ. Perfectam donationem mutata voluntate donatoris, etsi parum gratus existet cui domo res data est, minime contendi (4) posse sæpe rescriptum est. PP. V. non. Mart. Nicomeniæ, Maximo et Aquilino conss. (286).

---

(1) Corrigé : *documentis*, vel : *probationibus*.

(2) In margine scholion : « De donationibus inter virum et uxorem sub emptionis vel sub debiti specie collatis. »

(3) Alii legunt : *ac re insecuta non ratas*. Alii : *ac res invicem datas*.

(4) Forte : *condici*, vel : *rescindi*.

Digitized by Google

276. Idem. . . . . iæ. Si *pater* tuus nomine matris tuæ de sua pecunia *fundos emit*, *donation*is causa, eique tradidit, et decedens non revocavit, ad. . . . contulisse videtur, intelligis frustra te velle experiri ; cum oratione divi Severi hujusmodi donationes post obitum, eorum qui donaverunt, confirmentur. PP. pridie non. Mart. Antiochiæ, Augg. IV. et III. conss. (290.)

277. Idem. *Si pater tuus in te con*tulit donationem et decedens supremo *ju*dicio non revocavit, scilicet manente potestate, præses provinciæ, juxta divorum principum constitutiones super hac re factas, vim prohibebit, de ceteris inter vos disceptaturus. PP. IV. kal. Sept. Maximo et Aquilino conss. (286.)

278. Idem Aurelio Zoilo. Cum adfirmes patrem tuum donationes perfectas in te contulisse et supremis judiciis eas non revocasse, poteris jure constituto, præsertim cum honori primipilari sis adstrictus, securo animo ea, quæ donata sunt, possidere. PP. VIII. kal. Nov. Maximo et Aquilino conss. (286.)

279. Item Benignæ Superlatæ. In filiam post emancipationem a patre conlatam (*donationem*) postea auferri ab ea non potuisse, dubitari non oportet : si igitur nihil aliud tibi de jure adversatur, præses provinciæ ne qua tibi legitime possidenti fiat injuria, intercessu auctoritatis suæ, providebit. PP. IV. kal. Dec. Maximino et Aquilino conss. (286.)

280. Idem Aur. Anniæ. In *dubi*um non venit adversus enormes donationes, quæ ita in quosdam liberos vacuefactis facultatibus in filiorum perniciem conferuntur, jamdudum divorum principum statutis *esse* provisum. Si igitur mater tua ita patrimonium suum profund*a* liberalitate *in* fratrem tuum *evisce*ratis opibus suis *exh*ausit, ut quartæ par*tis* dimidiam, quam ad excludendum inofficiosi querelam adversum *Aurelium sufficere constat, his*

Google

datis collatisque in Aurelium, tu non habes, præses provinciæ quod *immoderate* gestum est revocabit, eamque æris alieni solutionem, *si* ab intestato cum fratre tuo matri heres exstitisti, revocare non potes (1). Dat. Nicomediæ, V. non. Mart. Augg. III. et II. conss. (287.)

281. Idem Aurelio Severo Alexandro (2). Pater in filium, quem in potestate habet, conferens ipso jure donationem non facit; sed ex præceptis statutorum recepta humanitate placuit, si in eodem judicio perseverans in fatum concesserit, liberalitatem ejus salva lege Falcidia probari. Proinde, si pater, qui per epistolam res tibi dono dedit, non revocata liberalitate, nec mutata voluntate fatalem diem intestato obiit, inlibata donatio permanet, nisi tamen legis Falcidiæ ratio comminui eam exegerit. Quod si locum habet, eatenus ex donatione fratres tui deducent, quatenus id fieri indemnitas et juris ratio [*et*] in obtinendis portionibus, quas eos habere necesse est, exigunt. Juxta hanc juris formam præses provinciæ ad vicem familiæ erciscundæ officium sententiæ suæ legibus temperabit, PP. Byzanthio, XI. kal. Apr. Maximo *et* Aquilino conss. (286.)

282. Idem Calpurniæ Aristenetæ. Quoniam non contenta rescripto, quod ad primas preces acceperas, iterato supplicare voluisti, ex jure rescriptum reportabis (3). Communes res in solidum donari nequeunt, sed portiones eorum, qui donant, ad eos, qui dono accipiunt, transitum faciunt; nec ambigi oportet donationes etiam inter absentes, si ex voluntate donantium possessionem

(1) In margine scholion : « De immodicis donationibus. »

(2) In margine scholion : « Si pater in filiumfamilias aliquid *confert*, liberalitas ejus, salva *lege* Falcidia, probanda est. »

(3) In margine scholion : « Communes res in solidum donari non posse. Donationes etiam inter absentes posse fieri, et validas esse, si ex voluntate donantium hi, quibus donatum est, nanciscuntur possessionem rerum donatarum. »

Google

ii, quibus donatum est, nanciscantur, validas esse. Restat, ut si filius tuus immoderatæ liberalitatis effusione patrimonium suum, exhausit, juxta legum placita præsidis provinciæ auxilio utaris; qui discussa fide veri, si integri restitutionem ex filii persona competere tibi ob improbabilem donationis enormitatem animadverterit, in removendis his, quæ perperam gesta sunt, tibi subveniet. PP. III. Id. Feb. Mediolani, Maximo et Aquilino conss. (286.)

283. Idem Aurelio Carrenoni. Si stipendiariorum proprietatem dono dedisti, ita ut post mortem ejus, qui accepit, ad te rediret, donatio inrita est, cum ad *tempus* proprietas transferri nequiverit. Si vero usumfructum in eam, contra quam supplicas, contulisti, usumfructum a proprietate alienare non potuisti. PP. V. Id. Mart. Maximo et Aquilino conss. (286.)

284. Idem Alexandriæ. Ea quidem, quæ jure donationis a socru tua in te conlata sunt, manere inconcussa rector provinciæ efficiet. *In* matrimonio vero retinendo tui arbitri est, an velis, et filiis communibus intervenientibus, in eodem proposito perseverare. PP. III. id. Oct. Heraclia Thracum, Maximo et Aquilino conss. (286.)

285. Greg. lib. XIII. tit. Idem Aurelio Abanti. Si filiæ tuæ possessiones, de quibus agitur, neque mancipasti neque tradidisti, frustra vereris ne ex una professione, vel *apud acta facta*, *perfecta sit donatio*, *præser*tim cum fundos tributarios . . . . . etiam ab injuria temperari *aditus præses provinciæ præcipiet*. Maximo ei Aquilino conss. (286.)

286. Eodem libro, eodem tit. Idem Juliæ Marcellæ. *Quoties donatio ita conficitur*, *ut post tempus id*, quod donatum est, alii restitu*atur*, *veteris juris auctoritate rescriptum est*, si is, in quem liberalitatis compen*dium conferebatur*, *stipulatus non sit*, *placiti* fide non servata ei, qui libera*litatis auctor fuit*, *vel heredibus ejus*, *condicticiæ*

Google

actionis persecutionem competere. Sed cum *postea benigna juris interpretatione divi princi*pes ei, qui stipulatus non sit, *utilem actionem juxta donatoris voluntatem* decernendam esse admi*serint*, *actio*, *quæ sorori tuæ, si in rebus humanis* ageret, potuit decerni, s . . . *tibi* adcommodabitur PP. S*irmii* . . . . . .

287. Constantinus et Cæs*s* . . . . . .
nec ea, quæ matres in filios con*tulerunt* . . . . . .
tunt. Sane si generaliter r . . . . . .
vel mancipatione totius pa*trimonii* . . . . . .
est, id quod donatum est, stare non . . . . . .
transferri non valeat qu . . . . . .
li possit rectorem provinciæ interp . . . . . .
Licino V. et Crispo *conss.* (318.)

288. Greg. lib. XIII. tit. Divus imp. Probus Massiciæ R. . . . . est, siquidem donatur*am* te, quæ do*cumenta* fecisti, aut eumdem cui d*on* . . . . . .
perfectam ac solam ti*bi* p . . . . . .
non posse, quando apud te ejus rei propri*etas* . . . . . *functi*ones vel per eum, cui dona*ta res non erat, vel ab actoribus ipsius nomine* celebratæ, non tibi obesse . . .
justum magistrum sum . . . . . .
cum comminatione vide . . . . . .
præfinitione allega, at si præ . . . . . .
latur. PP. VI. kal. Jan. Mes*sala et Grato conss.* (280.)

289. . . . . stipendiarii vel tributa*rii* . . . . . *donatio* perficitur. Pone igitur sollicitu*dinem* . . . . . egit non tradidisse ea, vel quæ . . . . . *s*pernenda non sunt PP. non. Oct.
. . . . . .

290. . . . . a fides adjuvet. Ceterum
. . . . . lem declarat voluntatem
. . . . . onem ab eo perfecisti, siquidem feminis
. . . . . *in f*amilia degentibus pater do-

Google

. . . . . s adeo emolumenti tribuat
. . . . . *les*, quod *t*ibi ex patris rebus jure
. . . . . res tuorum inquietudinem, si qua
. . . . . *port*ionem, quæ tibi ex bonis patris
. . . . . um voluntas perseverans
. . . . . t, vel etiam fundi ex pecunia a patre
. . . . . m tibi tradita, ac postmodum
. . . . . tit facta numerans, quod penes
. . . . . dat. III. kal. Oct. Verona
. . . . . .

291. . . . *donatio*nem in te conlatam, licet in potestate. . . . . *in diem novis*simum vitæ voluntas
. . . . . *are* : nam tu *e*orum quæ prætulisti
. . . . . fiat contra voluntatem defuncti
. . . . . *arbitr*um divisioni dabit, qui in
. . . . . tare debebit, ut tibi istæ res
. . . . . *portio* ex legibus ab intestato de*bita*. . . . . PP. V. kal. Jan. Treveris
. . . . . II. conss.

292. . . . . . *donat*io quidem a patre in filium*familias collata ipso jure rata non est; quod* si in eadem voluntate pater . . . . . *novis*simam voluntas quam in ex*trem* . . . . . portio quæ ab intestato debetur, inlibata servetur. Juxta quæ adi correctorem virum clarissimum, amicum nostrum, et ea quæ in precem contulisti, adlega; qui in examinationibus eam sententiam promet, quam juris atque æquitatis ratio dictaverit. PP. Mediolano, VII. kal. Jan. Tusco et Anullino conss. (295.)

293. Idem. Aur. Luciano. In donatione rei tributariæ circa exceptam et non exceptam personam legis Cinciæ nulla differentia est; cum et vacuæ possessionis inductione celebrata in utriusque persona perficiatur, et si hanc secutam post hujusmodi placitum non constet, manifeste nec cœpta videatur. Quapropter in his quidem, quæ solo tri-

butario consistunt, a majore V et XX annis in vacuam inductos possessionem ostendi convenit. Rerum autem mobilium sive moventium, si (*non*) excepti fuistis, quæ mancipi sunt, usucapta, vel mancipata post vel antea majore tempore a vobis anni possessa avocari non possunt; nec mancipi vero, traditione facta, propter ejusdem interdicti potestatem similis possessionis probatio necessaria est : nam si exceptus fuisti, privignus tum constitutus, sola traditio sufficit. Quod autem res tibi ab herede donatricis distractas esse pro*ponis*, *duplicari* tibi titulum possessionis non potuisse constat; sed ex perfecta donatione dominum factum frustra emisse, cum rei propriæ emptio non possit consistere; ac tum demum tibi profuerit, si ex donatione te non fuisse dominum monstretur. Sane quoniam omnia vobis ab eo donata et tradita dicitis, ad hoc a filio facta venditione rerum maternarum adferre, perfecta etiam donatione, poterit defensionem, *ne vel* exemplo inofficiosi testamenti possit hæc avocare. Quibus omnibus præses provinciæ suam notionem præbebit. PP. IV. kal. Jun. Diócletiano et Maximiano V. et IV. conss. (293.)

294. Papinianus libro XII. R*esp*. (1). Quod pater filiæ, quam habuit ac retinuit in potestate, donavit, cum eam donationem testamento non confirmasset, filiæ non esse respondi; nam et peculia non prælegata communia fratrum esse constabat. Diversa ratio est contra legem Cinciam factæ donationis : tunc enim exceptio*nem* voluntatis perseverantia doli replicatione perimit. Cum pater filiis, quos habuit ac retinuit in potestate, donat, nihil prodest non mutari voluntatem, quoniam quod præcessit, totum irritum est : unde cum filius in divisione bonorum penes

(1) In marg. schol. : « Nihil prodesse filiofamilias donatum, si non confirmetur donatio, quamvis pater non mutaverit voluntatem. »

Digitized by Google

fratrem, quod pater donaverat, errore lapsus reliquit, portionem ejus non esse captam usu Servio Sulpicio placuit; quod neque frater ipse donaverat, neque pater donare poterat. Cur ergo quod vir uxori dedit, morte soluto matrimonio, si voluntas perseveravit, fini decimarum auferri non opertere maximi principes nostri suaserunt, et ita senatus censuit? Sed nimirum liberi, qui repulsam donationis auctoritate juris tulerunt, aliis rationibus ad bona patris perveniunt, ac plerique plus habere quam fratres jurgiis ejusmodi contendunt.

295. Impp. Severus et Antoninus Augg. Atilio Natili militi (1). Si frater tuus in potestate patris in diem mortis perseveravit, donationes quas a patre in eum conlatas esse adfirmas, nullius esse momenti dubitare non debes. De patris igitur bonis dividundis cum fratre tuo apud eum, de (2) quo meres, consiste. PP. XIV. kal. Sept. Faustiniano et Rufino conss. (210.)

296. Papinianus lib. II. *Resp.* (3). Donationem, quam pater in filium, quem in familia retinuit, frustra contulit, arbiter hereditatis dividundæ non sequitur; et ideo si frater coheres apud fratrem suum possessionem errore juris lapsus reliquerit, usucapio partis non erit.

297. Divi Diocletianus et Constantius Clodiæ Juliæ Ptolemaidi (4). Cum matrem tuam donationis instrumenta in neptem suam fecisse, nec ea tradidisse dicas, in dubium non venit liberalitatem, quoniam adsignatis instrumentis minime cœpta est, invalidam esse. Igitur ut querela, quæ inter vos orta est, cognita causa comprimatur, a viva matre tua neque instrumenta, neque possessionem tradi-

(1) In marg. : « Quod supra. »
(2) *Forte* pro *de* legendum *sub*.
(3) In marg. : « Quod supra. »
(4) In marg. schol. : « Donationem, non adsignatis instrumentis, non valere. »

Google

tam esse ostende. PP. IV. non. Nov. Suneata, Diocletiano Aug. II. et Aristobolo conss. (285.)

298. Paulus lib. LXXI. ad edictum ad Cinciam. Personæ igitur cognatorum excipiuntur in his verbis : « Sive quis cognatus cognata inter se, dum sobrinus sobrinave propiusve eos, et sive quis in alterius potestate matrimoniove erit, qui eos hac cognatione attinget, quorumve in potestate matrimoniove erit, eis omnibus inter se donare capere liceto. »

299. Item. Quinque igitur gradus pleni excepti sunt, et ex sexto una persona, sobrinus et sobrina.

300. Item. Excipiuntur et ii, qui in potestate eorum vel manu mancipiove, item quorum in potestate manu mancipiove erunt.

301. Item. Ita si is, qui in eo gradu est, in potestate habeat eum, qui mihi longiore gradu sit, dare ei potero : sic et lex Furia scripta est, eo amplius, quod illa lex sex gradus et unam personam ex septimo gradu excepit, sobrino natum.

302. Item. Excipiuntur et adfinium personæ, ut privignus privigna, noverca vitricus, socer socrus, (*gener*) nurus, vir et uxor, sponsus sponsa.

303. Item. Sed in hac adfines, qui sunt tempore donationis, excipiuntur. Idemque etiam divus Pius rescripsit : leges enim, quæ voluissent etiam eos excipere, qui fuissent, nominatim id cavisse.

304. Item. Excipit tutorem, qui tutelam gerit, si dare volet, quia tutores quasi parentes proprii pupillorum sunt : nam permisit eis (*in*) infinitum donare. Contra, ut possit pupillus donare, non excepit.

305. Item. Item excipit « si quis mulieri virginive cognatus dotem conferre volet » : igitur quocumque gradu cognatus dotis nomine donare potest.

306. Item. Quæsitum an et cognata cognatæ ultra ex-

Google

ceptam donare possit? Labeo scribit non posse; sed ratio æquitatis æque in feminis est.

307. Item. Item excipit « si quis a servis (*suis*), quique pro servis servitutem servierunt, accipit, duit ». His verbis « si quis a servis suis » liberti continentur, ut patronis dare possint; sequentibus vero excipitur, ut is, qui bona fine serviit, si postea liber pronuntiatus sit, possit dare ei, cui serviit. Sabinus utraque scriptura (*idem*) contineri et bis idem dictum.

308. Item. Sed tantum patronum a liberto excipit. Quidam putant etiam liberos patroni exceptos, quoniam libertus continetur servi appellatione; et sicut in XII tabulis patroni appellatione etiam liberi patroni continentur, ita et in hac lege.

309. Item. Contra autem liberti a patronis excepti sunt? Et hoc jure utimur, ne excepti videantur, ut et dare et capere lex eis permittat.

310. Paulus lib. XXIII. ad edictum de brevibus. Perficitur donatio in exceptis personis sola mancipatione vel promissione; quoniam neque Cinciæ legis exceptio obstat, neque in factum « si non donationis causa mancipavi vel promisi me daturum »; idque et divus Pius rescripsit.

311. Item. Sed in persona non excepti sola mancipatio vel promissio non perficit donationem : in rebus mobilibus, etiamsi traditæ sint, exigitur ut et interdicto *Utrubi* superior sit is, cui donata est, sive mancipi mancipata sit, sive nec mancipi tradita.

312. Divi Diocletianus et Constantius Aurelio Onesimo (1). Successoribus donatoris perfectam donationem revocare non permittitur, cum imperfectam perseverans voluntas per doli mali replicationem confirmet. Unde adi-

(1) In marg. schol. : « Nec imperfectam donationem a successoribus posse revocari. »

Google

tus præses provinciæ, si de possessione te pulsum animadvertit, nec annus excessit, ex interdicto Unde vi restitui rem cum sua causa providebit; vel si hoc tempus finitum est, (*per*) formulam promissam, quasi (1) nullas vires donationem habuisse dicatur, quæstione facti examinata, jure præses provinciæ sententiam ferre curabit. PP. IX. kal. Mart. Diocletiano V. et Maximiano IV. conss. (293.)

313. Idem Lælio Sempronio Læporio (2). Donatio prædii, quod mancipi est, inter non exceptas persona traditione atque mancipatione perficitur; ejus vero, quod nec mancipi est, traditione sola. Si igitur patrona tua in rebus humanis agens supradicto jure ex causa donationis, retento sibi usufructu, ad te eumdem fundum transtulit, intelligis jus tuum satis esse munitum, si tamen (3) cum moreretur patrona, quam prædium donasse commemoras, possessionem rei donatæ non revocavit. Juxta quæ aditus is, cujus de ea re notio est, auctoritatem suam interponet. Dat. pridie kal. Apr. Diocletiano Aug. VI. et Constantio II. conss. (296.)

314. Idem Aureliæ Apollonidæ. In filium a patre donationum conscriptis instrumentis, eum in vacuam inductum possessionem horum lectio manifestat (4). Ceterum sine dubia facti quæstione divus Titus Antoninus parens noster necessariis angustis rationem ejus consortii, quod nascendi tempore liberis et parentibus datur, cogitans, non admitti scrupulosam inquisitionem statuit; nec idcirco patris indignatione posse donationem justam unquam

(1) Alii : *formula promissa, qua si....* — Alii : *formula præmissa, quod si....*

(2) Schol. : « Donatio prædii mancipi ab eo, quod non mancipi est, in quo discrepet. »

(3) Schol. : « Donationem prædii patronæ in libertum ita firmam esse, si possessionem ejus, cum moreretur, non revocavit. »

(4) Schol. : « Traditionem inter parentes et filios non requiri : nec patris indignatione justam donationem debere rescindi. »

Google

rescindi, summa cum ratione placuit. PP. V. id. Nov. Melantia, Cæss. conss. (294.)

315. Idem Ulpiæ Rufinæ (1). Cum ex causa donationis uterque dominium rei tributariæ vindicetis, eum, cui priori possessio vel soli tradita est, haberi potiorem convenit. Dat. XII. kal. Mart. Dorocortoro, Tiberiano et Dione conss. (291.)

316. Idem Aug. Homoneæ (2). Si non est in vacuam possessionem ex causa donationis inductus is, contra quem supplicas, nulla ratione tributarii prædii dominus constitutus extraneus vindicationem habere potest.....

---

(1) In marg. schol. : « Si in causa donationis duo sibi dominium rei tributariæ vindicent, potiorem esse cui possessio tradita est. »

(2) Schol. : « Eum, cui non sit tradita possessio, rem ex donatione sibi vindicare non posse. »

Digitized by Google

DE COGNITORIBUS ET PROCURATORIBUS.

317..... *apud acta facto* procuratori hæc satisdatio remitti solet : nam cum apud acta non nisi a præsente domino constituatur, cognitoris loco intelligendus est. Ad defendendum cognitore constituto, dominus, non cognitor, actori satisdare cogendus est; cum vero procurator defensurus intervenit, non dominus, sed procurator judicatum solvi satisdare compellitur. Quæ satisdatio adeo necessaria est, ut eam remitti non posse, etiamsi apud acta procurator constituatur, divus Severus constituerit. Cognitore enim interveniente, judicati *actio* domino vel in dominum datur : non alias enim cognitor experietur vel ei action*i* subjicietur, quam si in rem suam cognitor factus sit. Interveniente procuratore, judicati actio ex edicto perpetuo ipsi et in ipsum, non domino vel in dominum, competit.

318. Ulp. lib. VIII. ad edictum. Non tamen sic putat certis verbis cognitorem dari debere, ut, si quid fuisset adjectum vel detractum, non valeat datio, ut in legis actionibus.

319. P. Etiam Græcis verbis cognitorem dari posse inter omnes constat.

320. Sequuntur hæc verba : « Et qui eam, quam in potestate habet, genero mortuo, cum eum mortuum esse sciret, (*intra tempus, quo elugere virum moris est, antequam virum elugeret*,) in matrimonium conlocaverit, eamve sciens uxorem duxerit; et qui eum, quem in potestate haberet, earum quam uxorem ducere passus fuerit, quæ virum, parentem, liberosve suos, uti mos est, non eluxerit; quæ, cum in parentis sui potestate non esset, viro mortuo, cum eum mortuum esse sciret, intra id tempus quo elugere virum moris est, nupserit. »

321. « *Parentem* », inquit. Hic omnes parentes accipe utriusque sexus : nam lugendi eos mulieribus moris est,

Google

quamquam Papinianus, lib. II. Quæstionum, etiam a liberis virilis sexus lugendos esse dicat; quod nesçio ubi legerit. Sed quatenus extendatur parentum appellatio, non est definitum apud quemquam : itaque erunt lugendi etiam ex feminino sexu parentes. Liberos similiter accipere debemus et nepotes et deinceps ulteriores, exemplo parentium. Lugendi autem sunt parentes anno, item liberi majores X annorum æque anno. Quem annum decem mensuum esse Pomponius ait; nec leve argumentum est annum X mensuum esse, cum minores liberi tot mensibus elugeantur, quot annorum decesserint, usque ad trimatum : minor trimo non lugetur, sed sublugetur; minor anniculo neque lugetur, neque sublugetur.

322..... XXXIV. Verba autem edicti hæc sunt : « Alieno nomine, item per alios agendi potestatem non faciam in his causis, in quibus ne dent cognitorem, neve dentur, edictum comprehendit. »

323. Quod ait « alieno nomine, item per alios », breviter repetit duo edicta : cognitorium unum, quod pertinet ad eos, qui dantur (1); ut qui prohibentur vel dare vel dari cognitores, iidem et procuratores dare darive arceantur.

324. Ob turpitudinem et famositatem prohibentur quidam cognituram suscipere, adsertionem non, nisi suspecti prætori.

325. *Divi* Diocletianus et Constantius Aur. Pantiæ. Actor rei forum sequi debet, et mulier quidem facere procuratorem sine tutoris auctoritate non prohibetur. Si quam itaque habes actionem, experiri magis jure, quam adversus ea, quæ pro tuo (2) statuta sunt; quæcumque pos-

---

(1) Excidisse videtur tale quid : « *alterum* (vel *prohibitorium alterum*), *quod pertinet ad eos, qui dant cognitores;* ut qui, etc.

(2) Aut *pro te*, aut *pro tuo commodo* legendum est.

Google

tulare debes. PP. V. id. Nov. Heracliæ, Augg. V. et IV. conss. (293.)

326. *Idem* Aur. Agemacæ. Actor rei forum, sive in rem, sive in personam sit actio, sequitur. Unde perspicis non ejusdem provinciæ præsidem adeundum, ubi res, de quibus rebus agitur, sitæ sunt, sed in qua is, qui possidet, sedes ac domicilium habet. In rem actio privati judicii quæstionem continet. Dominæ præsentia (1), si procurator agat vel defendat, satisdationem recte postulat : nam procuratorem tam puellam tutore auctore, quam adultam posse facere, nulli dubium est. PP. Sersum (2), XVIII. kal. Feb. conss. ss. (293.)

327. (*Papinianus*) lib. XXI. R. Mulieres quoque et sine tutoris auctoritate procuratorem facere posse.

328. (*Papinianus*) lib. II. R. Procurator absentis, qui pro evictione prædiorum, quæ vendidit, fidem suam adstrinxit, etsi negotia gerere desierit, obligationis tamen onere prætoris auxilio non relevabitur.

329. Sub conditione cognitor non recte datur, non magis quam mancipatur aut acceptum vel expensum fertur : nec ad rem pertinet, an ea conditio sit inserta, quæ non expressa tacite inesse videatur.

330. Lib. II. R. *Papinianus* respondit, si procurator absentis aliquam actionem absentis nomine inferre velit, cogendum eum adversus omnes absentem defendere.

331. Lib. II. R. Quoniam præsentis procuratorem pro cognitore placuit haberi, domino causa cognita dabitur, et in eam, judicati actio.

332. Procurator absentis, qui pro domino vinculum obligationis suscepit, onus ejus frustra recusat; et ideo

---

(1) Legendum potius : *absentia*.
(2) An *Sestini?*

Google

nec judicati actio, post condemnatum procuratorem, in dominum datur, aut procuratori, qui vicit, denegatur.

333. Lib. XV. R. Absentis procuratorem satisdare debere de rato habendo recte responsum est : multis enim casibus ignorantibus nobis mandatum solvi potest, vel morte, vel revocato mandato. Cum autem certum est mandatum perseverare, id est, cum præsens est dominus, *satisdationis* necessitas cessat.

. . . . . .

334. dotis nomine effici (1) . . . . . .
vel sponsorem reversum *conveniat*..... *vel opus novum*
facientem prohibeat . . . . . *vel furtum mihi facientem*
deprehendat, non furti *manifesti actionem* . . . . . .
adquirat actionem non mirum. . . . . .
cant. Julianus, etsi m . . . . . *procu-*
rator denuntiet n . . . . . .
fiduciæ actionem. . . . . .
retinemus, velut si m . . . . . *sponsorem*
conveniat intra biennium. . . . . *vel si prohibeat opus*
novum fieri, interdictum nobis utile est. « Quod vi aut
clam » . . . . . .
et adquirit actionem si. . . . . .

335. Actor municipum . . . . . *co-*
gitur, interdum neutrum . . . . . *judicium*
accipere cogitur, quod judi . . . . . .
sicut in cognitore . . . . . *iisdem*
casibus, quibus et cognitor . . . . . *nec tamen rec-*
te ei solvitur, sicut nec *cognitori* . . . . . .
adversus omnes defendere . . . . . .
defendere intelligitur . . . . . *si*
satis dederit; ceterum . . . . . *ad-*

(1) Sensus esse videtur : *si procurator mulieris interpellat maritum* dotis nomine, efficit, *ut actio rei uxoriæ heredibus quæratur*.

Digitized by Google

juvare debet, sicut . . . . . .

336. Lib. I. Sententiarum. Cum quo agitur . . . *pro præde litis et* vindiciarum adver*sario* . . . . . .
Si in person*am* sit actio d . . . . . .
in rem pro præde litis et *vindiciarum* . . . . . .
Actoris procurator *non solum absentem defendere, sed et rem ratam* dominum habitu*rum satisdare cogitur.*

337. Procurator ante g . . . . . .
accipere judicium . . . . . .

338. *Di*vi Diocletianus et Constan*tius* . . . . . .
citra mandatum d*omini*
. . . . . *do*mino a procuratoribus dis-
tra . . . . . ex superfluo autem ea, quæ procu-
rator . . . . . *confir*mare desideras : nam prin-
. . . . . temporis terminos perpe-
. . . . . *Mar*t. Nicomediæ
. . . . . .

339. . . . . . *condem*nato quæ periculum ignominiæ
. . . . . itur; quia neque dominus condem-
natus est . . . . . et si cognitor in rem
suam . . . . . *in* rem suam dato bis in
. . . . . vel cognitore transfertur
. . . . . .

340. . . . . . *fa*mæ periculum inrogat
. . . . . cognitorem dirigere
. . . . . *actio* popularis cognitorem
. . . . . p*ost litem* contestatam admittit
. . . . . *judicium* accipere cogitur, maxime
. . . . . t capitales inimicitias
. . . . . *per*mittitur excusatio cogni-
tori . . . . . *si* suspectus tutor postuletur, *de-
fensorem ejus oportere etiam de rato cavere, ne reversus ille* pelit retractare, quod actum *est. Sed non facile per procuratorem quis suspectus accusabit*ur, quoniam

Google

famosa causa est, nisi *constet ei a tutore mandatum nominatim*.

341. . . . . um de pluribus speciebus . . . . . *ca*vetur, quod edicto prætor perspicien*dum* . . . . . *facu*ltatem vel a cognitore . . . . . *j*udicium transferendi . . . . . cognitoris sit affecta*ta* . . . . . t possit transferre non . . . . . *verba* edicti talia sunt : « Ei qui cogni*torem* . . . . . re. » His verbis non solum . . . . . are autem cognitorem . . . . . .

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX.

Præfatio . . . . . Pag. 5

Justiniani Institutiones cum Gaii Institutionibus e regione oppositis perpetuo collatæ, et cum ejusdem Rerum quotidianarum sive Aureorum reliquiis, necnon Ulpiani, Pauli, Callistrati, Marciani, Florentinique Institutionum fragmentis, et quibusdam aliis, identidem compositæ 9

Novella constitutio cxviii (gr.-lat.) 686

Novella constitutio cxxvii (gr.-lat.) 698

Legis duodecim tabularum fragmenta 701

Domitii Ulpiani fragmenta, ut videtur, libri singularis Regularum, quæ dicuntur tituli ex corpore Ulpiani . . . 707

Alia fragmenta ex Ulpiani libro singulari Regularum (in *Mosaicarum et Romanarum legum Collatione* servata) 745

Fragmenta Ulpiani Institutionum (ex *Mosaicarum et Romanarum legum Collatione*) 747

Nova fragmenta Ulpiani Institutionum (ex *laciniis Vindobonensibus*) 749

Julii Pauli receptarum Sententiarum libri V 751

Varia veterum jurisconsultorum fragmenta ex diversis fontibus collecta 831

Scilicet :

Fragmentum veteris cujusdam jurisconsulti de jure fisci, a plerisque Julio Paulo adscriptum (ex *codice palimpsesto Veronensi*) 833

Fragmentum Julii Pauli Institutionum (ex *Boeth. Comment. in Cicer. Topic.*) 837

Responsum Æmilii Papiani (ex *Lege Romana Visigothorum*) 837

Fragmentum Sexti Pomponii. 837

— Herennii Modestini 838

— Herennii Modestini (ex *Isidoro, De differentiis*). 838

— Callistrati (ex *Rei agrariæ scriptoribus*). 838

— Florentini (ex *Rei agr. script.* 839

Digitized by Google

Fragmenta Papiniani (ex *Collat. leg. Mos. et Rom.*). . . 839
— Pauli (ex *Collat.*) 841
— Ulpiani (ex *Collat.*) 846
— Modestini (ex *Collat.*) 857
Quæ ex Dosithei magistri interpretamentorum libro tertio ad jus pertinent 859
Scilicet :
D. Adriani Sententiæ et Epistolæ (gr.-lat.). 860
Disputatio forensis maxime de manumissionibus (gr.-lat.) 868
Locorum ex jure Romano antejustinianeo ab incerto scriptore collectorum Fragmenta quæ dicuntur Vaticana. 879

E. E. F. M.
Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google